Alexandri Tralliani Medici libri duodecim,

GRAECI ET LATINI, MVLto quàm antea auctiores & integriores:

IOANNE GVINTERIO ANDERnaco interprete, & emendatore.

Adiectæ sunt per eundem uariæ exemplarium lectionis Obseruationes, cum Iacobi Goupyli Castigationibus.



Accessit etiam rerum & uerborum toto opere memorabilium Index.

Cum Cæs. Maiest. & Galliarum regis gratia & priuilegio.



BASILEAE, PER HENricum Petrum.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM GVILIELMVM Hessorum Landgrauium, Comitem in Catzenelbogen, Sigenheim, Dizij & Nidæ:

IOANNIS GVINTERII Andernaci Medici Præfatio.



VM in ueteri consuetudine & more positum sit, PRINCEPS GVILIELME Illustrissime, ut homines eruditi laborum suorum patronos et defensores contra maleuolos quærant atque comparent, cogitaui tibi aliquod professionis meæ & doctrinæ opus nuper elucubratum, sub tuo nomine & authoritate in publicum emittere: ut & tutius sit à uitiligatoribus, & plus gratiæ apud literatos acquirat. Sunt autem duodecim Alexandri Tralliani libri Græcolatini: quos antea quidem P. Castellanus ex regia Gallorum bibliotheca græcos in



 lucem

lucem edendos curauit. nos autem po-
ſtea in Latinam orationẽ cõuertimus:
& quæ in illis adhuc præter accuratas
aliorum annotationes deſiderabantur,
ex antiquis codicibus ſumma tum fi-
de, tum diligentia reſtituimus. Atque
utinam nobis in eo labore per omnia
ſatisfacere potuiſſemus, quem commu
nis potius utilitatis ſtudioſorũ, quàm
priuatæ gloriæ ac laudis gratia ſuſce-
pimus. Meretur certè optimus ille me-
dicinæ author, ut priſtino ſuo nitori
& dignitati aliquando reſtituatur. cu-
ius in docendo iudicium, fidem, dili-
gentiam, artificium & ordinem ſatis
admirari nequeo: cum alij qui eum æ-
tate præceſſerunt, uel etiam ſecuti ſunt,
pace illorum dixerim, medicinam po-
tius in aceruum quendam inſignem ac-
cumulaſſe, quàm accuratè tradidiſſe ui-
deantur. Scribunt nonnulli, Alexan-
drum hunc patrum memoria Iatroſo-
phiſtam: alij initio quidem ſophiſtam,
poſtea uerò Iatron, hoc eſt medicum,
excellentiæ ratione appellatum fuiſſe.

ſed

ſed quibus id faciant authoribus, non oſtendunt: nec ego magnopere cum illis contendendum eſſe puto. Hoc certè mihi uidetur cognomentum hoc Iatri, Alexandro, etſi longè omnibus ſuæ ætatis medicis ingenio atq; eruditione excelluerit, internotionis potius gratia fuiſſe inditum: quòd multi tunc Alexandri appellarentur, præſertim cum poſteriores tam Græci quàm Arabes, eum Alexandrum duntaxat nuncuparint. Quod ſi ætatem, qua illè floruerit, inquiramus, Oribaſio quidem Aetióq; poſteriorem fuiſſe conſtat, ut quorum nominatim aliquoties meminerit. Paulo autem Aegineta priorem extitiſſe, inde cognoſcitur: quòd hic illius, ut idonei ſcriptoris, medicamentorumq; ipſius mentionem faciat. Atque ita Alexander ueluti medius inter illos, nempe non multo poſt Iuliani Imperatoris tempora, uixiſſe rectè dicetur. Hic inquam author clariſsimus, ut in arte medica cognoſcenda, facienda'que excellentior fieret, & conſummatus,

Fuit hic Oribasio & Aetio posterior prior Paulo.

Cap 28 lib 3.

Vixit Alexander Paulo post tempora Juliani

non diu in patria sua Tralle, ciuitate Lydiæ, aliàs celebri, atque eruditissimis hominibus, liberalissimis'que studijs affluenti permaneudum: sed omnes cunctæ Græcię partes, Italiam, Galliam, Hispaniam peragrandas sibi esse censuit: unde etiam diuersarum gentium uocibus sæpę utitur, quæ non exiguam eius in arte passim diligentiam testantur. Post longas autem peregrinationes, ad scribendi studium se contulit, & experimenta quæ longo usu atque periclitatione ex morbis collegerat, in duodecim commentarios hosce redigenda putauit: quibus omnium propè morborum curationem tam accuratè persequitur, nihil ut amplius in eis requirere possis. Nam ut ueteres medici Græci omnes, & recentiores, multa de curandis morbis scripserint: nemo tamen, pace istorū dixerim, Therapeuticen accuratius illo, meliori'que artificio, & apto magis ordine docuit, eam'que maiore usu atque experientia comprobauit. Galenus quidem de om

nibus Medicinę patribus copiosissimè tractauit: sed quòd ipse in alijs reprehendit, pleraque confusius, indistinctiusq́;, nec uno in opere de uniuersis affectibus, ut res exigebat, commentatus est. Oribasius medicinam quidem in compendium redigere Iuliani imperatoris iussu conatus, totum ferè Galenum in septuaginta duos libros coegit: unde etiam simia Galeni appellatus est. Verùm cum hoc opus grandius cerneret, quàm ut à multis comparari posset, idem rursus in octo ad Eustathium filium libros tanta breuitate redegit, ut plerosque morbos in eis non attingat, neque causas aut signa obseruet: ne dicam, quòd integram sæpe curationem omittat. Paulus deinde Aegineta suum de Medicina uolumen scribendum suscepit, ut ex omnibus ipse quasi faceret temperamentum, neque prolixum, neque nimis succinctũ: sed in hoc quoque est, quod eruditi requirant. Aetius postremò, eandem penè scribendi rationẽ, quam coæuus ipsius Oribasius,

obtinet, multa quoque ex aliјs mutuatus eſt, ſuis'que inſeruit liberius, nulla adeò diſtinctione, aut ratione ſæpius adiecta. Verùm hęc ego nõ dico, ut ueteres illos medicos (quorũ utinam merear eſſe diſcipulus) ſugillem, aut reprehendam: ſed quòd Alexander hic Trallianus omnia diligentiſsimè perſcrutatus ſit, morborum cauſas, indicia, differentias & internotiones: item quòd alia atque alia medicamenta, uarias'que eorum parandorum rationes, & exhibendi tempora & modos præſcribat, nec non uictum unicuique uitio congruentẽ curioſiſsimè indicet. Quàm utilis hic author ſcholis futurus ſit, optimè intelligẽt, qui tum alibi, tum in Marpurgi Academia celebri medicinã profitentur. Inter quos doctiſsimus ille Dryander, uetus meus amicus & familiaris, ſummum meritò locum obtinet. Quicquid igitur in hoc authore Græco, non ſolum in plus mille antea locis deprauato, ſed etiam inſigniter mutilo, uel emendando, uel inſtaurando impendimus,

pendimus, tuo nomini, clarissime Princeps, imò totum Alexandrum Græcolatinũ nuncupamus. Primùm quidem, quòd singularem tuam in me beneuolentiam ac propensionem iampridem animaduerterim: cui etiam charissima quæque, imò uitam ipsam committere non dubitem. Deinde, quòd bonas literas, earumq́; studiosos summo amore & studio prosequaris, atque apud illustrissimum Principẽ Philippum patrem tuũ promoueas, iuues, & tuearis. Qua quidem uoluntate nihil uel animi tui uis prudentius, uel fortuna præstantius habere potest. Ac uerè princeps nobilitatis cẽseri debet, cui præclarum alioqui genus, excellens'que natura, & uitæ ratio doctrina illustratur: proximus, qui tametsi hac destitutus est, tamen eos qui præditi sunt, amat. Quemadmodum enim stirpes feræ & agrestes, cultura & curatione mitescunt, & in aliam quasi naturam degenerant: ita hominum animi sæpe rudes, barbari & feroces, literis, & honesta educatione

 humani,

humani, mites & benigni erga omnes reddũtur. Hoc nimirum inclytus Princeps ac Heros pater tuus intellexit, qui nõ modò generosissimos liberos suos literis & doctrina erudiri, sed etiam toti suæ regioni ludos doctissimorum hominum refertos, passim aperiri uoluit: ubi tum nobiliũ, tum ciuium, externarumq́ꝫ nationum iuuentus ingenij cultum ac eruditionem præclaram capesseret. Quo nomine uniuersæ Cattorũ genti gratulor, gaudeo literis, quæ in posterum etiam patronum te, & tutorem habituræ sint. Interea hos labores nostros in cõmunem studiosorum Medicinæ usum, optime Princeps, susceptos, ne contemne: dum aliquando maiores, dignoresq́ꝫ tua amplitudine comparauero.

CANDIDO LECTORI.

EN habes, cãdide Lector, Alexandrũ Trallianum, Medicum Graecolatinũ, ex uariorum codicum collatione summa fide & diligentia auctiorem quàm antea, & castigatiorem. Nam cum primũ in Latinam orationem illum conuerterem, multa in Graeco exẽplari loca tum uitiata, tum mutila deprehẽdi: quae antea nemo, quòd sciam, animaduerterat. quãquam Iacobus Goupylus, regius Medicinae professor Lutetiae, egregiam in eo operam prima Graeci codicis editione praestiterit. Quod in ea reliquum adhuc erat deprauatum, omissum, alienoq́ue loco positum, nos meliorum exemplariũ adiumento resarcire & reponere studuimus. Huius autem te admonitum uolo, in Alexãdro recognoscendo religiosissimè me esse uersatũ: nihil temerè immutasse, nihil nisi ex meliorum codicum, & aliorum authorum subsidio uel adiecisse, uel sustulisse: id quod seorsim in obseruationib. nostris indicauimus. De nostra autem emẽdatione non aliud pollicemur, quàm conferendo legendoq́ue poterit cognosci. Difficilis labor est corrigere, laus exigua. Quare aequi boniq́ue consule, si non omnia ut uolui, praestare potuerim. Vale.

RERVM ET VERBORVM PRAECIPVE MEMORABILIVM, quæ in Alexandro Tralliano continentur, Index.

inflam-

teſticuli

FINIS.

ERRATA PARTIM OPERARVM INCVria, partim exemplaris uitio cōmiſſa, ſic emendabis.

PAgina 5. Verſu 22. lege, ἐπιτήδεια, τοῖς δὲ διὰ ἀραιότητα, θερδακίνη, καὶ μαλάχη, καὶ ὠὰ καὶ ἄρτος, &c. & uerſ. 29. τοῖς δὲ δι' ἀραιότητος, tolle. 6.21. queant. 7.20. νάρδου ὀλίγου. 9.34. καὶ ὄξει δεῦσον, καὶ μίσγε εἰς τὸ σμῆγμα, καὶ σμῆχε. 10.3. ſingulas drachmas. 21.4. αἶνε ἐξ ὀξυκράτους. & 8. adijcito. 53.7. κιβυράτικον. 55.34. φλεγμονὴ ἢ θέρμη πάνυ πολλή. 74.34. σάβανα. 82.23. δραχ. δ. 156.33. προσπλέκεσθαι δεῖ τινὰ τῶν. 156.34. ἢ χόνδρου. 159.17. κρόκου σικελικοῦ. 192.33. μελαγχολικωτέρου καὶ παχυτέρου. 202.1. λειοτάτης λιτ. α. ἐλαίου κοινοῦ, κηροῦ καθαροῦ. 239.8. οὐχ οἷόν τε θεραπεῦσαι. 241.26. expuatur, dum ægri difficulter ſpirant. 274.16. ἐδόξασαν. 275.30. παρακμῆς. 276.15. de decoctis. 290.7. ψίχαι. 292.32. necnon quercus corticis ramentum membranoſum, ut tunica glandis. 303.34. σέλινον καλούμενον μακεδόνιον. 309.33. infeſtet. 313.17. ἀστακοῦ. 340.13. ἐπίπασσε. 343.18. ἐπιγούσης. 349.5. φύσει θερμὰ καὶ ξηρά. 354.15. terebinthinæ ſeſcuncia. 357.13. ἢ χηνέου. & uerſ. eod. κρόκου ἀφροῦ. & 13. στύρακος, καλαμίνθου, κηροῦ ἀνὰ οὐγ. γ. 359.20. pro παθῶν, lege χυμῶν. 360.15. εἴρηται δέ. & 13. τῷ ἀπό. 362.10. καθάπερ δὲ καὶ τὸ. & 32. ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον. 364.27. οὐ σπανίως. & 34. συμβαίνει δὲ καὶ ὑπό. 365.30. ὑσσώπου κρητικοῦ. 372.7. προσαναπτύεσθαι δεῖ. 373.24. σικυωνίῳ. 379.2. καὶ εἰ μὲν τὰ τῆς. 392.3. ὑπολείπεται ἡ ὕλη. 398.2. ἐξ οἴνου ἀσκαλωνίτου. & 19. κυνώδως. 404.4. κιχώριον. 405.13. ἀρτυτόν. 408.6. τὸ ῥυπτικὸν καὶ ἐκφρακτικόν. 513.34. φορᾶς. 516.3. ἀλλ' οὐδὲν οὕτως ὡς τὸ λαμβάνον καὶ τῆς χαμελαίας φύλλων χαλκοῦ λεπίδος καὶ ἀνίσου ἀνὰ δραχ. α. & 9. τὴν δόσιν τοῦ βοηθήματος. & 11. tolle, καὶ τὴν δόσιν τοῦ βοηθήματος. 668. ult. βραδυτέρως. 704.4. παθῶν, pro μαθῶν. 717.34. ἐπὶ ποίοις οὐ χρὴ διδόναι. 720.29. ἐν ὕδατι ψυχρῷ. 724.25. σάβανα. 729. ult. τὸ κατὰ φύσιν οὕτως

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ Βιβλίον πρῶτον.

Περὶ ἀλωπεκίας, α.



Ἡ ἀλωπεκία πάθος ἐστὶ, τριχῶν μάλιστα. οὐκ ἐκ μιᾶς δὲ αἰτίας, ἀλλ' ἐκ διαφόρων καὶ ποικίλων ἔχει τὴν γένεσιν. γίνεται γὰρ καὶ διὰ φλέγμα θερμανθὲν καὶ ῥαπὲν εἰς ἁλμυρὰν ποιότητα, καὶ διὰ χολὴν, καὶ μελαγχολικὸν χυμόν. σκοπεῖν οὖν χρὴ καὶ διαγινώσκειν τὸ ποιοῦν αἴτιον τὸ πάθος, καὶ οὕτως ἤδη τὴν θεραπείαν ἔρχεσθαι.

Διάγνωσις.

Διαγινώσκειν οὖν χρὴ τὴν ποιοῦσαν αἰτίαν ἐκ τῆς χροιᾶς τῶν τριχῶν. αἱ μὲν γὰρ ξανθαὶ χολώδη πλεονάζειν ἐνδείκνυνται κακοχυμίαν, αἱ δὲ μέλαιναι, τὸν μελαγχολικὸν χυμόν· αἱ δὲ λευκαὶ τὸ φλέγμα. οὕτω μὲν οὖν ἐστι διακρίνειν ποίου πλεονάσαντος περιττώματος, γέγονε τὸ πάθος περὶ τὴν κεφαλήν.

Θεραπεία.

Θεραπεύειν δὲ χρὴ τῷδε τῷ τρόπῳ. εἰ μὲν ἡ πλεονάζουσα κακοχυμία τύχῃ πολλὴ οὖσα, προδιαιτήσας καλῶς, κάθαιρε τὸν πλεονάζοντα χυμόν. εἰ δὲ ὀλίγη τις εἴη, ἀρκέσουσι πρὸς θεραπείαν οἱ ἀποφλεγματισμοὶ, καὶ τὰ μερικὰ μόνα βοηθήματα

ALEXANDRI TRALLIANI Liber primus, IOANNE GVINTERIO Andernaco Interprete.

De alopecia. Cap. I.



Lopecia uitium est, quo capillis fluentibus, caput nudatur ac glabrescit. non aut̄ ex una, sed uaria et multiplici causa trahit originē. Quippe tū ex pituita calefacta, ac in salsam qualitatem conuersa, tum ex bile & humore melancholico nascitur. Efficiens igitur affectus causa considerari, & internosci: atq; ita tandē curatio ipsius tentari admoueriq; debet. Alopecia quid / Causa.

Notæ.

Causa uitij efficiens ex pilorum colore internoscitur. Etenim flaui, biliosam humorum uitiositatem superare indicant: nigri, humorem melancholicum: albi, pituitā. Sic igitur discernere licet, quo recremento superante uitium in capite prouenerit. Notę alopeciæ.

Curatio.

Curare igitur hoc modo conuenit: Humorē uitiosum, *siquidē copiosus superet, expurgato, bona prius uictus ratione usus. Sin exiguus extiterit, medicamenta quæ saliuam mouent,* ἀποφλεγματισμοὺς Græci appellant, *& sola præsi-* Curatio alopecię. / Victus humorem præparat ad purgationem.

 dia

dia quæ partibus inducuntur, sufficient. At in quibus uitium inueterauit, ualentiorib. auxilijs potius utitor: in quibus aũt non multo antè affectus ipse obtigerit, imbecillioribus simul & simpliciorib. curationem tentabis. Quoniã igitur remediorũ alia simplicia, alia sunt composita, primum à simplicioribus auspicemur: ex quib. is qui uires ipsorum nouerit, etiam composita facere medicamenta potest.

Parua uitia sine purgatione corporis curari possunt.

De simplicibus medicamentis.

Simplicia alopeciæ remedia.

Alcyoniũ igitur ustum, & ex ueteri oleo tritũ, si loco illinatur, probè alopecijs medetur: atque id subinde in ijs expertus sum, qui nõ longo tẽpore hoc uitio detenti fuerant. Similiter facit etiam arundinis cortex, ac radices eius combustæ: item amygdalæ amaræ totæ ignẽ expertæ. Vtilißima quoq; est hastulæ regiæ radix, et abrotanũ. adhæc fimus caprarũ, earũq; ungues crematæ, & ex aceto in læuorẽ detritæ. Iam thuris lacryma etiam accuratè pluribus diebus læuigata bene facit. Adhuc efficacius id præstabit, si ad solẽ pluscu lis dieb. studiose læuigata fuerit. Vel herbã uerbenacã probè detritam ex aceto illinito: ubi partem, cui induces, nitro prius bene infricaueris, et linteolo absterseris: cõmodius enim ita operabitur. Insup thuris lacryma, et muriũ stercus,

pari

θήματα. ἐφ' ὧν δὲ χρόνιον ἐστι τὸ πάθος, τοῖς ἰσχυροτέροις κέχρησο μᾶλλον βοηθήμασιν. ἐφ' ὧν δὲ μὴ πρὸ πολλοῦ τινος ἡ διάθεσις αὐτὴ συνέβη, τοῖς ἀσθενεστέροις τε καὶ μᾶλλον ἁπλουστέροις. ἐπειδὴ οὖν τῶν βοηθημάτων τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα, τὴν ἀρχὴν πρῶτον ἀπὸ τῶν ἁπλουστέρων ποιησώμεθα, ἐξ ὧν ἔστι τὸν εἰδότα τὰς δυνάμεις αὐτῶν, καὶ τὰ σύνθετα δύνασθαι ποιεῖν βοηθήματα.

Περὶ ἁπλῶν βοηθημάτων.

Ἀλκυόνιον τοίνυν καυθὲν, καὶ μετὰ παλαιοῦ ἐλαίου ἀνατριβὲν, καὶ περιχριόμενον τῷ τόπῳ, καλῶς ἰᾶται τὰς ἀλωπεκίας. καὶ πεῖραν τούτου πολλὴν ἔσχον ἐπὶ τῶν μὴ χρόνον ἐχόντων πολύν. ὁμοίως δὲ τούτῳ ποιεῖ καὶ ὁ φλοιὸς τοῦ καλάμου, καὶ αἱ ῥίζαι καιόμεναι, καὶ τὰ πικρὰ τῶν ἀμυγδάλων ὅλα καιόμενα. χρησιμωτάτη καὶ ἀσφοδέλου ῥίζα, καὶ τὸ ἀβρότονον. αἰγὸς δὲ κόπρος, καὶ ὄνυχες αὐτῶν καυθέντες, καὶ ὄξει λειωθέντες, καὶ ὁ λιβανωτὸς δὲ καλῶς λειωθεὶς ποιεῖ ἐπὶ πλείονας ἡμέρας. ἔτι δὲ ἰσχυρότερον δράσειεν, εἴπερ ἐν ἡλίῳ λειωθείη πάνυ καλῶς ἐπὶ πλείονας ἡμέρας. ἢ τὴν περιστερεῶνα βοτάνην λειωθεῖσαν καλῶς ἐν ὄξει περίχριε, προκνιτρώσας καλῶς τὸν τόπον, καὶ ὀθονίῳ ἀποσμήξας. βέλτιον γὰρ οὕτω δράσει. καὶ ὁ λιβανωτὸς δὲ καὶ τῶν μυῶν ἡ κόπρος

ἐξ ἴσου

ἐξ ἴσου ἔξει λειόμενα, ποιεῖ φύεσθαι ταχέως τὰς θρίχας. κάλλιον δὲ προφυλάξαι τὸν τόπον ῥαφανίσι καὶ κρομμύοις ἐγκαρσίοις τμηθεῖσι, καὶ οὕτω χρήσασθαι τῷ βοηθήματι.

Ἄλλο.

Καὶ τοῦ ἐχίνου δὲ τοῦ χερσαίου ἡ τέφρα ἀναληφθεῖσα πίσσῃ ὑγρᾷ * τριχοποιεῖ χριομένη, καὶ ταχέως ἰᾶται τὸ τῆς ἀλωπεκίας πάθος.

Ἄλλο.

Ποιεῖ δὲ ὡσαύτως καὶ ἡ τῶν βατράχων τέφρα μετὰ ὑγρᾶς πίσσης ἀναληφθεῖσα καὶ περιχριομένη.

Ἄλλο.

Πύρεθρον λειώσας ἅμα χολῇ μοσχεία κατάχριε, συνεχῶς τοῦτο ποιῶν καὶ πρὸς τὰς χρονίας διαθέσεις.

Ἄλλο.

Κόπρον αἰλούρου μετὰ ὄξους κατάχριε. καλὸν ἐστι, καὶ πάνυ φυσικὴν ἀντιπάθειαν ἔχει πρὸς τὸ πάθος.

Περὶ συνθέτων βοηθημάτων.

Χαλκοῦ κεκαυμένου δραχ. β. θείου ἀπύρου δραχ. β. ἀσφοδέλου δραχ. β. λειώσας σὺν κρόκῳ ὠῶν, καὶ ἀνατρίψας, τὸν τόπον χρίε.

Ἄλλο.

Κάρυα βασιλικὰ καύσας ὁλόκληρα, λέαινε μετὰ ἐλαίου, καὶ κατάχριε, προξυρίσας τὸν τόπον.

Ἄλλο.

Στέατος ἀρκτείου οὐγγ. β, ἀδάρκης οὐγγ. γ. * μυοχόδων οὐγγ. γ. πίσσης

pari portione aceto læuigata pilis citò producendis faciunt. Præstat autem locũ prius irritare, cui remedia inducentur, raphani radicibus, & cepis transuersim incisis: atq; ita remedio uti.

Aliud.

Item erinacei terrestris cinis pice liquida exceptus, illitusq; pilos reddit, ac statim alopeciæ uitio medetur.

Aliud.

Pari modo facit etiam ranarũ cinis, pice liquida exceptus, & illitus.

Aliud.

Pyrethrum læuigatũ unà cum felle uitulina illinito, continuè id faciens etiam contra diuturnos affectus.

Aliud.

Stercus felinum ex aceto oblinito. præstans est remedium, & naturali ui huic uitio ualde aduersatur.

De medicamentis compositis.

Aeris usti drachmæ duæ: sulphuris uiui drach. duæ: hastulæ regiæ drachmæ duæ. Læuigata ex ouorum luteo, loco prius infricato illinantur. *Alopeciæ medicamenta cõposita.*

Aliud.

Nuces auellanas integrè combustas ex oleo læuigato, partiq; prius rasæ illinito.

Aliud.

Adipis ursini unciæ duæ: adarcæ unciæ tres: muscerdæ unciæ 3.

picis liquidæ unciæ tres, olei ex lucerna usti drachmæ duæ. Hoc excepta, loco prius raso, inungito.

Aliud.

Aceti acris uncia: alliorũ, olei rosacei, singulorũ uncia. Partem ægrã panniculo laneo infricatã, oblinito.

Aliud.

Ranarũ unciæ 3. muscerdæ, corticis arũdinis cineris, picis liquidæ, porri seminis, singulorum uncia. Cedrino oleo excepta illinuntur.

DE CAPILLIS FLVentibus. Cap. 2.

Causæ.
Inopia materiæ.

Capilli multis de causis fluunt. etenim ex inopia materiæ, quæ ipsas nutrire & generare potestatẽ ex meatib. densatis & rarefactis, & ex prauorũ recrementorũ purgatione interdũ accidit.

Meatus densi & rari.

Quoniã igitur causæ quæ defluuia capillorũ efficiũt, nõ simplices, sed diuersæ existũt, oportet unicuiq; obsistere: atq; ita cõuenientẽ curationẽ adhibere. Si enim ex magna siccitate capillorũ defluuia accidãt, et quòd recremẽta illos nutrientia cõsumantur: tunc frequentius æger lauari debet, ciboq; nutriri humido, boniq; succi, & qui promptè in corpus distribui poßit: nihil aũt habeat salsum aut acre. Vinũ ei non liberaliter permittere, præsertim merũ: neq; multam uenerem concedere oportet. [Balneum autem hunc in modum adhibendum est.]

Alopeciæ ob siccitatem remedia.

De

πίσσης ὑγρᾶς οὐγγ. γ, λυχνελαίου ἀπὸ καύματος δραχ. β ἀναλαμβάνων, τὸν τόπον προξυρῶν χρῖε.

Ἄλλο.

Ὄξους δριμέως οὐγγ. α. σκορόδων, ῥοδίνου ἐλαίου ἀνὰ οὐγγ. α. ῥίψας, τὸν τόπον ῥάκει ἐρίου κατάχριε.

Ἄλλο.

Βατράχων οὐγγ. γ, μυοχόδων, καλάμου φλοιοῦ τέφρας, πίσσης ὑγρᾶς, πράσου σπέρματος ἀνὰ οὐγγ. α. κεδρίᾳ ἀναλάμβανε, καὶ οὕτω περίχριε.

ΠΕΡΙ ΡΕΟΥΣΩΝ τριχῶν. β'.

Ἡ ῥύσις τῶν τριχῶν γίνεται διὰ πολλὰς αἰτίας. καὶ γὰρ δι' ἔνδειαν τῆς τρέφειν αὐτὰς καὶ γεννᾶν ὕλης δυναμένης, καὶ διὰ πύκνωσιν τῶν πόρων, καὶ δι' ἀραιότητα, καὶ διὰ κάθαρσιν, ἔσθ' ὅτε μοχθηρῶν περιττωμάτων. ἐπεὶ οὖν διάφορα τὰ ποιοῦντα τὴν ῥύσιν εἰσὶν αἴτια καὶ οὐχ ἕν, ἀνάγκη πρὸς ἑκάστην ἐνίστασθαι, καὶ οὕτω ποιεῖν τὴν ἀκόλουθον θεραπείαν. εἰ μὲν γὰρ διὰ ξηρότητα πολλὴν ἡ ῥύσις γίνεται, καὶ διὰ τὸ ἐκδαπανᾶσθαι τὰ τρέφειν δυνάμενα τὰς τρίχας περιττώματα, τηνικαῦτα λούειν χρὴ συνεχέστερον, καὶ τρέφεσθαι ὑγραίνουσάν τε καὶ εὔχυμον καὶ ἑτοίμως ἀναδίδοσθαι δυναμένην τροφὴν, καὶ μηδὲν ἔχουσαν ἁλμυρὸν ἢ δριμύ· ἀλλὰ μηδὲ οἶνον πολὺν ἐπιτρέπειν πίνειν, μάλιστα δὲ τὸν ἄκρατον· μηδὲ συγχωρεῖν ἀφροδίσια πολλά.

Περὶ

Περὶ λουτροῦ εἰς τὸ αὐτό.

Ἔστω δὲ καὶ τὸ λουτρὸν εὔκρατον, μηδὲ πάνυ θερμὸν ἔχον τὸν ἀέρα ἢ τὴν ἔμβασιν. λαμβανέσθωσαν δὲ σίτλας συγκράτου θερμοῦ, καὶ ἀλειφέσθωσαν τὴν κεφαλὴν πολλῷ ὑδρελαίῳ, μηδὲ σάπωνι ἢ νίτρῳ σμηχέσθωσαν τὴν κεφαλήν. οὐ γὰρ δεῖ πράττειν, ἐὰν δι᾽ ἔνδειαν ἡ ῥύσις συμβαίνῃ τῶν τριχῶν. εἰ δὲ δι᾽ ἀραιότητα τῶν πόρων, καὶ διαφόρησιν τῶν ὑγρῶν, καὶ οἷον ἔκπτωσιν τῶν τρεφόντων αὐτὰς περιττωμάτων ἡ ῥύσις γίνεται, ἀκόλουθόν ἐστι τηνικαῦτα τοῖς ἐμψύχειν τε καὶ στύφειν δυναμένοις ἤδη πλέον κεχρῆσθαι βοηθήμασι, καὶ διαίτῃ τοιαύτῃ μηδὲν ἐχούσῃ δριμύ, ἀνευρύνειν καὶ ἀναστομοῦν τοὺς πόρους δυναμένῃ, οἷάπερ ἐστὶν εὔζωμα καὶ κάρδαμα, καὶ πράσα, καὶ κρόμμυα, καὶ σκόροδα. ταῦτα γὰρ πάντα τοῖς μὴ διὰ πύκνωσιν καὶ σφήνωσιν τῶν πόρων εἰσὶν ἐπιτήδεια. θριδακίνη καὶ μαλάχη, καὶ ὠά, καὶ ἄρτος σιλιγνίτης εἰς εὔκρατον, ἢ εἰς ψυχρὸν ὕδωρ ἐμβρεχόμενος, πέπονες καὶ σίκυα, καὶ ἰχθύες οἱ σκληρόσαρκοι, καὶ τῶν χοιρείων κρεῶν τὰ μὴ λιπαρά, καὶ μάλιστα βόεια, καὶ πόδες βοῶν, καὶ *ἴσυκος, καὶ κτένια, καὶ κηρύκια τοῖς διὰ ἀραιότητος εἰσὶν ὠφέλιμα. οἴνου δὲ ἀπεχέσθωσαν, καὶ μάλιστα παλαιοῦ. ἐν δὲ τῷ λουτρῷ εἰσιόντες ὕδατι βρεχέσθωσαν τὴν κεφαλήν, καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ ψυχροῦ εἰσιόντος δεξαμενῇ, ἐκ τοῦ ῥέοντος δεχέσθωσαν κατὰ τῆς κεφαλῆς πολύ, καὶ ῥοδίνῳ, ἢ ὀμφακίνῳ,

De balneo ad idem.

Balneum esto temperatũ, quod non ualde calidum, uel aerem, uel solium habeat. Accipiant autem ægri aquam temperatè calidam, ungantq́; caput multo hydrelæo: nõ autem sapone, aut nitro caput abstergant. Quippe id agendum non est, si capillorum defluuium ob inediam euenerit. Sin autem ex meatuum raritate & humorũ digestione, & ueluti extra cutem elabentibus, quæ ipsos nutriũt, recrementis accidat, non alienũ est tunc uti remedijs, quæ refrigerãt, & astringunt liberalius, similiq́; uictu, qui nihil acre in se cõtineat, dilatandis aperiendisq́; meatibus efficax: cuiusmodi sunt eruca, nasturcium, porrum, cepa & alliũ. Hæc enim omnia defluuio ex densatis infarctisq́; meatibus orto sunt idonea. Lactuca autem, malua, oua, panis siligineus, in temperatam aut frigidam aquam tinctus, pepones, cucumeres, pisces dura carne præditi: suilla caro non pinguis, & maximè bubula, pedes bubuli, isicia, pectines & buccina, ijs quib. ob cutis raritatẽ pilus defluit, conueniunt. Vino hi, & potißimũ ueteri, abstineant: balneũ uerò ingreßi, aqua frigida caput perfundãt: ac rursus in frigidæ soliũ descendẽtes, ex fluẽte canali aquam frigidã copiose capite recipiãt, rosaceoq́; ipsum aut ompha-

Alopeciæ ex meatuum raritate curatio.

Victus raritati cutis utilis.

cino, aut melino, aut myrteo perungant. Hac enim uictus ratione degentibus, ipsis non modò defluuium nascẽs impedietur, sed etiam alij capilli enascentur. Porrò si ob meatuum densitatem pilorũ generatio prohibeatur, tunc iis potius uti conuenit, quæ rarefacere possunt, & moderatè calefacere: atque tunc etiam magis, quum tempus fuerit hybernum, & æger in frigidis locis degerit: uel etiam si temperamento frigidiore sit, & magis pituitoso præditus. At quia rarefacientia materiam quidem euocãt, non sinunt autem ipsam inhærere, & pilos nutrire ac generare, miscere his conuenit tum quæ cutim roborare, tum quæ densare paulatim queat, ut mixta in remedio facultas esse deprehendatur: nempe attractrix simul & altrix retentrixque: ex præsenti quidem caliditate, attractoria: ex frigiditate uerò, retentoria.

Victus dẽsis meatibus cõueniens.

Multa igitur sunt medicamenta, quæ uires ex uarijs naturis conflatas habeant: ex quorum numero existit ladanum, oleum lentiscinum, omphacinum, & myrteum. Sunt etiam complura ad rarefaciendum apta, ut ranarum cinis, cepa, alcyonium, thapsia, euphorbiũ, sinapi, & quæ sunt eius generis: quibus omnibus uti poteris, si ualentiorum quidem uim remittas, imbecilliorũ autem intendas.

Medicamẽta multa uariis constant facultatibus.

κίνῳ, ἢ μηλίνῳ, ἢ μυρσινίνῳ ἀλειφέσθωσαν. οὕτω γὰρ διαιτωμένων αὐτῶν, οὐ μόνον ἡ γινομένη κωλυθήσεται ῥύσις, ἀλλὰ καὶ ἄλλαι βλαστήσουσι τρίχες. εἰ δὲ διὰ πύκνωσιν τῶν πόρων κωλύεται τῶν τριχῶν ἡ γέννησις, τηνικαῦτα τοῖς ἀραιοῦν δυναμένοις καὶ μετρίως θερμαίνειν δεῖ μᾶλλον κεχρῆσθαι. καὶ τότε πλέον, ἡνίκα καὶ ὁ καιρὸς εἴη χειμὼν, καὶ ὁ κάμνων ἤδη πλέον ψυχροῖς ὁμιλήσας, ἢ καὶ τὴν κρᾶσιν ψυχροτέραν καὶ φλεγματικωτέραν ἔχει. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὰ ἀραιοῦντα προτρέπεται μὲν τὴν ὕλην, οὐκ ἐᾷ δὲ αὐτὴν ἐμμένειν, καὶ τρέφειν, καὶ γεννᾶν τὰς τρίχας, μίγνυσθαι χρὴ τούτοις καὶ τῶν ῥωννύειν δυναμένων, καὶ πυκνούντων ἠρέμα τὴν ἐπιφάνειαν, ὥστε μικτὴν εὑρίσκεσθαι δύναμιν οὖσαν ἐν τῷ βοηθήματι, ἑλκτικήν τε ἅμα, καὶ τρέφειν δυναμένην αὐτὰς, καὶ καθεκτικήν· διὰ μὲν τῆς προσούσης θερμότητος, ἑλκτικήν· διὰ δὲ τῆς ψύξεως, καθεκτικήν. πολλὰ μὲν οὖν εἰσι φύσεων πολλῶν μικτὴν ἔχοντα δύναμιν, ἐξ ὧν ἐστι τὸ λάδανον, σχίνινον ἔλαιον, ὀμφάκινον, καὶ τὸ τῶν μυρσίνων. εἰσὶ δὲ καὶ ἀραιωτικὰ πάμπολλα, οἷον ἥ τε τῶν βατράχων τέφρα, καὶ τὸ κρόμμυον, καὶ τὸ ἀλκυόνιον, καὶ ἡ θαψία, εὐφόρβιόν τε καὶ νάπυ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. οἷς ἅπασι δυνήσῃ χρήσασθαι, τῶν μὲν ἰσχυροτέρων ἐκλύων τὴν δύναμιν, τῶν δὲ ἀσθενεστέρων ἐπιτείνων.

εἰ δὲ διὰ κάθαρσιν τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ περιττωμάτων γίνεται ῥῦσις, οὐδ' ὅλως δεῖ πολυπραγμονεῖν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐκ νόσου ἀναλαμβανομένων. ἀρκεῖ γὰρ μόνη καὶ ἡ τοῦ χρηστοῦ λοιπὸν αἵματος γέννησις, καὶ ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐκ τῆς νόσου ἐπάνοδος.

At si ex recrementorum capitis purgatione capillorum defluuium acciderit, nihil prorsus curiose tentandum est, quemadmodũ in his qui ex morbo se recolligunt. Sufficit enim solum si bonus sanguis deinceps generetur: & æger in naturalem statũ ex morbo reuertatur.

Τὸ διὰ λαδάνου.

Λάδανον ἀπόβρεξον ἐν μυρσινελαίῳ καὶ οἴνῳ, ὡς μέλιτος ἔχειν πάχος, καὶ χρίε τὴν κεφαλὴν πρὸ βαλανείου καὶ μετὰ βαλανεῖον. βέλτιον δὲ ἔτι καὶ πολύτριχον ἐπιμβάλλειν, ὅ τινες ἀδίαντον καλοῦσι, πρὸς ἥμισυ μέρος τοῦ λαδάνου, καὶ χρίεσθαι μετὰ μυρσινελαίου ἀναλαμβανόμενον. εἰ δὲ χειμὼν εἴη, καὶ ψυχρὰν ἔχοι τὴν κεφαλὴν ὁ κάμνων, καὶ τῶν μικρὰ θερμαινόντων καὶ ἀραιωτικῶν πρόσπλεκε τῷ βοηθήματι, οἷον, νάρδου ὀλίγου, καὶ κυπρίνου, ἢ ἄλλου τινὸς λεπτομεροῦς καὶ εὐώδους βοηθήματος.

Medicamentum ex ladano.

Ladanum myrteo oleo & uino maceratum, dum mellis habeat craßitiem, capiti ante balneũ, & post illud, inungito. Satius autem est etiam polytrichum, quod nonnulli adianthum uocant, dimidio ladani pondere adijcere: & myrteo oleo exceptum illinire. Quòd si hyems fuerit, & æger caput temperamento frigidum habeat, etiam paulum calefacientia et rarefacientia remedia adiungito: ut nardinum modicum, & cyprinũ, uel aliud tenue, et odoratum medicamentum. Medicamentũ ex ladano.

Ἄλλο.

Ἀνεμώνης τὸ ἄνθος τρίψας μετὰ ἐλαίου, κατάχριε.

Aliud.

Anemonæ florem tritum ex oleo illinito.

Ἄλλο.

Περιστερεῶνα ὀρθὸν σὺν ταῖς ῥίζαις ξηράνας καὶ τρίψας, σῆθε λεπτοτάτῳ κοσκίνῳ· εἶτα μίξας ἐλαίῳ, ὥστε γλοιώδους πάχος γενέσθαι, εἰς χαλκοῦν ἀγγεῖον ἀπόθου, καὶ ὅταν ᾖ χρεία, μετὰ ἐλαίου χρῶ.

Aliud.

Verbenacam rectam cum radicibus siccatã tritamq́; tenuißimo cribro incernito: deinde mixtam oleo, ut sordium craßitudo fiat, æreo uase reponito: & cum opus erit, ex oleo utitor.

QVOMODO CAPILli nigrescant. Cap. 3.

Quib. pili nigrescant.

GAllarū, acaciæ, squamæ æris, chalcāthi, aluminis pares modos in urina pueri uenerem non experti, diem unū macerato: deinde pilis detersis illinito: & caput linteo ad triduum ligato. Vsu compertum est.

Aliud.

Paulus Aeg. tres

Nucum uiridiū corticis uncias tres: ilicis fructus uncias sex: uini nigri sextarios tres: ad tertias decoquito. ac ubi id quod reliquum est, expresseris, cum olei myrtei sextario subigito. Vtitor quotidie.

Aliud.

Vini nigri uetustißimi uncias tres in uas plumbeum conijcito: et rasuræ plumbi uncias duas in eo dies quindecim macerari sinito: deinde oleum primi meriti superfundito: et subigens, illinito, præcipuè in uiris.

Aliud.

Gallas coctas tritasq; capillis nocte ac die obducito: à lecto autem surgēs, aqua frigida abluito.

Vt capilli rufi tingantur, & flauescant.

Quib. capilli rufi flauescāt.

Myrrhæ partem unam: salis floris partem unam: diligenter læuigato, et redigito ad sordiū crassitudinē: ac caput, ubi exterseris, medicamento illinito: sinitoq; noctem & diem, & deinde abluito.

Aliud.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΑΝΣΙΝ τριχῶν. γ.

ΚΗκίδων, ἀκακίας, λεπίδος σιδήρου, χαλκάνθου, στυπτηρίας δὲ ἴσου λαβὼν, ἀπόβρεξον οὔρῳ παιδὸς ἀφθόρου ἡμέραν μίαν. εἶτα σμήξας τὰς θρίχας, χρῖσον, καὶ δῆσον τὴν κεφαλὴν ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς. πεπείραται.

Ἄλλο.

Καρύων χλωρῶν τοῦ φλοιοῦ ὀγγ. γ, πρίνου καρποῦ ὀγγ. ϛ, οἴνου μέλανος ξεσ. γ, ἕψε ἕως εἰς τρίτον ἔλθῃ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐκθλίψας, ἀνακόπτε ἐλαίῳ μυρσίνῳ ξεσ. α. ἡ χρῆσις καθ' ἡμέραν.

Ἄλλο.

Οἴνου μέλανος παλαιοτάτου ὀγγ. γ. ἔμβαλε εἰς μολύβδινον ἀγγεῖον, καὶ μολύβδου * ῥίνισμα, ὀγγ. β, καὶ ἔασον βρέχεσθαι ἡμέρας ιε, εἶτα ἐπίχυε ἐλαίου πρωτείου, καὶ ἀνακόπτων πρόστριβε, μάλιστα ἀνδράσιν.

Ἄλλο.

Κηκίδας ἑφθὰς τρίψας, κατάπλαττε τὰς θρίχας νύκτα καὶ ἡμέραν. ἐκ δὲ κοίτης ἀνιστάμενος, κλύζου ὕδατι ψυχρῷ.

Πυῤῥὰς τρίχας βάψαι, καὶ ξανθὰς ποιῆσαι.

Λαβὼν σμύρνης μέρος ἓν, ἁλὸς ἄνθους μέρος ἓν, λείωσον ἐπιμελῶς, καὶ ποιήσας γλοιοῦ πάχος, προσμήξας τὴν κεφαλὴν, ἐπίχριε τῷ φαρμάκῳ, καὶ ἔα νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ἀπόνιπτε.

Ἄλλο.

Αλλο.

Θέρμους ὠμοὺς ἐν ὕδατι κατάχριε, καὶ κυπέρου φύλλα βρέξον χυλῷ στρουθίου, καὶ χρῶ τῷ ἀποβλέγματι.

Ξανθὰς τρίχας ποιῆσαι.

Λιθαργύρου οὐγγ. δ, γῆς κρητικῆς οὐγγ. δ, ἀσβέστου οὐγγ. δ, ὕδατος ὅσον δυνατὸν ποιῆσαι γλοιοῦ πάχος, κατάχριε, πρόσβαλε σεύτλου φύλλα ἐπὶ ἡμέρας γ ἢ δ, καὶ ἀπόλουε.

Τρίχας μελαίνας ξανθὰς ποιῆσαι.

Τρυγίαν οἴνου βάλε εἰς γλοιὸν βαλανείου, καὶ ποιήσας πάχος κηρωτῆς, χρίε, ὅταν θέλῃς καθεύδειν, καὶ εἰς τὸ πρωῒ γίνονται ξανθαί.

Βαφὴ χρυσοειδής.

Στυπτηρίας δραχ. ς, σανδαράκης δραχ. ς, κρόκου δραχ. β, θάψου ᾗτινι οἱ βαφεῖς χρῶνται, ἣν οἱ ῥωμαῖοι ἐρυθρυβίαν καλοῦσι δραχ. β, κονίας πιλοποιικῆς ξεσ. δ, ἕψε τὴν κονίαν καὶ τὴν θάψον, ἕως οὗ λειφθῇ τὸ ἥμισυ, εἶτα ἐπίβαλε τὰ ξηρὰ, καὶ μετὰ τὴν χρῆσιν ἀπόνιπτε ὕδατι τηλίνῳ, καὶ κριθίνῳ, καὶ κυμινίνῳ.

Τρίχας λευκὰς ποιῆσαι.

Φλώμου λευκοῦ τὸ ἄνθος καῦσον, καὶ ὄξει δεῦσον, καὶ μίσγε αὐτὸ σμήγματι.

Αλλο.

Aliud.

Lupinos crudos ex aqua inungito: item iunci angulosi folia herbæ lanariæ, quæ στρέθιον Græcis dicitur, succo macerato, atq; eo diluto utitor.

Vt capilli flaui fiant.

Argẽti spumæ uncias quatuor: terræ Creticæ uncias quatuor: calcis uiuæ uncias 4: aquæ, quantũ ad sordium craßitiem faciendam satis est, inungito, apponitoq; betæ folia ad dies tres aut quatuor: deinde medicamenta abluito.

Paulus drach. 1.

Vel inungito ad dies tres aut quatuor, deinde betę foliorum decocto capillos abluito.

Vt capilli nigri flauescant.

~~Floces~~ *uini in balnei sordes mittito, & in spißitudinem cerati redacta, sub somnũ illinito, & manè capilli flauescunt.*

Tinctura, qua capilli fiant colore aurei.

Aluminis drachmæ sex: sandaracæ drachmæ sex: croci drachmæ duæ: thapsi qua tinctores utuntur, Romani *herbã rubeam appellant, drachmæ duæ: lixiuij piliariorũ sextarij quatuor.* Lixiuiũ *cũ thapso incoquito usq; ad dimidias, deinde arida adijcito: et postquã usus fueris, abluito aqua decocti fœnugræci, et hordei cuminiq;.*

Capilli aurei quibus fiant.

Quomodo capilli albi fiant.

Verbasci albi florẽ comburito, ac ex aceto maceratũ in saponem misceto, eoq; pilos abstergito.

a 5 Aliud.

Aliud.

Verbasci seminis, aluminis rotundi, raphani corticis, singulas uncias contundito, misceto[que] glutinis taurini, quæ taurocolle à Græcis dicitur, drachmas quatuor: ac utitor.

DE PORRIGINE. Cap. IIII.

Porrigo.

Porrigo est, ut compẽdiose dicã, ubi tenuia & furfuracea corpuscula ex capitis superficie, aut etiã ex reliquo corpore citra exulceratione͂ plurimũ resoluuntur: unde etiam Græcis pityriasis appellata est. Nascitur hoc uitium inde, quòd prauus quidam humor pituitæ salsæ, aut biliosæ, & melancholici sanguinis sursum ad caput euectus fuerit. Si igitur talia in toto subsistant corpore, ipsius antea ratio cura[que] habẽda est: deinde sic ad ea quæ partibus admouentur remedia, descendendum. Si uerò nullum in uniuerso corpore recrementũ conspicia tur, etiam sola tum quæ à ueteribus medicis, tum quæ à nobis inuenta sunt, medicamentorũ auxilia, probè curare affectũ possunt.

Curatio generalis porriginis.

Curatio.

Curatio porriginis loco adhibenda.

Cretæ cimoliæ aqua prius maceratæ succũ betæ misceto, & illinito, & sinito dum inaruerint: deinde ubi ablueris, thuris lacrymam tritam ex uino & oleo inungito, ac sinito quousq[ue] desiccetur, aut herbam pedicularaim, quæ staphisagria dicitur, ex oleo perungito.

Ἄλλο.

Φλόμου καρπὸν, στυπτηρίας στρογγύλης, ῥαφάνου φλοιοῦ, ἀνὰ δραχ. α κόψον, καὶ μίξον ταυροκόλλης δραχ. δ, καὶ χρῶ.

ΠΕΡΙ ΠΙΤΥΡΙΆΣΕΩΣ. δ.

Ἡ πιτυρίασίς ἐστι, συντόμως εἰπεῖν, λεπτῶν καὶ πιτυροειδῶν σωμάτων, ἔκ τε τῆς ἐπιφανείας τῆς κεφαλῆς, ἢ καὶ ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος ἀπέτυξις, χωρὶς ἑλκώσεως κατὰ τὸ πλεῖστον· διὰ τοῦτο καὶ πιτυρίασις ὠνόμασται. γίνεται δὲ τὸ πάθος τοῦτο, διὰ τὸ κακοχυμίαν τινὰ ἀνενεχθῆναι ἐν τῇ κεφαλῇ, φλέγματος ἁλμυροῦ ἢ χολώδους καὶ μελαγχολικοῦ αἵματος. εἰ μὲν οὖν καθ' ὅλον εἴη τὸ σῶμα τοιαῦτα, περὶ τοῦ ὅλου δεῖ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πρότερον, εἶτα οὕτως ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος ἐλθεῖν βοηθήματα· εἰ δὲ μηδὲν ὁρᾶται καθ' ὅλον τὸ σῶμα περίττωμα, καὶ μόνα γε δύναται θεραπεῦσαι καλῶς καὶ τὰ τοῖς πάλαι καὶ ἡμῖν εὑρεθέντα βοηθήματα.

Θεραπεία.

Κιμωλίαν προβρέξας ὕδατι, μίξον χυλὸν τεύτλου, καὶ κατάχριε, καὶ ἔα ἕως ἂν ἀποξηρανθῇ. εἶτα ἀποπλύνας λεῖον λιβανωτὸν σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ κατάχριε, καὶ ἔα ἕως ἂν ἀποξηρανθῇ, ἢ σταφίδα ἀγρίαν σὺν ἐλαίῳ κατάχριε.

Aliud.

Ἄλλο.

Πρὸς δὲ τὰς ὑγροτέρας πιτυριάσεις, ἅλμῃ ἀπόκλυζε, ἢ θέρμων ἀποβρέγματι. πεπείραται γάρ.

Πρὸς φθεῖρας καὶ κονίας.

Νίτρου, σανδαράκης, σταφίδος ἀγρίας ἀνὰ οὐγγ. α, μετ' ἐλαίου μυρσίνου ἐπίχριε.

Ἄλλο.

Σταφίδος ἀγρίας οὐγγ. β, σανδαράκης οὐγγ. α. σὺν ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ, λείων ὅλον σῶμα ἐπιχρίσεις. πρὸς τοῦτο ποιεῖ καὶ γῆ ἀστὴρ, καὶ νίτρον σὺν ἐλαίῳ.

ΠΡΟΣ ΨΥΔΡΑΚΙΑ καὶ ἐξανθήματα γιγνόμενα ἐν τῇ κεφαλῇ. ε.

Ψυδράκιά ἐστι μικραὶ ὑπεροχαὶ φλυκταίσιν ὅμοιαι, ὑπερκείμεναι τῆς ἐπιφανείας· τὰ δὲ ἐξανθήματα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐπιπόλαιαι ἑλκώσεις ὑπέρυθροι καὶ τραχεῖαι. ἀμφότερα δὲ θεραπεύονται δυνάμεσι ταῖς ὑποτεταγμέναις.

Θεραπεία.

Λιθαργύρου, ψιμμυθίου, ἀνὰ οὐγγ. δ, στυπτηρίας, πηγάνου φύλλα χλωρὰ, ἀνὰ οὐγγ. β, ὄξους καὶ μυρσινελαίου κατάχριε, πλέον δὲ πρὸς τὰ ἐξυγρασμένα.

ΠΡΟΣ

Paulus in [illegible] medicamento [illegible]

Aliud.

Ad humidiores autem porrigines muria, aut lupinorum diluto, abluito. Est enim hoc medicamentum experimentis & usu comprobatum.

Ad pediculos & lendes.

Nitri, sandaracæ, herbæ pedicularię, singulorũ uncia, ex oleo myrteo inungitur.

Aliud.

Herbæ pedicularię unciæ duæ, sandaracæ uncia, ex oleo & uino trita, toti corpori inungentur. Ad idem facit etiã terra Samia, quæ Græcis ἀστὴρ dicitur, & nitrum ex oleo.

AD PSYDRACIA ET exanthemata, quę in capite gignuntur. Cap. V.

Psydracia exigua capitis tubercula sunt, pustulis similia, quæ summã cutem excedũt. Exanthemata uerò, superficiariæ cutis exulcerationes, sunt subrubicũdæ, et asperæ. Vtrumq; uitium præsidijs infrà positis exteritur. *Psydracia.* *Exanthemata capitis.*

Curatio.

Argenti spumæ, cerusæ, singulorum unciæ quatuor: aluminis, rutæ foliorum uiridium, singulorũ unciæ duæ. Ex aceto myrteoq; oleo inungentur. Magis aũt proficiunt ad ea, quæ humiditate scatent. *Exanthematũ curatio.*

AD

AD VITIA CAPItis scabiosa & saniosa. Cap. VI.

Scabiosa & saniosa capitis uitia.

R*Vta & alumine detritis ex melle utitor in capite prius raso. Si uerò cutis à capite recedat, oleæ folia cocta ex melle inducito.*

AD VLCVSCVLA capitis densa & rubra, papillis similia, à quibus sanies resoluuntur. Cap. VII.

Vlcuscula capitis densa & rubra.

C*Apite prius raso, ac aqua nitro absterso, sulphure uiuo ex hominis urina cõtrito, utitor.*

Aliud ad capitis uitia.

Argenti spumæ, cerusæ, singulorũ drachmæ duodecim: sulphuris uiui drachmæ octo. Cerato myrteo exceptis, utitor.

Aliud.

Cretam sutoriam, quæ melanteria Græcis dicitur, cum aceto inungito.

DE ACHORE. Cap. VIII.

Achor.

A*chor uitiũ est, quod in capitis extima cute exiguis foraminib. oboritur. ex quibus humor saniei, quæ Græcè ichor dicitur, similis emanat: ideo etiam malum illud achor Græcis appellatur: nostris, manantia ulcera. Est autem id quod defluit,*

Manãtia capitis ulcera.

interim

ΠΡΟΣ ΤΑ ΕΝ ΤΗι κεφαλῇ ψωρώδη καὶ ἰχωρώδη. ς.

Πήγανον καὶ στυπτηρίαν λεάνας μετὰ μέλιτος, χρῶ τὴν κεφαλὴν προξυρῶν. ἐὰν δὲ ἀφίσταται τῆς κεφαλῆς τὸ δέρμα, ἐλαίας φύλλα ἑφθὰ μετὰ μέλιτος καταπλάττε.

ΠΡΟΣ ΤΑ ΕΝ ΤΗι κεφαλῇ ἑλκύδρια πυκνὰ καὶ ἐρυθρά, παραπλήσια θηλαῖς, ὑφ' ὧν ἰχῶρες ἀποτήκονται. ζ.

Προξυρήσας τὴν κεφαλὴν, καὶ ὕδατι καὶ νίτρῳ προαποσμήξας θείῳ ἀπύρῳ, μετὰ οὔρου ἀνθρώπου λείῳ χρῶ.

Ἄλλο πρὸς τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ.

Λιθαργύρου, ψιμμυθίου ἀνὰ δραχ. ιβ. θείου ἀπύρου δραχ. η, κηρωτῇ μυρσίνῃ ἀναλάμβανε, καὶ χρῶ.

Ἄλλο.

Μελαντηρίαν μετὰ ὄξους κατάχριε.

ΠΕΡΙ ΑΧΩΡΩΝ. η.

Καὶ ὁ ἀχὼρ πάθος ἐστὶ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς κεφαλῆς γινόμενος, μικρὰς διατρήσεις ἔχων, ἐξ ὧν ἔξεισιν ὑγρὸν ἰχῶρι παραπλήσιον, διὰ τοῦτο καὶ ἀχὼρ τὸ πάθος καλεῖται. ἔστι δὲ τὸ παραῤῥέον,

ἐτὶ

ὁτὲ μὲν χολῶδες ἢ φλεγματῶδες, ὁτὲ δὲ καὶ μελαγχολικόν. διαγινώσκειν οὖν χρὴ τὸ κυρίως αἴτιον. οὐχ ἡ αὐτὴ γάρ ἐστιν ἐπὶ πάντων θεραπεία. χολώδους μὲν γὰρ ὄντος τοῦ πλεονάζοντος περιττώματος, λεπτόν ἐστι τῇ συστάσει, καὶ ὕπωχρον τῇ χροιᾷ· εἰ δὲ μὴ λεπτὸν τῇ συστάσει καὶ ὕπωχρον τῇ χροιᾷ, ἀλλὰ παχὺ καὶ γλίσχρον, φλέγμα τὸ πλεονάζον καὶ ποιοῦν τὸν ἀχῶρα· εἰ δὲ μηδὲν τούτων εἴη, φαίνοιντο δὲ οἱ τόποι ἐξ ὧν ἀπορρεῖ τὸ ὑγρὸν, σκληροὶ μᾶλλον καὶ ὑπερέχοντες τῆς ἐπιφανείας, καὶ στεγνότεροι, ὡς μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἀπορρεῖν ἢ μόλις ὀλίγον, γίνωσκε μελαγχολικὸν εἶναι τὸ ποιοῦν τὸν ἀχῶρα. λοιπὸν δὲ καὶ τὰ προηγησάμενα αἴτια, ἥτε κρᾶσις καὶ ἡλικία, καὶ ἡ γεῦσις. πικρότητος μὲν γὰρ αἰσθάνονται οἷς χολῶδές ἐστι τὸ αἴτιον· ἁλμυρᾶς δὲ ποιότητος, οἷς ἐστι τὸ φλέγμα ἁλμυρόν. * ὀξώδους δὲ, οἷς μελαγχολικός ἐστι χυμός. ἀπὸ τῆς ἁφῆς δὲ διαγινώσκειν ἐστί σοι δυνατόν. θερμότερα γάρ σοι φαίνεται ἐφ' ὧν ἐστι χολῶδες, ψυχρότερα δὲ, ἐφ' ὧν φλεγματῶδες· ἧττον δὲ ψυχρὰ, ἐφ' ὧν μελαγχολῶδες. οὕτω μὲν διαγινώσκεις τοὺς τίκτοντας τὸν ἀχῶρα χυμούς.

Θεραπεία.

Θεραπεύειν δὲ χρὴ παραπλησίως τοῖς ἔχουσι τὸ τῆς ἀλωπεκίας πάθος, εἰ μὲν πληθωρικὸν εἴη καὶ κακόχυμον τὸ πᾶν σῶμα, καθαίρειν

interim biliosum, aut pituitosum: interim etiã melancholicũ. Internoscere igitur principalẽ causam oportet. nõ enim eadẽ in omnib. cu ratio existit. Nam cũ recrementũ quod superat, biliosum est, tenue substãtia existit quod emanat, & colore suppallidũ. Sin aũt non tenue substãtia, & colore suppallidũ, sed crassum & uiscosum extiterit, id quod redũdat, pituita est, et achorẽ efficit. Quòd si nihil horum fuerit, loca uerò unde humor effluit, dura magis, cutim excedentia, & strictiora appareant, ut ne quicquã ab eis effluat, aut uix exiguũ, intelligito melancholicũ subesse recrementũ, quod achorẽ pariat. Ceterũ etiã obseruari debẽt causæ, quæ præcesserũt temperamentũ ægri, ætas, & gustus. Etenim amarorẽ sentiunt, quib. causa est biliosa: salsam aũt qualitatẽ, quib. est pituita salsa: acidã uerò, quibus humor melãcholicus. Iam ex tactu internoscere poteris. Calidior enim tibi apparet, in quib. est biliosum: frigidior aũt, in quib. pituitosum: minus autẽ frigidus, in quibus melancholicũ. Ita sanè internosces humores achorem parientes.

Notæ achorum.

Causæ achorum.

Curatio.

Curatio achorum

Curare hos oportet similiter ac eos q alopeciæ uitio tenẽtur: siquidẽ corpus uniuersum humorib. copiosis scateat, quod plethoricũ dicitur, et uitiosis, quod cacochymũ, purgare

purgare id totum prius, eiusq; sollicitudinem habere, postea ad particulares medicinas peruenire conuenit.

DE FAVO. Cap. IX.

Fauus.

S*Ciendum est, etiam fauum simile esse achorib. uitium, magnitudine tantùm differens. Nam foramina meatuum, unde humor emanat, apium fauis respondent: unde etiam Græcis* κηρίον *apud ueteres nominatum est. In achoribus autem dictis, nō uidentur meatuum foramina, ex quibus humor in eis emanat. Quæ igitur ad achoras dicta sunt, ea quoque in fauo recitare conuenit. Quoniā uerò multa sunt quæ aduersus achoras proficiunt, distinguere conuenit, quæ horum sint ualentiora, magis que discutiant: rursus quæ repellant, quæ uerò mixtam facultatē habeant. Dicamus igitur, quibus in affectib. quæ potius medicamēta adhibēda sint.*

Achores incipientes; quib. curātur.

Incipiētes sanè achoras, ubi totum corpus prauis humoribus aut copiosis liberū fuerit, medicamenta astrictoria repulsoriaq; curāt: qualia sunt myrta, piceæ cortex, & rubi folia, illita: item plantago, oleastri succus, salicis folia floresq;, & polygoniū. Difficilium autem achorum incrementis obsistunt ea quæ simul repellunt id quod influit, simul etiā cōcoquūt: & id quod cōtinetur, discutiunt, cum

Difficiles achores.

θαίρειν δεῖ πρότερον, καὶ ὅλου ποιεῖσθαι πρόνοιαν τοῦ σώματος, ἔπειτα ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἔρχεσθαι βοηθείας.

ΠΕΡΙ ΚΗΡΙΟΥ. θ.

Εἰδέναι δὲ δεῖ καὶ τὸ κηρίον πάθος ὑπάρχον κοινὸς τοῖς ἀχῶρσι, μεγέθει μόνον διαφέρον. αἱ γὰρ καταῤῥήσεις τῶν πόρων, ὅθεν ἔξεισι τὸ ὑγρὸν, ἐοίκασι τοῖς κηρίοις τῶν μελισσῶν, ὅθεν καὶ κηρίον ὠνομάσθη παρὰ τοῖς παλαιοῖς. ἐπὶ δὲ τῶν καλουμένων ἀχώρων, οὐκ ἔστιν ἰδεῖν τὰς καταῤῥήσεις τῶν πόρων, ὅθεν δὲ αὐτῶν ἔξεισι τὸ ὑγρὸν. ὅσα οὖν πρὸς ἀχῶρας εἴρηται, ταῦτα καὶ ἐπὶ κηρίων ὀνομάζειν προσήκει. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλὰ τυγχάνει τὰ ποιοῦντα πρὸς τοὺς ἀχῶρας, προσδιορίζειν δεῖ, τίνα τούτων ἐστὶν ἰσχυρότερα καὶ διαφορητικώτερα, καὶ πάλιν ποῖα ἀποκρουστικὰ, ποῖα δὲ τὴν μικτὴν ἔχοντα δύναμιν. * εἴπωμεν οὖν ἐπὶ ποίων διαθέσεων ποίοις δεῖ μᾶλλον κεχρῆσθαι βοηθήμασιν. Ἀρχομένους μὲν οὖν ἀχῶρας ἄνευ τῆς ἐν ὅλῳ σώματι κακοχυμίας, ἢ πλήθους, στυπτικήν τε καὶ ἀποκρουστικὴν δύναμιν ἔχοντα ἰᾶται, οἷα μύρτα, καὶ ὁ τῆς πίτυος φλοιὸς, καὶ τὰ βάτου φύλλα ἐπιπλαττόμενα, καὶ ἀρνόγλωσσον, ἐλαίας ἀγρίας χυλὸς, καὶ ἰτέας φύλλα τε καὶ ἄνθη, καὶ πολυγόνιον. δυσιάτων δὲ ἀχώρων ἐνίσταται ταῖς αὐξήσεσιν ἅμα μὲν ἀποκρουόμενα τὸ ἐπιῤῥέον· ἅμα δὲ συμπέττοντα, καὶ διαφοροῦντα τὸ περιεχόμενον μικτῆς

μικτῆς ἔστι δυνάμεως, οἷς μετὰ τὴν ἀρχὴν χρῆσθαι προσήκει. τοιοῦτον μὲν ἐστὶν μύρσινον καὶ σχινίνον, καὶ ὁ τῶν βάτων, ἢ τῆς ἀνδράχνης χυλὸς σὺν ἐλαίῳ, καὶ λάδανον μετὰ οἴνου ἐπιχριόμενον, καὶ κύπειρος, καὶ φακῆ. τοῖς δὲ ἐπιπολαίοις ἀχῶρσι, καὶ μικροῖς ἀρήγει μόνοις, τὰ μέτρια ταῖς δυνάμεσι, καὶ μηδὲν ἐρεθιστικὸν ἔχοντα ἐκ τῆς διαφορητικῆς δυνάμεως. οἷον ἡ κιμωλία καὶ ἡ κρητικὴ, καὶ ἡ σάμια, καὶ πομφόλυξ, καὶ σπόδιον, καὶ λιθάργυρος, καὶ καδμία, καὶ ἀδίαντον μετὰ ῥοδίνου, καὶ τήλεως ἀφέψημα, καὶ μαλάχη σὺν οἴνῳ καὶ ἀλεύρῳ. ἄλλα δὲ ἰσχυρότατα ταῖς δυνάμεσιν ἐστὶν, ὡς καὶ τοὺς ὑπὸ παχέων πάνυ, καὶ γλισχρῶν ὑγρῶν γεγονότας ἀχῶρας, ἐμπεπλασμένους τε καὶ δυσκινήτως τῷ δέρματι δύνασθαι κενοῦν. ταῦτα δὲ εἰσὶν ἄλες καὶ χαλκῖτις, καὶ ἡ κεκαυμένη τρὺξ οἴνου, καὶ σανδαράχη, καὶ ἡ ἀκατάσβεστος τίτανος. ὄξος δὲ δριμύτατον ἐπιτηδειότατον ἐστὶν ἐν παντὶ καιρῷ πρὸς ἀχῶρας, καὶ ἡ τοῦ κρίνου ῥίζα, καὶ ἡ τοῦ σικύου, καὶ ἡ τῆς βρυωνίας κοινὴ ἡ τοῦ ἀσπαράγου.

cum mixta facultate ſint prædita, quibus poſt principia uti conuenit. Huiuſmodi uerò ſunt, myrteum oleum lentiſcinū, ruborum aut portulacæ ſuccus ex oleo; ladanum cum uino illitum, cyperus, & lenticula. At ſuperficiarijs & exiguis achoribus, auxiliantur, quæ mediocrem facultatem obtinent, & nihil quod irritet diſcutiendo indicant. Id præſtat terra Cymolia, Cretica, & Samia: item pompholix, ſpodium, ſpuma argenti, cadmia, adianthum cum roſaceo, fœnugræci decoctum, malua cum uino & farina ſubacta, ac nonnulla ualidiſsimis uiribus, ut etiam achoras à craſsis admodum & uiſcoſis humoribus infarctis´que cuti contumaciter poſsint euacuare. Talia ſunt, ſales, chalcitis, fex uini cremata, ſandaracha, calx uiua, item acetum quàm acerrimū præſtantiſsimum ad achoras eſt medicamentum. Optimè etiam diſcutit radix lilij, cucumeris, bryoniæ & aſparagi.

Superficiarii achores.

Valētiſsima remēdia achorum.

Δυνάμεις πρὸς ὀδυνώδεις ἀχῶρας.

Ὅταν πολὺς ἰχὼρ ἐκκρίνηται, καὶ σφοδραὶ ὀδύναι παρῶσιν, καταπλάσσεσθαι χρὴ ἐκ φακῆς λείας τε καὶ ἑψωμένης σὺν ὀλίγῳ μέλιτι, ἢ ἄρτον μετὰ κοριάνδρου, ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ στρύχνου, ἢ σέριδος, ἢ πολυγονίου, ἢ περδικίου βοτάνου.

Medicamenta ad achoras dolorificos.

Quum multa ſanies excernitur, & dolor uehemens affligit, cataplaſma conuenit ex lente læuigata, coctaq; cū mellis momento: aut ex pane cum coriandro, aut plantagine, aut ſolano, aut ſeri, aut polygonio, aut perdicio herba.

Achores dolorifici.

herba. Scire autem licet, cum accessiones remittunt, partem affectam tondendam esse, & abstergendam fœnugræci decocto, aut betæ, similiumq; ex aqua.

Medicamētum ad achoras, & totius corporis eruptiones, quæ exanthemata dicuntur.

Medicamentũ ad omnes eruptiões corporis.

Cerusæ drachmæ sex: argenti spumæ drachmæ quatuor: sulphuris uiui drachmæ sex: ceræ drach. sex: olei rosacei, aut myrtei quod satis est, ut ceratum liquidius efficias. Sicca cerato misceto, & caput inungito. Aliud.

Medicamentũ peculiare ad achoras fortissimum

Plumbaginis, sulphuris uiui paria pondera. Læuigatis affundito rosaceum, aut myrteum, aut lentiscinum, usque dum sordium fiat craßities, & illinito.

Aliud efficacius, ad achoras peculiare.

Argēti spumæ drachmæ uiginti: calcis uiuæ drach. quindecim: aceti hemina: olei myrtei unciæ quatuor. Sicca teres diligenter ex aceto: postea superfundes oleum, & uteris.

DE DOLORE CApitis. Cap. X.

Dolor capitis unde fiat,

Dolor capitis, qui Græcis κεφαλαλγία dicitur, accidens est multis ex causis ipsum efficientibus proueniens. Etenim sæpe & à qualitate sola, & à copia, interdum ab utrisque simul cōtingit: breuiter, quamcunq; dixeris

βοτάνης. δεῖ δὲ ἐν ταῖς παρακμαῖς τὸν τόπον ξυρῆσαι, καὶ ἀποσμῆχαι ἀφεψήματι τῆς τήλεως ἢ τεύτλου, καὶ τῶν ὁμοίων σὺν ὕδατι.

Φαρμακὸν πρὸς ἀχῶρας καὶ ἐξανθήματα.

Ψυμμιθίου δραχ. ϛ, λυθαργύρου δραχ. δ, θείου δραχ. ϛ, κηροῦ τὸ ἴσον. ἐλαίου ῥοδίνου, ἢ μυρσίνου τὸ ἱκανὸν, ὥστε κηρωτὴν ὑγροτέραν ποιῆσαι. τὰ ξηρὰ τῇ κηρωτῇ μιξὸν, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔγχριε.

Ἄλλο.

Μολυβδαίνης, θείου ἀπύρου, τὸ ἴσον. λειώσας δὲ παραχεῖ ῥόδινον, ἢ μύρσινον, ἢ σχίνινον, ἄχρι τοῦ γλοιώδους ποιήσαντα, κατάχριε.

Ἄλλο ἰσχυρότερον, πρὸς ἀχῶρας ἴδιον.

Λυθαργύρου δραχμ. κ, τιτάνου ἀσβέστου δραχ. ιε, ὄξους ἡμίνα, μυρσίνου οὐγγ. δ. ξηρὰ λειώσεις ἐπιμελῶς σὺν ὄξει, εἶτα καταχύσας ἔλαιον, χρῶ.

ΠΕΡΙ ΚΕΦΑΛΑΛγίας. ι.

Ἡ Κεφαλαλγία σύμπτωμά ἐστιν. ἔχει δὲ πολλὰς αἰτίας τὰς ἐργαζομένας αὐτήν. καὶ γὰρ ὑπὸ ποιότητος συμβαίνει πολλάκις καὶ μόνης, καὶ ὑπὸ πλήθους, ἄλλοτε ὑπὸ συναμφοτέρων, καὶ ἁπλῶς ὅ, τι ἂν τις εἴπῃ

εἴτε προκαταρκτικῶν αἰτιῶν, εἴτε συνεκτικῶν, εὑρήσει καὶ τοῦτο κεφαλαλγίας ποιητικόν. ἐπειδὴ οὖν οὐχ ἕν ἐστιν αἴτιον, ἀλλὰ διάφορα τὰ παρασκευάζοντα γίνεσθαι κεφαλαλγίαν, διάφορον δὲ ἀνάγκη δεῖ ποιεῖσθαι καὶ τὴν θεραπείαν, πρὸς ἕκαστον τῶν τοιούτων αὐτῶν ἀποβλέποντας. καὶ διὰ τοῦτο ποιοῦμεν ἀπὸ τῆς κατὰ ποιότητα κεφαλαλγίας τὴν θεραπείαν ἀρχόμενοι. εἰδέναι τοίνυν χρὴ ὅτι αἱ σφοδρόταται κεφαλαλγίαι γίνονται κατὰ τὰς δραστικὰς ποιότητας, καὶ μάλιστα τὴν θερμήν. αἱ δὲ κατὰ ξηρότητα γινόμεναι κεφαλαλγίαι τὸ σφοδρὸν οὐχ ὁμοίως κέκτηνται. αἱ γὰρ ὑγραὶ ποιότητες οὐδ' ὅλως ἐπιφέρουσιν ὀδύνην ὅσον ἐφ' ἑαυταῖς, εἰ μὴ δριμύτης τύχοι συμπεπλεγμένη, καὶ ὅτε μὴ μετὰ θερμότητος ἢ ψυχρότητος, ἀλλὰ μετὰ πλήθους οἱ χυμοὶ τύχοιεν ὄντες, λόγῳ τῆς διατάσεώς τε καὶ ἐμφράξεως ὀδύνας τίκτουσιν, ἐὰν ὦσι μάλιστα παχεῖς καὶ κολλώδεις. ἀρξώμεθα οὖν λέγειν τὰς θεραπείας, ἀπὸ τῶν διὰ προκαταρκτικῶν αἰτιῶν συνισταμένων κεφαλαλγιῶν τὴν ἀρχὴν ποιούμενοι.

dixeris præcedentem, siue coniunctam causam, hanc quoq; dolorem capitis facere deprehendes. Quoniam igitur non una causa existit, sed diuersæ, quæ dolorem capitis excitent, necesse est uariam quoq; curationem adhibere, ad singulas ipsas respiciẽtes: atq; idcirco à curatione illius doloris, qui ex qualitate contractus est, auspicemur. Sciendum itaq; est, uehementissimos capitis dolores ex efficiẽtibus qualitatibus proficisci, & præcipuè calida: qui uerò à siccitate proueniunt, æquè uehemẽtes non sunt. Nam humidæ qualitates, quantum ad ipsas attinet, nullum prorsus dolorem inferunt, nisi acrimonia fuerit coniuncta. At ubi humores non calore, aut frigiditate, sed copia infestant, tum distensionis, tum obstructionis dolores pariunt, maximè si crassi & glutinosi fuerint. Incipiamus igitur curationes persequi, initiũ facientes ab ijs capitis doloribus, qui à præcedẽtibus causis atq; externis constituuntur.

Vehemẽtissimi dolores capitis ex qualitatib. effiẽtibus.

Distensionis & obstructionis dolores.

Διάγνωσις τῆς ἐπὶ ἐγκαύσει γινομένης κεφαλαλγίας.

Τὰ σημεῖα πᾶσι δῆλα καὶ ὁμολογούμενα τυγχάνει τῶν ἐπὶ ἐγκαύσει καὶ θερμῇ δυσκρασίᾳ πασχόντων τὴν κεφαλήν. ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ τούτων τὸ δέρμα θερμότερον τῇ ἁφῇ καὶ ξηρότερον, εὐθὺς κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολήν, ἄνευ

Notæ doloris capitis ex insolatu cõtracti.

Eorum qui insolatu & calida intemperie capite laborant, indicia omnibus nota, & in confesso sunt. Nam cutis horum ad tactum calidior apparet: quamprimum manum ei admoueris, sine

Dolor capitis ex insolatu.

sine mora aridior deprehenditur. Oculos ægri habent rubentes, frigidæ aspergini b. super caput datis oblectantur: & non solum hoc facientibus dolor mitigatur, sed etiam maximum percipitur adiumentum.

Curatio doloris ex insolatu concitati.

Curatio doloris ex insolatu.

Quòd exusti in sole refrigerantia requirunt, omnibus est manifestum: sed illa quæ etiam tenuem facultatem obtinent, cuiusmodi est oleum quoq; rosaceum inunctum, paulo aceti adiecto. Magis enim adhuc penetrare rosaceum potest, si cũ aceto illinatur. Quòd si calor amplius superare uideatur, etiam refrigerantium uim intendere conuenit, admiscendo semperuiui succũ, aut serpilli, aut parietariæ, aut portulacæ, aut lactucæ syluestris, aut sereos, aut intyborum, aut cucurbitæ, aut rosarum, aut uuæ acerbæ, aut polygoni succum, aut mali punici, & præsertim acidi, aut aliorum similium, siquidem consideraueris, refrigerantium, ita ut non magnum torporem inducant, aut astringant, ut dictum est. Vitare igitur oportet etiam propter hoc, mandragoræ oleum, & quæ ex capitibus papaueris, & liquore eius parantur, nisi antea eis uti propter multas uigilias coacti fuerimus: atque tunc, cum multa cautione modicè offerri debent.

Rosaceũ cũ aceto magis penetrat.

Narcotica uitanda in dolore capitis ex insolatu.

αὔσου τοῦ χρονίσαι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρυθροὺς. χαίρουσι δὲ καὶ τῷ ψυχρῷ προσαντλούμενοι, καὶ οὐ μόνον παραμυθοῦνται τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὠφελοῦνται.

Θεραπεία τῆς ἐκ ἡλίου ἐγκαύσει γινομένης κεφαλαλγίας.

nim uniuersa * euacuatio efficit, ut nõnihil etiam spiritus qui uapores transmittit, euacuetur et dißipetur. Sin autẽ uires multam prima uice euacuationẽ non tolerãt, necesse est tunc non modò semel, sed etiam bis, & sæpius, quantum licet, paulatim auferre. Quòd si à brachio uacuatio fieri nequit, tentandum est eam à poplite & tali partibus moliri. atq; hoc magis in muliebribus corporibus faciundũ est: quippe menstruam purgationem prouocat. Cum aũt uenas cubiti non manifestus inueneris, eas quæ cõmemoratis locis subiacent, incidere tunc oportet. Nam ad affectum prædictũ sanguinis uacuatio est necessaria. Nihil igitur minus iuuabis, ex quacũq; parte sanguinem detraxeris, cum etiã omnia simul uacuentur, quemadmodum diuus Hippocrates ait: Confluxus unus, conspiratio una, omnia consentientia.

Sãguinis detractio ex quacũq; parte ꝓdest.

Hippocrates de alimẽtis.

Curatio melancholię ex infarcto impactoq; sanguine ortæ.

Melancholię ex impacto sanguine curatio.

Si humoris sanguinei materies cerebro impacta fuerit, tunc audacter uenam in fronte secato. Nam post totius corporis uacuationem, si loco iam remedia adhibeas, nihil nocebis. At si circa caput aliquid moliri cogites, priusquam totum corpus recrementis liberum reddideris, offendes

ἡ ἀθρόα κένωσις συγκενοῦσθαι καὶ διαπνεῖσθαί τι ποιεῖ, καὶ τοῦ ἀναπέμποντος τοὺς ἀτμοὺς πνεύματος. εἰ δὲ μὴ φέρει πολλὴν ἐκ πρώτης ἡ δύναμις κένωσιν, ἀνάγκη τηνικαῦτα μὴ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς, καὶ πολλάκις ὅσον ἐγχωρεῖ κατὰ μικρὸν ἀφαιρεῖν. εἰ δὲ μὴ ἀπὸ τοῦ χειρὸς δυνατόν ἐστι ποιεῖσθαι τὴν κένωσιν, ἀποπειρᾶσθαι δεῖ ἀπὸ τοῦ ἰγνύος, ἢ ἀπὸ τῶν περὶ τὸν ἀστράγαλον μερῶν τὴν κένωσιν ποιήσασθαι. καὶ μᾶλλον τοῦτο δεῖ πράττειν ἐπὶ γυναικείων σωμάτων. καὶ γὰρ προτρεπτικόν ἐστι ἐμμήνου καθάρσεως. ὅταν οὖν μὴ φανερὰς εὕρῃς τὰς ἐν ἀγκῶνι φλέβας, τὰς ὑποπιπτούσας ἐν τοῖς εἰρημένοις τόποις, δεῖ τηνικαῦτα τέμνειν. κενώσεως γὰρ αἵματός ἐστι χρεία πρὸς τὴν εἰρημένην διάθεσιν. οὐδὲν οὖν ἧττον ὠφελήσεις, ὅθεν ἂν τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ αἵματος ποιήσεις, ἐπειδὴ καὶ πάντα συγκενοῦνται, καθάπερ ὁ θεῖος Ἱπποκράτης φησὶ, ξύρροια μία, σύμπνοια μία, πάντα συμπαθέα.

Θεραπεία τῆς διὰ σφήνωσιν αἵματος γινομένης μελαγχολίας.

Εἰ δὲ ὕλη αἱματικοῦ χυμοῦ σφηνωθείη περὶ τὸν ἐγκέφαλον, τότε θαῤῥῶν τὴν ἐν τῷ μετώπῳ φλέβα τέμνε. μετὰ γὰρ τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος κένωσιν, τὴν τοπικὴν ἤδη προσάγων θεραπείαν οὐδὲν βλάψεις. ἄνευ δὲ τοῦ πᾶν ἀπέριττον ἐργάσασθαι, εἰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἐνεργεῖν τι βουληθείης, ἀδική-

ἀδικήσεις μᾶλλον ἢ ὠφελήσεις, ἐπεὶ τὸ πεπονθὸς ὕλην ἐπισπώμενος πλεῖονα. οὕτω μὲν ἰᾶσθαι δεῖ τοὺς ἐπὶ πλήθει μόνῳ τοῦ αἵματος ἀρξαμένους μελαγχολᾶν, μηδέπω σαφῶς ἀλλοιωθέντος ἐπὶ τὸ δακνῶδες καὶ δριμὺ, ἢ χολῶδες, ἢ ἐπὶ ἄλλην τινὰ χυμοῦ δυσκρασίαν. εἰ γὰρ φθάσει τι τούτων ὑπομεῖναι τὸ αἷμα, οὐκέτι μετὰ γέλωτος οὗτοι τὰς φαντασίας ἴσχουσιν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἄγριοι, καὶ μανιώδεις ἄγαν αὐτοῖς οἱ παροξυσμοὶ προσγίνονται. διὸ δεῖ σπουδάζειν, ἐκτέμνειν ἀρχόμενον τὸ πάθος. χρονίσαν γὰρ, καὶ οἷον φυσιωθὲν, ἀθεράπευτον ἐγγὺς ἀποτελεῖται, καὶ οὐ μελαγχολᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ μαίνεσθαι τοὺς τοιούτους ἐκκλήσκουσιν. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἄλλο μανία, ἢ ἐπίτασις τῆς μελαγχολίας ἐπὶ τὸ ἀγριώτερον.

fendes magis quàm iuuabis, copiosiorem materiam ad locũ affectũ attrahẽs. Hac sanè ratione ijs qui ex sola sanguinis copia melancholia laborare inceperunt, mederi cõuenit, ubi nondũ ad rodentem, acrẽ, aut biliosam, aliam'ue quandam humoris intemperiẽ manifestò immutatus fuerit. Nam si horum aliquid sustinuerit, hi nõ amplius cum risu imaginationes habent, sed contrà feras ac furiosas admodum accessiones experiuntur: quare per initia affectum exscindere tentandum est. Inueteratus enim, & ueluti in naturã cõuersus, incurabilis propemodum euadit: & tali morbo affecti, non melancholia tantum laborãt, sed etiam per circuitus insaniunt. Nihil enim al[i]ud est insania, quàm melancholiæ ad maiorem feritatem intensio.

Sanguinis missio.

Insania quid.

Σημεῖα τοῦ δριμύτερον καὶ χολωδέστερον γεγενῆσθαι τὸ ποιοῦν αἷμα τὴν μελαγχολίαν.

Indicia melancholiæ, quam sanguis acrior biliosiorq́ excitauit.

Γνωρίσεις δὲ μηκέτι ἀναφερομένους ἀτμοὺς αἱματικοὺς, ἀλλὰ μελαγχολικωτέρους, ἢ δριμυτέρους, ἐξ ὧν προειρήκαμεν. ὅτι δὲ καὶ ὀργιλώτεροι, καὶ θορυβώδεις, καὶ οὐκέτι πρόσηνεῖς τοῦ ἐκ χολῆς ἐστι, καὶ οὐκ ἐξ αἵματος. λοιπὸν δὲ τὸ τὴν κρᾶσιν τοῦ κάμνοντες εἶναι θερμοτέραν καὶ ξηρὰν, καὶ τὴν ἡλικίαν ἀκμαστικὴν, καὶ τὴν προλαβοῦσαν δίαιταν, θερμοτέραν τε καὶ δριμυτέραν, καὶ τὰ ἄλλα τούτοις σύστοιχα σαφέ-

Cognosces autem ex notis quas prædiximus, nõ amplius uapores sanguineos, sed magis melancholicos, aut acriores sursum efferri. Quòd autem ægri iracundi magis turbidiq́;, & minus placidi sint, id bili, non autẽ sanguini tribuendũ est. Cæterùm q̃ tẽperamentũ ægri calidius sit, et siccũ, ætas uigẽs, quodq́; uictus præcesserit calidior, et acrior, aliaq́; his cognata, clarius

Notæ melancholiæ ex acri & bilioso sanguine.

clarius tibi indicabunt, sanguinem ad biliosiorem magis naturam esse conuersum. Nam humores diuersis modis commouentur, & aliàs aliam qualitatem recipiunt. Siquidem in bilem conuertuntur multa inedia, continuo salsorum ciborum esu, aut ualidis curis. Ad sanguineum autem humorem magis uergunt, ex largioris uini usu, & quodam ualentium ciborum appetitu, & liberalioribus balneis. Sin autem duos quoque humores superare contingat, utrumque horum accidens oboritur. Interim namque rident ægri, interim ferocius loquuntur, & aliàs alios motus, interualla'que & acceßiones habent: quemadmodum in febribus accidit, quæ circuitu mouentur. Atq; in his nonnunquam hoc humore cerebrum repleri, nonnunquam illo, pro diuersis ipsorũ mutationibus, motibusq́.

Sãguis in biliosiorem naturam conuersus.

Notę sanguinei humoris.

Curatio melancholiæ, quæ à bilioso & acriore sanguine nascatur.

Si igitur ex his quæ diximus, indicijs, bilem sanguini in uasis admixtam esse suspiceris, ad ea quæ huiusmodi humorem uacuant, statim ueniendum est. Hoc autem probè facies, ac purgatio tibi commodè succedet, si paucis

σαφέστερον ἐνδείξεταί σοι τὸ μᾶλλον ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἐκτετράφθαι τὸ αἷμα. κινοῦνται γὰρ διαφόρως οἱ χυμοί, καὶ ἄλλοτε ἄλλην ἀναδέχονται ποιότητα. ἐπὶ μὲν γὰρ τὴν χολὴν ἐκτρέπονται διὰ πολλὴν ἀσιτίαν, καὶ ἁλμυρῶν ἐδεσμάτων συνεχῆ προσφοράν, ἢ συντόνους φροντίδας. ἐπὶ δὲ τὸν αἱματικὸν χυμὸν προβαίνουσιν ἐπὶ πλέον διὰ πλείονος οἴνου χρῆσιν, καὶ διά τινα πολυτρόφων ὄρεξιν ἐδεσμάτων, καὶ λουτρῶν πλειόνων. εἰ δὲ καὶ τοὺς δύο συμβῇ πλεονάζειν χυμούς, τούτων ἑκάτερον ἀποτελεῖται σύμπτωμα. ποτὲ μὲν γὰρ γελῶσι, ποτὲ δὲ θρασύτερον φθέγγονται, καὶ ἄλλοτε ἄλλας κινήσεις, καὶ διαλείμματα, καὶ παροξυσμοὺς ἔχουσιν, ὥσπερ ἤδη τῶν κατὰ περίοδον κινουμένων συμβαίνει πυρετῶν. καὶ ἤδη τούτων ποτὲ μὲν ὑπὸ τοῦδε τοῦ χυμοῦ πληροῦσθαι τὸν ἐγκέφαλον· ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦδε, πρὸς τὰς διαφόρους αὐτῶν ἐκτροπὰς καὶ κινήσεις.

Θεραπεία τῆς ὑπὸ χολώδους καὶ δριμυτέρου αἵματος γινομένης μελαγχολίας.

Εἰ οὖν ἐκ τούτων ὧν εἰρήκαμεν σημείων ἐπιμεμίχθαι χολὴν τῷ αἵματι ἐν τοῖς ἀγγείοις ὑπονοήσεις, ἤδη τὰ κενοῦντα τὸν τοιοῦτον χυμὸν ἄρχεσθαι κατὰ τὸ τηνικαῦτα. τοῦτο δὲ πράξεις καλῶς, καὶ τὰ τῆς καθάρσεώς σοι ἤδη τέλεια γενήσεται, ἐὰν ὀλίγας

ὀλίγας ἡμέρας εὐκράτῳ τροφῇ καὶ ὑγροτέρᾳ τὸν ἄνθρωπον προδιαιτήσας, δώσεις τὸ χολαγωγὸν φάρμακον. οὕτω γὰρ καὶ ὁ λυμαινόμενος χυμὸς ῥᾳδίως ἐπακολουθήσει τῷ καθαίροντι βοηθήματι, νικώμενος μᾶλλον ἢ νικῶν τοῦ φαρμάκου τὴν δύναμιν. ὥσπερ γὰρ τέμνει τὰ τῶν παχυτέρων ὅσα λεπτύνει καὶ θερμαίνει προσφέρων, οὕτω καὶ οἱ τοιοῦτοι χυμοὶ ἐπιτηδειότεροι πρὸς κένωσιν γενήσονται. τοὺς δὲ ὑπὸ τοῦ χολώδους αἵματος ὀχλουμένους διαιτήσας, ὥσπερ εἰρήκαμεν, ὑγρᾷ καὶ εὐκράτῳ τροφῇ, τὸ φάρμακον ἐπιδίδου. ἔστω δὲ ἡ πικρὰ προσλαμβανομένη τὸν ὀπὸν τῆς σκαμμωνίας· ἀλλὰ τῆς μὲν πικρᾶς πρόβαλε γρ. ς, τοῦ δὲ τῆς σκαμμωνίας ὀποῦ κερ. η, ἢ μικρῷ πλέον, ἢ ἔλαττον. εἰ μὲν οὖν λυθὲν τὸ φάρμακον μὴ θέλει λαμβάνειν ὁ κάμνων, γινέσθω καταπότια. εἰ δὲ καὶ ταῦτα δυσχεραίνει καθ' αὐτά, σὺν οἴνῳ ἢ ᾠοῖς ἁπαλωτάτοις δεχέσθω, διανοιχθέντος ἠρέμα τοῦ ὑμένος τῆς λεκύθου, καὶ ἐν τῷ μέσῳ ἐμπλησθέντων. οὕτω γὰρ ἀλύπως καὶ προσηνῶς ὁ κάμνων πάντως αὐτὰ δέξεται. μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην δόσιν τοῦ φαρμάκου, εἰ μὴ ἀρκοῦσαν εὕροις γινομένην τὴν κένωσιν, ἐπιδιαλιπὼν ὀλίγας ἡμέρας, καὶ διαιτήσας πάλιν τοῖς ὑγραίνειν δυναμένοις τὸν κάμνοντα, λουτρῷ κέχρησο καὶ ἡσυχίᾳ. καὶ αὖθις κάθαιρε, αὐξήσας μᾶλλον μικρῷ πλέον τοῦ καθαρσίου τὴν δόσιν. οὕτω γὰρ ἂν ἄριστα πράξεις, ἐφ' ὧν μὴ μελαγχολία φαίνοιτο

paucis antè dieb. homini cibo temperato et humidiore nutrito medicamentum ad bilem ducendam efficax porrigas. Sic enim humor etiam qui offendit, medicamento purganti facilè cedet, ita ut uincatur potius, quàm illius uim euincat. Nam ut in craßioribus humoribus cibi qui extenuant & calefaciunt, utiliter adhibentur, ita etiam tales eiſdem ad euacuationẽ magis idonei reddẽtur. Vbi uerò eosq à bilioſo ſanguine infeſtãtur, humido, ut diximus, & tẽperato uictu alueris, medicamentũ exhibeto. Sit autem picra, quæ recipit liquorem ſcammoniæ: uerùm picræ quidẽ ſcrupulos ſex, ſcammoniæ uerò liquoris ſiliquas octo, aut paulo amplius minus'ue ponito. Quòd ſi æger medicamentum ſolutum nolit aßumere, fiant catapotia: ſin hæc quoq; per ſe inuitus capiat, uino, aut ouis mollißimis excipiat, ita ut uitelli mẽbrana leniter aperta, in medio illa conijciantur: ſic enim æger ſine molestia, & placidè omnino ea accipiet. Cæterùm ſi tali dato medicamento corpus non abundè ſatis uacuatũ eſſe deprehendas, post paucos dies, & uictum humectantem rurſus adhibitum, balneo utitor, & quiete, ægrumq; iterũ purgato, aucto paulo magis medicamenti pondere. ſic enim optimè feceris, in quibus melancholia nõ

Reiteratio purgationis.

ex sanguine in biliosam naturam conuerso, & plus satis excalescente, & toto ferè nimis adusto prouenerit. Qui enim calidioribus antidotis aut purgationibus in tali melancholia usi sunt, præsertim hiera, ægros magis furiosos atque insanos reddiderunt, dum sanguinem ad siccius & acrius conuerterent. Præstat igitur tales simplicioribus adhuc medicamẽtis, quæ corpus totum nequeant calefacere, repurgatos, humectanti cibo permittere. Nouistis autem uos, me quoq; plerosque ita laborantes, uictu potius quàm medicamentis usum, persanasse. Verùm esto cibus, ut summatim dicam, ptisana potißimùm, quæ manè cũ granis ipsis, aut circa horam secundam assumatur: in prandio etiam pisces saxatiles, gallina cohortalis, atque alia quæ uolatu fidunt, præter palustres: item ex testacea cute præditis pectines, astaci & erinacei: inter olera, lactuca & intybus, omni modo comesta: adhæc malua. alia uerò omnia uitentur, præsertim braßica, & agrestia olera. Ex fructibus pomaceis peponum & cucumerũ medulla: similiter etiam inter uuas, dulces, & dura carne præditæ: ex malis, quæ nõ astringunt. Ficus aũt uitentur, aut modicè assumantur: atq; hæc sunt omnia. Nam talia ferè non posse obesse, usu probauimus.

At ex

Melancholię biliosæ quę obsint.

Victus pleroſq; sanat.

φαίνοιτο γεγενῆσθαι, τοῦ αἵματος ὥσπερ τὸ χολῶδες ἐκτραπέντος, καὶ ὑπερθερμαινομένου, καὶ κινδυνεύοντος ἅπαν ὑπεροπτηθῆναι. ὅσοι γὰρ θερμοτέραις ὥσπερ τῶν τοιούτων ἀντιδότοις ἢ καθαρτηρίοις ἐχρήσαντο, καὶ μάλιστα τῇ καλουμένῃ ἱερᾷ, οὗτοι μανιωδεστέρους ἀπετέλεσαν τοὺς κάμνοντας, ὥσπερ τὸ ξηρότερον καὶ δριμύτερον παρατρέψαντες τὸ αἷμα. βέλτιον οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπλουστέροις ἔτι ὑποκαθάραντας φαρμάκοις, καὶ αὐτοῦ τοῦ δύνασθαι θερμαίνειν τὸ πᾶν, ὥστ' ἐπιτρέπειν τῇ ὑγραινούσῃ τροφῇ. ἴστε δὲ καὶ ὑμεῖς, ὡς καὶ ἐγὼ τῶν οὕτω καμνόντων πολλοὺς ἰασάμην, διαίτῃ μᾶλλον ἢ φαρμακείᾳ χρησάμενος. ἔστω δὲ ἡ δίαιτα, συντόμως εἰπεῖν, πτισάνη μάλιστα, καὶ ἕωθεν παραλαμβανομένη μετὰ τῶν κόκκων, ἢ περὶ ὥραν δευτέραν. ἐν δὲ τῷ ἀρίστῳ, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πετραῖοι, ἥ τε κατοικίδιος ὄρνις, καὶ τὰ ἄλλα πτηνά, χωρὶς τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι, καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων τὰ κτένια, καὶ οἱ ἀστακοί, καὶ οἱ ἐχῖνοι, καὶ τῶν λαχάνων ἡ θριδακίνη καὶ ἴντυβον, παντοίως ἐσθιόμενα, καὶ ἡ μαλάχη. τὰ δὲ ἄλλα πάντα παραιτείσθωσαν, καὶ μάλιστα τὴν κράμβην, καὶ τὰ ἄγρια τῶν λαχάνων. ὀπωρῶν δὲ τῶν πεπόνων καὶ σικύων ἡ ἐντεριώνη. ὡσαύτως καὶ τῶν σταφυλῶν αἱ γλυκεῖαι καὶ σκληρόσαρκοι. καὶ τῶν μήλων ὅσα μὴ στύφα. τὰ δὲ σῦκα παραιτείσθωσαν, ἢ μετρίως προσφερέσθωσαν. καὶ πάντα ταῦτα. πεπείραται γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐγγὺς τοῦ μὴ δύνασθαι βλάπτειν.

τῶν

τῶν δὲ πλακούντων ἁπάντων παραιτείσθωσάν τι λαμβάνειν ὅλως, καὶ τὰ διὰ γάρου τε καὶ τυροῦ τὴν σκευασίαν ἔχοντα. πάντα γὰρ ὅσα τοιαύτην ἔχει τὴν σκευασίαν, ἔχοντα τὸν χολώδη μᾶλλον αὔξει καὶ ὑπεροπτᾷ χυμόν. οἶνον δὲ εἰ ἡ χρεία καλέσει, χρυσάττικον, καὶ τοῦτον ὀλίγον. τούτου δὲ μὴ ὄντος, προτιμητέον τοὺς μηδὲν ἔχοντας στυπτικόν, διὰ τὸ μὴ περὶ τὴν κεφαλὴν ἀτμοὺς ἀναδίδοσθαι. τοιαύτη μὲν αὐτοῖς καὶ ἡ δίαιτα ἔστω. καὶ γὰρ εἴ τι τῶν κατὰ μέρος λέλειπται, καὶ τοῦτο συνετῶς προσθήσει ἰατρὸς ἀκολουθῶν τοῖς εἰρημένοις, ἐξευρεῖν δυνήσεται ἑαυτῷ, καὶ εἰ κρεῶν καὶ λουτρῶν δεήσει, ἢ αὔξων, ἢ μειῶν τὸ ποσὸν, μὴ ἄγαν ἀθρόως.

Περὶ λουτροῦ.

Καὶ ἡ τῶν γλυκέων λουτρῶν χρῆσις, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, τῶν βοηθούντων αὐτοῖς ἐστι. τὸ μὲν γὰρ δεῖ διαφορῆσαι τῆς χολῆς, τὸ δὲ καὶ ἀντικεράσαι διὰ τῆς τῶν ὑγρῶν ποιότητος. ὅλον μέντοι τὸ σῶμα καταχείσθωσαν θερμῷ ὕδατι. τὴν δὲ κεφαλὴν χλιαρῷ μᾶλλον, καὶ τοῖς λεκύθοις τῶν ᾠῶν αὐτοὺς σμηχέσθωσαν. ἀλειφέτωσαν δὲ τὸ μὲν ὅλον σῶμα ὑδρελαίῳ, καὶ τὴν κεφαλὴν ῥοδίνῳ. ἔστω δὲ καὶ ὁ ἀὴρ εὔκρατος. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ τοῦ θερμοῦ δεξαμενή, καὶ ἐγχρονιζέτωσαν ἐν αὐτῇ, καὶ εἰς τὸ θερμὸν ἀναγκαζέσθωσαν εἰσιέναι. πάντως καὶ εἰ θέρος εἴη, ἐγχρονιζέτωσαν ἐν αὐτῷ.

μετὰ

At ex placentis uniuersis assumere quid, prorsus cauendū est: item quæ ex garo & caseo præparantur. Nam omnia quæ in hunc modum conficiuntur, biliosum humorem magis augent, & nimis exassant. Vinum, si usus quoque postulauerit, Chrysatticū, eiusq; modicum propinabis. Huius inopia, præferri debent, quæ nihil astringens habent, ne ipsa ad caput uapores transmittant. Huiusmodi sanè uictus ipsis præscribatur. Etenim si quid ex particularibus desideretur, hoc quoq; medicus intelligens, ijs quæ dicta sunt, prudenter adijciet: atque per se inuenire poterit, num carnibus & balneis æger indigeat, aut augens, aut minuens quantitatem non nimis subitò.

De balneo.

Dulcium balneorū usus, si quid aliud, ipsis opitulatur. Aliă namq; partem bilis discutere, aliam humidorum qualitate contemperare, totum uerò corpus aqua calida superfundere, caput tepida potius, & luteis ouorum abstergere, ac uniuersum sanè corpus hydrelæo, caput autem rosaceo ungere conuenit. Aer quoque sit temperatus: pari modo calidæ labrum: atq; ægri in eo immorentur diutius, ac in calidam descendere cogantur: omnino etiam, si æstus fuerit, in ea diutius insideant.

Balnea dulcis aquæ conferūt melancholicis.

A bale-

Tepida post balneum potanda.

A balneo non statim bibant uinum, sed aquam tepidam: atq; ita ut antea prædiximus, cibum sumant. Dormituris *rursus tepida offeratur.* Hoc *sanè uictu eos qui* ex *bilioso sanguine calido admodum melancholia laborare incipiunt, nutrire conuenit.* Notandũ *uerò est, ueteres in capite talium melancholicorum cucurbitulis et pulueribus acrioribus usos fuisse, cruentare ipsum cupientes: alios etiam hirudinibus: nos autem in omnibus huiusmodi, talia fugiamus.* Nam *præterquàm quòd nihil ipsos iuuant, adhuc etiam magis intemperatos & sicciores reddunt.* Tunc *autem ista fieri debēt, quando materia uiolenter ad cerebrum profecta, & craßior impacta fuerit, ut alijs cedere medicamentis repugnet.*

μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν εὐθὺς μὴ πινέτωσαν οἶνον, πλὴν εὔκρατον. καὶ οὕτως ἐσθιέτωσαν, ὡς προειρήκαμεν ἔμπροσθεν. καὶ καθεύδειν δὲ μέλλοντες προσφερέσθωσαν εὔκρατον πάλιν. οὕτω μὲν χρὴ διαιτᾶν τοὺς διὰ χολῶδες αἷμα καὶ θερμὸν πάνυ, καὶ τοὺς ἀρχομένους μελαγχολᾶν. εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι ἤδη τούτων οἱ παλαιότεροι, σικύαις ἐχρήσαντο κατὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἀναρίμμασι δὲ δριμυτέροις, ἀμύττειν τὴν κεφαλὴν βουλόμενοι, ἄλλοι δὲ καὶ βδέλλαις. ἡμεῖς δὲ φεύγομεν ἤδη τῶν τοιούτων ἁπάντων τὰ τοιαῦτα. πρὸς γὰρ τῷ μηδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖν, ἔτι καὶ μᾶλλον δυσκράτους καὶ ξηροτέρους ἐργάζονται. τότε δὲ προσήκει ταῦτα ποιεῖν, ὁπηνίκα φθάσῃ βιαίως ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον παραγενομένη ὕλη, καὶ σφηνωθῇ παχυτέρα οὖσα, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπείκειν βοηθήμασιν οὐκ ἀνεχομένη.

De melancholia, quæ à sanguine melancholico nascatur.

Περὶ τῆς ἀπὸ μελαγχολικοῦ αἵματος γινομένης μελαγχολίας.

Melāchoꝉiæ ex humore crasso & melācholico notę

Accidit *igitur, nonnullos melancholia potißimũ laborare, quũ sanguis plus satis adustus, uapores immoderatius capiti transmittit, animalemq; in eo spiritum permutat.* Vapores *autem à melancholico potius humore excitari inde nosces, quòd æger tristitia præter rationem, mœrore & metu afficiatur, optetq; mortem, & auersetur eos qui maximè uidentur esse*

Συμβαίνει μὲν οὖν μάλιστα μελαγχολᾶν τινας, ὑπερωπτημένου τοῦ αἵματος, καὶ ἀμετρότερον ἐπιπέμποντος τῇ κεφαλῇ τὰς ἀναθυμιάσεις, καὶ τρέποντος τὸ ἐν αὐτῇ ψυχικὸν πνεῦμα. γνωρίσεις δὲ τὸ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ μελαγχολικοῦ γίνεσθαι τὰς ἀναθυμιάσεις, ἐκ τοῦ λύπας ἀλόγους, καὶ δυσθυμίας, καὶ φόβους ὑπομένειν τὸν κάμνοντα, ὀρᾶν τι θανάτου, καὶ ἀποστρέφεσθαι τοὺς μάλιστα δοκοῦντας εἶναι

εἶναι τῶν φίλων, ὑπονοίας τε ψευδεῖς ἔχειν, ὥς τινων θελόντων αὐτὸν ἀνελεῖν, ἢ ξίφει χειρωσαμένων, ἢ φάρμακον παρεχόντων. οἶδα μὲν δὲ καὶ ἄλλας μυρίας ἰδέας τὸν τοιοῦτον χυμὸν ἐπιφέρειν ξένας τε καὶ πολυτρόπους φαντασίας. καὶ ὅτι οἱ μὲν ἐνόμισαν εἶναι κέραμον αὐτούς, ἄλλοι δὲ βύρσαν, ἕτεροι δὲ ἀλεκτρυόνα, καὶ μιμεῖσθαι θέλειν τὴν ἐκείνου φωνήν. καθάπερ ἄλλοι ἀηδόνα τὸ ὄρνεον ἐνόμισαν εἶναι, καὶ κλαίειν ὅτι τὸν ἴτυν ἀπώλεσαν. ἕτεροι δὲ, ὅτι τὸν οὐρανὸν βαστάζουσιν, ὡς ἄτλας. καὶ δεδιέναι φασὶ μὴ καταπέσῃ, καὶ οὐ μόνον ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ πάντας ὁμοῦ συντρίψειν. ἐγὼ δὲ γυναῖκα ἐθεασάμην οὕτω φανταζομένην, καὶ περισφίγγουσαν ἑαυτῆς τὸν μέσον τῆς χειρὸς δάκτυλον, ὡς ἐν αὐτῷ τὸν ὅλον κόσμον βαστάζουσαν. ἔκλαιε δὲ κἀκείνη, δεδοικυῖα μή πως ἐπικάμψῃ τὸν δάκτυλον αὐτῆς, καὶ ὅλον συμβῇ καταπεσεῖν τὸν κόσμον καὶ πάντα ἀπολέσθαι παραυτίκα. καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς ἑωράκαμεν, ὧν περιττόν ἐστι, τάχα δὲ καὶ ἀδύνατον ἐθέλειν ἁπάντων μεμνῆσθαι. ἀλλ' ἀρκέσει ταῦτα παραστῆσαι, ποῖα μᾶλλον εἴωθε συμβαίνειν τοῖς ἀπὸ μελαγχολικοῦ χυμοῦ τὴν γένεσιν ἀρξαμένοις ἔχειν. εἰ μὲν οὖν ἀρξάμενον εἴη τὸ νόσημα διὰ λύπην ἢ φροντίδα τινὰ προηγησαμένην, ἢ ψυχικὸν ἄλλο πάθος, ὑπονοεῖν χρὴ τότε πρὸς τὸ τῆς φαντασίας εἶδος, ἢ λόγον, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀθρόαν ἐργάζεσθαι τὴν μεταβολὴν δυναμένων. πλεῖστοι γὰρ οὕτως

esse amici: suspicionesq; falsas habeat, quasi nõnulli uelint eum interimere, aut gladio arrepto, aut medicamento exhibito. Nouimus *aũt eiusmodi humorẽ etiam alias infinitas, peregrinas & multiplices imaginationes inducere posse, & q alij se uas fictile esse putarint, alij coriũ, alij gallũ etiã, ut uocẽ illius imitentur: quẽadmodũ alij lusciniã se esse crediderint, & plorent quòd ityn perdiderint: alij uerò quòd cœlũ gestent, tanquã* Atlas, *ac metuere dicant, ne collabatur, & non solũ illum, sed etiã omnes simul cõterat.* Ego *mulierem uidi, quæ ea imaginatiõe uexabatur, ut mediũ manus suæ digitum constringeret, tanquã in ipso totũ gestaret orbem.* Plorabat *aũt illa quoq;, uerita ne quando digitum suũ inflecteret, & totus orbis corrueret, & omnia statim interirẽt.* Iam *alios plerosq; uidimus, quorũ superfluum est, fortè etiam supra uires nostras, omniũ uelle meminisse: uerùm hæc apposuisse sufficiet, quæ ijs potius qui à melãcholico humore originẽ morbi trahere inceperũt, solẽt euenire.* Quapropter *si morbus ex tristitia aut sollicitudine quadam præcedẽte, aut alio animi affectu cœperit, cõsiderare tũc oportet imaginatiõis speciẽ, aut rationẽ, aut aliud quiddam eorũ quæ subitam mutationẽ efficere possunt.* Plurimi *namq;*

Variæ imaginatiões melancholicorum.

Mulier melãcholica.

sic

ſic curati ſunt quodã modo, uel cũ uidiſſent audiuiſſentq; ea quæ conſequi deſiderabant. Ita ergo Philodotus medicus quendã qui ſibi caput amputatum eſſe, quòd tyrannus factus fuiſſet, putabat, caſumque deplorabat, curauit: impoſito repentè capiti ipſius plumbeo pileo, ut grauitatẽ ſentiens, caput ſe recepiſſe rurſus putaret, gauiſusq; ſit plurimũ, atq; ideo uana imaginatione liberatus. Iam mulierem quidam curauit melancholia laborantem, hoc pacto: Cum putaret illa ſerpentẽ ſe deuoraſſe, uomitũ medicamento citauit, atque in id quod reiectũ fuit, paruam beſtiã per omnia imaginationi illius, & deſcriptæ à uana imaginatiõe feræ ſimilẽ impoſuit. Quare huius quoq; affectũ, quia ob triſtitiam eius quod putarat, euenit, gaudiũ nimirũ ſubitò accedens diſſoluit. Adhæc aliam quandã, ex lõga uiri peregrinatiõe, melancholia correptã, & iracundè omnib. reſpondentem uidi: ſed & ipſa eodẽ modo ſanata fuit. Nam maritus illius peregrè reuerſus, nulli prædicẽs, neq; aliquandiu differens, ſed ſubitò ingreſſus, ſeipſum illi oſtẽdit. Præter ſpem igitur ipſum mulier conſpiciens, atq; ita amplexa, multoq; gaudio affecta, ſubitò omni metu liberata eſt, rurſusq; ad ſtatum naturalẽ redijt, ut nulla alia indigeret curatiõe. Sic igitur, niſi affectus

Mulier melancholica

οὕτως ἰάθησαν τινὰ λόγον, ἢ καὶ ἑωρακότες καὶ ἀκούσαντες ὧν ἐπεθύμουν τυχεῖν. οὕτως οὖν φιλότιμος ἰατρὸς ἰάσατο τὸν ἀποτετμῆσθαι δοκοῦντα, διὰ τὸ τύραννον γενέσθαι, ὀδυρόμενόν τε τὸ συμβάν· κατὰ κεφαλῆς ἐπιθεὶς ἑαυτῷ μολύβδινον πῖλον ἀθρόως, ὥστε τοῦ βάρους αἰσθόμενον, οἰηθῆναι πάλιν ἀνειληφέναι τὴν κεφαλὴν, ὑπερχαρέντα τε, καὶ διὰ τοῦτο ἀπαλλαγῆναι τῆς κενῆς φαντασίας. καὶ γυναῖκα δέ τις ἰάσατο οὕτω μελαγχολοῦσαν, οἰομένην ὄφιν καταπεπωκέναι, ἀποθέμενος εἰς τὸν ἔμετον μικρὸν θηρίον κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ ἐκείνης φαντάσματι, καὶ τῷ ὑπογραφομένῳ ὑπὸ τῆς κενῆς φαντασίας θηρίῳ. ἔλυσεν οὖν καὶ ταύτης τὸ πάθος, ἡ ἀθρόα δηλονότι προσγινομένη χαρὰ, δῆλον ὅτι διὰ τὴν ἐκ τοῦ δόξαντος λύπην. καὶ ἄλλην δέ τινα μελαγχολίᾳ περιπεσοῦσαν ἐπὶ μακρᾷ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδημίᾳ, καὶ ὀργίλως πρὸς ἅπαντας ἀποκρινομένην. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τὸν αὐτὸν ἰάθη τρόπον. ὁ γὰρ ἀνὴρ ἐκείνης ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς ἀποδημίας, μηδενὶ προειπὼν, μηδέ τινα χρόνον ἀναβαλόμενος, ἀλλ' ἀφνίδιον εἰσελθὼν, ἔδειξεν ἑαυτὸν ἐκείνῃ. παρ' ἐλπίδα οὖν αὐτὸν τὸ γύναιον θεασάμενον, καὶ οὕτω * περιπλακὲν, πολλῆς τε εὐθυμίας ἔμπλεον γενόμενον, ταχέως ἀπηλλάγη τῶν φόβων ἁπάντων· ἐπανῆλθέ τε πάλιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν, ὡς μηδεμιᾶς ἄλλης δεηθῆναι θεραπείας. οὕτως οὖν εἰ μὴ πολύω

πολλὴν τινα χρόνον εἴη λυμαινόμενον τὸ πάθος, ἰᾶσθαι δεῖ τὰς τοιαύτας φαντασίας, παντὶ τρόπῳ καὶ πάσῃ ἐπινοίᾳ χρώμενον, καὶ μάλιστα εἰ ἀπό τινος φανερᾶς, καὶ οἷον προκαταρκτικῆς αἰτίας εἴη τὴν ἀφορμὴν ἡ διάθεσις ἐσχηκυῖα.

Περὶ τῶν ἤδη χρονισάντων μελαγχολικῶν.

Εἰ δὲ φθάσαι χρονίσαι τὸ νόσημα, καὶ ἐν ἕξει γενέσθαι τὰ τῆς φαντασίας, οὐδὲν ἐπὶ μέγα δυνήσεται ἢ λόγος, ἢ ἄλλα τις ἐπίνοια δράσαι καὶ ὠφελῆσαι τὸν κάμνοντα. χρεία δὲ τηνικαῦτα καὶ τῇ τέχνῃ διδόναι τὸν νοῦν, καὶ σκοπεῖν πότερον ἀρκτέον ἀπὸ φλεβοτομίας, ἢ ἀπὸ καθάρσεως, ἢ καὶ τοῦ συναμφοτέρου. καὶ εἰ μὲν ἑκατέρων δέοιτο, τῇ φλεβοτομίᾳ χρηστέον πρότερον· εἶτα οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν τῶν λυπούντων χυμῶν κένωσιν, ἀναλαβόντας τὴν τοῦ κάμνοντος δύναμιν, μετὰ τὴν τοῦ αἵματος κένωσιν, εὐχύμῳ τε καὶ εὐκράτῳ τροφῇ, καὶ λουτροῖς τοῖς ἀπὸ τῶν γλυκέων ὑδάτων. γινέσθω δὲ τούτοις ἡ κάθαρσις διὰ ἐπιθύμου, καὶ ὀλίγου ὀρροῦ γάλακτος. καὶ ἔστω τοῦ μὲν ἐπιθύμου γρ. ιβ. τοῦ δὲ ὀρροῦ κοχλιάριον α. εἰ δὲ μὴ ἔχει τὸν ὀρρὸν τοῦ γάλακτος ὁ καιρὸς, διὰ μελικράτου διδόσθω. καὶ διαλιπὼν ὀλίγας ἡμέρας, ἐπιδίδου πάλιν τὸ ἐπίθυμον, προσπλέκων αὐτῷ τὴν πικράν. ἔστω δὲ τοῦ μὲν ἐπιθύμου γρ. ϛ, καὶ τῆς πικρᾶς ὡσαύτως. εἰ δὲ φαίνοιτό σοι καὶ μετὰ τὸ καθάρσιον

τοῦτο

affectus longo aliquo tempore infestauerit, tales imaginationes curare oportet, omni modo, omnique artificio utentem, præsertim ubi malum à manifesta quadam, & ueluti primaria causa occasionem habuerit.

De melancholicis iam inueteratis.

Si morbus inueterauerit, & imaginatio in habitum abierit, nihil adeò magnum, aut ratio, aut aliud quoddam artificiũ efficere, & ægrum iuuare poterit. Necesse autem tunc est, & mentem arti adhibere, & cõsiderare num à sanguinis mißione, an à purgatione, uel etiã ab utroq; simul incipiendum sit: & siquidem utrisq; opus fuerit, sanguinis detractione prius utendum est. Post sanguinis uacuationem ægri uires cibo boni succi & temperato, balneisq; dulcis aquæ recreãdæ: deinde sic recollectis ægri uiribus, ad humorũ noxiorum uacuationem ueniendum. Paretur autem his purgatio ex epithymo, & modico sero lactis. epithymi quidem sint scrupuli duodecim: seri lactis autem cochleare. quòd si tempus serum lactis non habeat, ex mulsa dentur. Paucis diebus interpositis, offerto rursus epithymum, adycíens ei picram: sint autem epithymi scrupuli sex, & picræ totidẽ. At si etiã post hanc purgationem (Melancholia inueterata.)

insaniæ

insaniæ & melancholiæ sympto mata adhuc perseuerent, nihilq̄; minus ægrum infestent, à nouem, aut longißimum decem diebus ad ualētius purgantia transito, præcipuè hieram Galeni: hæc enim utraque obtinet: uarios expurgat humores, citra molestiam, & turbationem. Purgatione autem facta, inspicienda rursus ægri mens est: & si quidem melius habere uideatur (cognosces autem hoc nimirum inde, quòd metus & tristitia intempestiua iam cessarint, & moderatiores mansuetioresq̄; potius euaserint) audacter rursus eadem purgatione utitor: ijsdem namque insistentes, curationem quoque ita rectè peragemus. Quòd si hiera data melancholiæ imaginationes nihilominus infestare uideantur, tunc sine ulla cunctatione lapidē Armeniacū dare festinato. Noui enim ex ueteribus antiquiores ad ueratrum album properasse, ubi affectum ab alijs purgationibus nihil penè imminui conspicerent. Verùm ego lapidem Armeniacum ueratro albo præfero: atque licet utentem ipso, experiētia cognoscere, quomodo præterquàm efficaciter, etiam sine molestia & periculo purget: quorum nihil ueratrum album habere nouimus.

Lapis Armeniacus.

Veratrū album.

Quomodo

τοῦτο ἔτι παραμένοντα, καὶ οὐδὲν ἧττον διοχλοῦντα τῷ κάμνοντι τὰ μανιώδη ἰώδη καὶ μελαγχολικὰ συμπτώματα, διαλιπὼν θʹ ἢ ιʹ, τὸ μήκιστον, ἡμέρας, ἤδη τὰ καθαίρειν ἰσχυρότερον δυνάμενα εὐθὺς μέτελθε καθάρσια, καὶ μάλιστα τὴν ἱερὰν Γαληνοῦ. αὕτη γὰρ ἀμφότερα κέκτηται. μετὰ γὰρ τοῦ τοὺς ποικίλους ἐκκαθαίρειν χυμούς, καὶ τὸ ἄλυπον ἔχει, καὶ τὸ ἀτάραχον. γενομένης δὲ τῆς καθάρσεως ἐπισκοπεῖν χρὴ πάλιν τὴν τοῦ κάμνοντος διάνοιαν, καὶ εἰ μὲν ἤδη τὸ κάλλιον ὀφθείη ῥαπεῖσα. γνωρίσεις δὲ τοῦτο δηλονότι ἐκ τοῦ καὶ τοὺς φόβους, καὶ τὰς λύπας τὰς ἀκαίρους ἤδη κουφῆσαι, καὶ μετριωτέρους γίνεσθαι, καὶ μᾶλλον ἤδη τὸ ἡμερώτερον ῥαπῆναι, κεχρῆσθαι πάλιν θαῤῥούντως τῇ αὐτῇ καθάρσει. τοῖς γὰρ αὐτοῖς ἐπιμένοντες, καὶ τὴν θεραπείαν οὕτω κατορθώσομεν. εἰ δὲ τῆς ἱερᾶς δοθείσης οὐδὲν ἧττον ἐνοχλοῦντα φαίνοιτο τὰ τῆς μελαγχολίας φαντάσματα, τηνικαῦτα μηδὲν ὑπερθέμενος, ἤδη τὴν διὰ τοῦ ἀρμενιακοῦ λίθου δόσιν ἐλθέ. οἶδα γάρ, ὅτι τῶν ἀρχαίων οἱ παλαιότεροι ἤδη τὸν λευκὸν ἐλλέβορον ἔτρεχον, ἡνίκα μηδὲν ἀξιόλογον ὑπὸ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐθεώρουν τὸ πάθος μειούμενον. ἀλλ᾽ ἔγωγε τοῦ ἐλλεβόρου λευκοῦ προτιμῶ τὴν τοῦ ἀρμενιακοῦ λίθου δόσιν. καὶ πάρεστι τῇ πείρᾳ γνῶναι τὸν χρώμενον αὐτῷ, πῶς μετὰ τοῦ δραστικοῦ καὶ τὸ ἄλυπον καὶ ἀκίνδυνον ἔχει, ὧν οὐδὲν ἴσμεν τὸν λευκὸν ἐλλέβορον ἔχειν.

περὶ

Περὶ τῆς δόσεως τοῦ ἀρμενιακοῦ λίθου.

Εἰ μὲν οὖν ἐπιχρεία μὴ μόνον κάτω διὰ γαστρὸς, ἀλλὰ καὶ δι' ἐμέτων γίνεσθαι τὴν κάθαρσιν, ἄπλυτον διδόναι χρὴ τὸν λίθον. ἔστω δὲ αὐτοῦ τὸ πλῆθος γ ἢ δ γρ. ἢ μικρῷ πλέον, ἢ ἔλασσον, πρὸς τὴν δύναμιν ἀποβλέποντι ἅμα καὶ πρὸς τὸ ποσὸν τοῦ λυποῦντος χυμοῦ. εἰ δὲ μὴ πάνυ χρῄζων ὁ κάμνων φαίνοιτο τῆς διὰ τῶν ἐμέτων καθάρσεως, ἀλλὰ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ὅλην ἰέναι τὴν κακοχυμίαν συμφέρει, τηνικαῦτα τὸν λίθον ἀποπλύνειν χρὴ, καὶ ἄχρι δύο καθόδων. οὕτω γὰρ ἡμῶν πραξάντων, οὐδὲ ταραχὴν ἢ θλίψιν ἐμποιεῖν ὁ λίθος δύναται, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀλύπως τὸν μέλανα καὶ γεώδη χυμὸν κενώσει, ὥστε παρελθουσῶν ὀλίγων ἡμερῶν, αἰσθητὴν ἡμῶν γενέσθαι τὴν ἐξ αὐτοῦ ὠφέλειαν. δίδου δὲ καὶ τούτου * ε ἢ ς τὸ μήκιστον εἰς εὔκρατον ὕδωρ, πανταχοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐκ τῶν εἰρημένων συστοίχων στοχαζόμενος. εἰ δὲ καὶ δὶς ἔτι χρῄζειν ὑπολάβοις τὸν κάμνοντα, θαρρῶν ἐπιδίδου πάλιν. οὐδὲ γὰρ ἔχει τὸ θερμὸν, ἢ ξηραντικὸν πάνυ, ἢ ἄλλην τινὰ προσοῦσαν αὐτῷ πικρὰν ἢ ἰώδη ποιότητα, ὡς διὰ τοῦτο φεύγειν πίνειν τὸ φάρμακον τὸν κάμνοντα. εἰ δέ τινες ἀποστρέφονται λαβεῖν ὑγρόν τι βοήθημα (πολλοὶ γὰρ ὅλως οὐκ ἀνέχονται λελυμένον προσάψασθαι βοήθημα.)

ὑποτιχνᾶ

Quomodo lapis Armeniacus exhibeatur.

Si igitur res postulat, nõ modò infrà per aluũ, sed etiã per uomitus purgationẽ fieri, lapidẽ illotũ exhibere conuenit: sit aũt modus ipsius, scrupuli 3 aut 4, aut paulo amplius minus'ue, pro uiriũ simul & copiæ humoris noxij ratione. At si æger purgatiõe per uomitũ nõ admodũ indigere uideatur, sed per imum uentrẽ totũ uitiosum humorẽ exire conducat, tunc lapidẽ eluere oportet, usq; ad *duodenas uices. Vbi enim sic fecerimus, neq; turbationẽ stomachi, aut cõpressionem lapis excitare potest, sed etiã minori cum molestia nigrum terrestremq; humorẽ uacuabit, ut paucis præteritis diebus, adiumentum ex eo nobis accessisse percipiamus. Dato aũt ex hoc scrupulos quinq;, aut sex, utplurimũ ex aqua tepida, semper ex cognatis dictis cõiectura deprehendens, an plus minus'ue exhibere debeas.

Vetus legit quinquagenas.

Quòd si ægrũ etiã bis adhuc requirere suspiceris, cum fiducia rursus exhibeto. Neq; enim calorẽ habet aut siccantẽ admodum, aut aliam quampiã ipsi insidentẽ amarã & uenenosã qualitatẽ, ut æger ideo medicamẽtũ bibere detrectet. Sin autem nõnulli humidum aliquod medicamentũ sumere auersentur, (multi enim in totũ non sustinent solutum medicamentũ assumere)

Lapidis Armeni facultas.

 in cata-

in catapotia lapidē redigere oportet. Si uerò libet, etiā picræ aliquā insignē partē admisceto, aut etiā ex alijs quibusdā, quæ purgationē magis promoueāt, & nō renitantur. Ne aūt is qui parare uelit, horum confectionē inquirendo laboret, uisum mihi est ea de causa etiā horū compositionis meminisse. habet autem in hunc modum.

Descriptio catapotiorū ex lapide Armeniaco.

Compositio catapotiorū ex lapide Armeno.

Picræ semūcia: epithymi semuncia: agarici scrupuli quatuor. lapidis Armeniaci scrup. quatuor: scammoniæ uncia: gariophyllorū grana uiginti. Contusa excipiantur rhodomelo, aut succo citrij, aut rhodomelite: dentur scrupuli duo, plurimū quatuor. Notandū uerò est, hæc, præterquàm q̄ stomachum corroborant, simul etiā uarios humores, præsertim terrestrem & melancholicū citra molestiā purgare posse. Idē igitur lapis, ut diximus, & potus, & in catapotia redactus, ad purgandū est efficax. Nec amplius quærendum est, num suffocatio quædā, aut syncope subsecutura sit, quēadmodū id ex albo ueratro fieri contingit. Neq; necesse est nos antea ægros præparare medicamētis, quæ metu suffocationū assumere consuerūt: quorū amplius nūc meminiße opus non est: illa uerò admonendi gratia scribimus, quæ etiam nūc facere

ὑποτεχνᾶσθαι δεῖ, καὶ καταπότια ποιεῖν τὸν λίθον. εἰ δὲ βούλοιο, καὶ τῆς πικρᾶς ἐπίμιξόν τι φανερὸν μέρος, ἢ καὶ ἄλλων τινῶν ὅσα συνεργεῖ μᾶλλον τῇ καθάρσει, καὶ οὐκ ἀντιπράττειν πέφυκεν. ὥστε δὲ μὴ κάμνειν τὸν θέλοντα κατασκευάζειν ζητοῦντα τὴν τούτων σκευασίαν, ἔδοξέ μοι διὰ τοῦτο καὶ τῆς τούτων μνημονεῦσαι συνθέσεως. ἔχει δὲ οὕτως.

Γραφὴ τῶν διὰ τοῦ ἀρμενιακοῦ λίθου καταποτίων.

Τῆς πικρᾶς οὐγγ. S. ἐπιθύμου οὐγγ. S. ἀγαρικοῦ γρ. δ. ἀρμενιακοῦ λίθου γρ. δ. σκαμμωνίας οὐγγ. α. καρυοφύλλων κόκκους κ. κόψας ἀναλαμβανέτω ῥοδομέλιτι, ἢ χυλῷ κιτρίου, ἢ ῥοδομέλιτι. ἡ δόσις γινέσθω γρ. β. τὸ δὲ μήκιστον γρ. δ. εἰδέναι δὲ δεῖ εἰς ταῦτα, μετὰ τοῦ ῥωννύειν τὸν στόμαχον. ἅμα καὶ ποικίλους οἶδε καθαίρειν χυμοὺς, μάλιστα τὸν γεώδη καὶ μελαγχολικὸν χυμὸν, ἀλύπως. ὡς εἰρήκαμεν, οἶδε καθαίρειν αὐτὸς ὁ λίθος, καὶ πινόμενος, καὶ καταπότια γινόμενος. καὶ οὐκέτι δεῖ ζητεῖν μὴ πνιγμός τις, ἢ συγκοπὴ παρακολουθήσει, ὥσπερ διὰ τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου τοῦτο γίνεσθαι συμβέβηκεν. οὐδὲ ἀνάγκη προπαρασκευάζειν ἡμᾶς, ἅπερ ἤδη τοῖς προσδοκωμένοις πνιγμοῖς εἰώθασι παραλαμβάνειν. ὧν οὐκέτι ἀνάγκη μεμνῆσθαι νῦν. ἐκεῖνα δὲ γράφομεν ὑπομνήσεως χάριν, ἅτινα καὶ νῦν ποιεῖν εἰώθαμεν ἤδη

ποιεῖν ἤδη τὸ συνήθων ὡς ἤδη πολὺ καθάρσεων, ἐπειδὰν ἤδη πλέον ἢ ἔλαττον φαίνοιντο κινούμεναι αἱ καθάρσεις. εἰ τοίνυν ἔλαττον τοῦ συμμέτρου καθαιρόμεναι τύχοιεν, μελίκρατον αὐτοῖς διδόναι χρή, καὶ διαστήσαντας οὕτω τρέφειν, ἢ χυλὸν ἐπιδιδόναι πτισάνης, ἢ ἄρτον, ἢ περιστερᾶς ἢ ὄρνιθος ζωμὸν, οὐκ ἔχοντα ἔλαιον πολύ. εἰ δέ γε συμβῇ πλείονα γενέσθαι τὴν κάθαρσιν, ὥστε καὶ σπασμοὺς ἤδη γενέσθαι (πολλοὶ γὰρ τοῦτο πάσχουσι) καὶ εἰ μὴ ἀξιόλογόν τι κενωθῶσι, διὰ τὸ φύσιν ἔχειν ξηροτέραν ἢ καὶ ἀσθενέστερα τὰ νεῦρα, ὕδατι πολλῷ προσαντλήσας, πολλῷ χρῶ τῷ ὑδρελαίῳ, καὶ ἄρτον ἤδη δίδου εἰς οἶνον κεκραμένον, ἢ ὀμφακόμελι εἰς ὕδωρ ψυχρόν. εἰ δὲ πίνειν θέλοιεν τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, ἔτι καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ὠφελήσεις. καλὸν δὲ παρέχειν αὐτοῖς ἔτι καὶ ῥοιῶν καὶ μήλων, καὶ ἀπίων πρὸ τῆς τροφῆς, καὶ ὀρνέων τὰς κοιλίας. ἐπειδὰν οὖν θρέψῃς, ἡσυχάζειν καὶ ὕπνον ἐμποιεῖν ἐπίτρεπε τῷ κάμνοντι. καὶ μετὰ τὸ δύναμιν ἀναλαβεῖν, ἤδη λουτρὸν αὐτὸν ποιεῖν ἄρχεσθαι ἀναγκαῖον ἔχον τὸν εὔκρατον ἀέρα, καὶ συγχωρεῖν ἐγχρονίζειν μὴ μόνον τῇ τοῦ θερμοῦ ἐμβάσει, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ ψυχροῦ δεξαμενῇ. μετὰ τὸ λαβεῖν δὲ τὰ σάβανα, πάλιν αὐτοὺς τρέφειν εὐθὺς καλὸν ἄρτον εἰς οἶνον ἢ ὀμφακόμελι. ἀπελθόντα δὲ εἰς τὸν οἶκον ἐπιτρέπειν ἡσυχάζειν, ὑπνώσει τε πάντως. εἴωθε γὰρ ἀεὶ τοῦτο συμβαίνειν πᾶσι τοῖς καθαρθεῖσι·

facere solemus in cõsuetis magna parte purgationibus, ubi illæ plus minus'ue moueri uideantur. Si igitur minus quàm par est purgauerint, mulsam dare cõuenit, et tempore interposito hoc uictu nutrire, aut cremore ptisanæ, aut pane, aut columbæ iure, aut gallinaceo, quod non multũ olei adiectũ habeat. Sin aũt purgationẽ copiosiorẽ fieri cõtingat, ut etiã conuulsiones superueniant (multis enim hoc accidit) & si non animaduersione dignũ quid euacuatũ fuerit, quòd ægri neruos habeant natura sicciores, imbecillioresq́;, aquã liberaliter superfundito, multoq́; utitor hydrelæo, ac panẽ ex uino diluto, aut omphacomelite, aut aqua frigida porrigito. Sin autem aquam frigidã bibere cupiãt, adhuc magis ipsos iuuabit. Vtile est etiã malum punicũ, mala et pira ante cibum, & gallinarũ uentres. Vbi uerò nutrieris, quies et somnus ægro indici debẽt: postq̃ uires receperit, ad balneũ ipse ducẽdus, quod aerẽ habeat temperatũ: concedendũq́;, ut non modò in calidæ solio, sed etiam frigidæ labro diutius immoretur. At uestimẽtis indutũ rursus ipsum nutries pane ex uino aut omphacomelite [quod ex uuis semiacerbis, & melle despumato paratur] reuerso aũt domũ, permittendũ ut cõquiescat, et omnino obdormiscat. quippe hoc semper omnib. purgatis euenire cõsueuit:

Quid fiat in omnibus purgatis.

præsertim autem iјs, qui largius uacuati fuerint, ut tum suauius, tum altius obdormire cupiant.

A somno uires ipsorum recreare oportet, & permittere, ut cum amicis familiaribus colloquantur. Atque ubi ipsos consentanea respondere deprehendis, ratiocinationes'que firmas habere, & barbaricum morem deposuisse, adhuc etiam magis copiosum alimentum porrigito, perdices, gallinas, phasianos, qui non sint pingues, & passeres similiter. Vitentur autē omnia esculenta, quæ in paludibus proueniunt: ex piscibus, cetacei, præterquàm saxatiles. Postquam uerò cibo boni succi usi fuerint, & ueluti bonum fundamentum iecerint, ita rursus secundum tres, aut quatuor dies olera deinceps assumant, intybum, lactucam, maluam, & palustres asparagos moderatè. Abstineant autem braßica, & omnibus quæ melancholicum humorem pariunt, ut eruca, sinapi, allio. Ex carnibus bubula potißimum, & ceruina, ac omnibus summatim ferinis: item panibus sordidis, garo, & uinis uetustis, austeris'que. Sic iam ægrum uictu, & balneorum usu uires recreare, loca mutare, intimis conuersari amicis, ac facere, quæ etiam prius ipsi grata erant, & spectaculis

μάλιστα δὲ τοῖς ἐπὶ πλεῖον κενωθεῖσι, τό, τε ἥδιον καὶ βαθύτερον ἐθέλειν καθεύδειν. μετὰ δὲ τοὺς ὕπνους ἀναλαβεῖν τε τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἐπιτρέπειν τε τοὺς συνήθεις τῶν φίλων προσδιαλέγεσθαι. καὶ ἐπειδὰν εὕρῃς αὐτὸν ἀποκρινόμενον ἀκολούθως, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐρρωμένους ἔχοντα, καὶ τὸ βαρβαρικὸν ἦθος ἀποθέμενον, ἔτι τε καὶ μᾶλλον ἐπιδίδου πλείονα τῷ κάμνοντι τροφήν, περδίκων τε καὶ ὀρνίθων καὶ φασιανῶν τὰ μὴ λιπαρά, καὶ στρουθίων ὁμοίως. παραιτούμενος δὲ τὰ ἐν τοῖς ἕλεσι βρώματα πάντα καὶ τῶν ἰχθύων τοὺς κητώδεις, πλὴν τῶν πετραίων. μετὰ δὲ τὸ χρήσασθαι τῇ εὐχύμῳ τροφῇ, καὶ οἷον θεμέλιον ἀποθέσθαι χρηστόν, οὕτω πάλιν μετὰ τρεῖς ἢ τέσσαρας ἡμέρας, λαχάνων λοιπὸν προσφερέσθωσαν, ἰντύβων τε καὶ θριδακίνων, καὶ μαλάχης, καὶ τῶν ἑλείων ἀσπαράγων συμμέτρως. ἀπεχέσθωσαν δὲ κράμβης, καὶ πάντων τῶν μελαγχολικὸν χυμὸν τίκτειν δυναμένων· οἷον εὐζώμου τε καὶ σινήπεως, καὶ σκορόδων, καὶ κρεῶν τὰ βόεια μάλιστα καὶ τὰ ἐλάφεια, καὶ πάντα καθόλου τὰ ἄγρια, καὶ ἄρτων τοὺς ῥυπαρούς, καὶ τὸν γάρον, καὶ τοὺς παλαιούς, καὶ αὐστηροὺς οἴνους, οὕτω δὴ ἀναλαβόντας αὐτοὺς διατελεῖν διαίτῃ καὶ τῇ τῶν λουτρῶν χρήσει, καὶ μεταβαίνειν ἐπιτρέπε τοὺς τόπους, καὶ τοῖς γνησίοις ὁμιλεῖν τῶν φίλων, ποιεῖν τε ὅσα καὶ τὸ πρὶν ἦν αὐτοῖς ἡδέα, καὶ ταῖς θέαις

θείαις συγχωρεῖν μεταβάλλειν. οὕτω γὰρ ἐκ τῆς καθάρσεως, καὶ τῆς εὐχύμου τε καὶ χρηστῆς διαίτης, καὶ τῆς ἄλλης εὐθυμίας, ὅλης τῆς ἕξεως ἰσχυροποιηθείσης, καὶ μεταποιηθείσης, ἀποθέσθαι δυνήσεται τὴν μανιώδη καὶ πικρὰν νόσον. εἰ δέ τι καὶ λείψανον αὐτοῖς εἴη, καὶ μὴ πάνυ καθαρεύειν τὴν διάνοιαν ὁ κάμνων φαίνοιτο, πάλιν ἀναμείνας εὐκρασίαν ἀέρων, ἀνακυκλεῖν τὰ βοηθήματα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν πρώτων ποιούμενος, ἀφ' ὧν καὶ ἔμπροσθεν εἴρηται. καὶ ὧδε ταῦτα κατ' ὀλίγον, θαρρῶν ὅτι κἂν δυσχερές ἐστι τὸ πάθος, καὶ ἐγγὺς ἀνιάτου, τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένων ἐμπείρως καὶ ἀκολούθως, ἁπάσης ἐλευθερώσεις πικρᾶς καὶ ἀνιαρᾶς νόσου τὸν κάμνοντα.

ctaculis interesse permittito. Ita enim ex purgatione, uictu boni succi & benigno, aliaq; animi oblectatione toto corporis habitu corroborato, mutatoq;, furiosum & amarum morbum exuere poterit. Quòd si reliquiæ quædam ipsis supersint, & æger non admodum mundam habere mentem appareat, rursus expectata bona aeris temperie, auxilia debet repetere, initium à primis faciens, à quibus etiam antea incipiẽdum diximus. Atque hæc paulatim facito, confidens quòd etiamsi affectus difficilis & propè insanabilis existat, ijsdem ipsis insistendo peritè, & ut rationi consentaneum est, omni tamen ægrum morbo amaro molestoq; liberabis.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ δευτέρου βιβλίου.

CAPITA LIBRI *secũdi, & appendices.*

Collyriũ mitigatoriũ Trypherum, ad eos qui collyriorũ rosionẽ ferre nequeũt, præsertim ad affectus recentes.

Aliud, & ipsum longè lenissimum.

Aliud egregiũ, quod breui paratur.

Collyriũ quod spõgarium dicitur, optimum.

De collyrijs reprimẽtibus, quę etiã monohemera dicuntur.

Collyrium reprimens mediocriter monohemerũ: hoc & Medicũ, & Anodynum appellant.

Aliud ad eadẽ præstantissimum, & usu probatum.

Aliud Musarium dictũ, ex tomo Hieratica.

Aliud Polydeuci cognomẽto, quod nos sæpe sumus experti.

Aliud collyrium, quod Medicum uocatur, admodum strenuè repellens, statim per initia inunctum.

Aliud siccũ collyriũ, quod *διὰ κρόκου* dicitur, ad incipientes lippitudines.

De collyrijs quę alio modo monohemera appellãtur.

Κολλύριον παρηγορικὸν τρυφερὸν, πρὸς τοὺς δυναμένους φέρειν τὴν δῆξιν τῶν κολλυρίων, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς προσφάτους διαθέσεις.

Ἄλλο, καὶ αὐτὸ πάνυ ἁπαλώτατον.

Ἄλλο καλὸν, καὶ συντόμως σκευαζόμενον.

Ἄλλο πάνυ παρηγορικὸν, ὑπνοφόρον.

Κολλύριον τὸ σπογγάριον καλούμενον, καλὸν πάνυ.

Περὶ κολλυρίων ἀποκρουστικῶν, καὶ μονοημέρων καλουμένων.

Κολλύριον ἀποκροῦον μετρίως, μονοήμερον. τοῦτο μηδικὸν καὶ ἀκεσώδυνον καλοῦσιν.

Ἄλλο πρὸς τὰ αὐτὰ κάλλιστον, καὶ διὰ πείρας.

Ἄλλο τὸ μουσάριον καλούμενον, ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ τόμου.

Ἄλλο πολυδεύκους καλούμενον, πεπειραμένον ἡμῖν πολλάκις.

Ἄλλο κολλύριον τὸ μηδικὸν καλούμενον, ἀποκροῦον πάνυ καλῶς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ.

Ἄλλο ξηροκολλύριον, τὸ διὰ κρόκου, πρὸς ἀρχομένας ὀφθαλμίας.

Περὶ τῶν καθ' ἕτερον τρόπον καλουμένων μονοημέρων.

Τὸ δι' οἴνου καλούμενον, πρωτεῖον μονοήμερον.

Primariũ monohemerum, quod à uino *διὰ οἴνου* uocatur.

Aliud

Collyrium hydares, hoc est, aquosum, egregium.

Collyrium Heraclium.

Dacneron, hoc est, mordicans collyriũ, ad uisum acuendũ.

Hygrocollyrium, ad hebetudinem ac alia multa efficax.

Aliud, ut posſis etiã ſolem citra noxam aſpicere.

Puluis Seuerius, ad uiſus acumen.

Puluis cui nomen eſt à lumine Phos, ad hebetudinem oculorũ, ac dolores, fluxionesque dentium.

Aliud, ualde idoneũ ad ſcabioſos oculorum affectus, pruritus, hebetudines, palpebras aſperas, fluxiones antiquas, oculorũ cicatrices, & pterygia, quo utor.

Aliud ad hebetudines, & incipientes oculorũ ſuffuſiones.

DE NYCTALOPE. Caput 6.

Ad aſperas palpebras.

Puluis ad incipientes ſuffuſiones.

Ad tingẽdas albugines ualde generoſum.

Collyrium, quod magnum Theodoriũ uocatur, ad magnos dolores, & inueteratos affectus.

Collyriũ hecatombe, ualet ad cicatrices craſſas, & incipientes ſuffuſiones, &c.

Xerocol-

Κολλύριον τὸ ὑδαρὲς καλόν.

Κολλύριον τὸ ἡράκλειον, πρὸς τὰ κοῖλα ἕλκη.

Δακνηρὸν πρὸς ὀξυδορκίαν.

Ὑγροκολλύριον ποιοῦν πρὸς ἀμβλυωπίας καὶ ἄλλα πολλά.

Ἄλλο, ὡς δύνασθαι καὶ τὸν ἥλιον ἀβλαβῶς ὁρᾶν.

Ξηρίον τὸ σευήριον καλούμενον, πρὸς ὀξυδορκίαν.

Ξηρίον τὸ φῶς λεγόμενον, πρὸς ἀμβλυωπίας, καὶ πρὸς ὀδόντων πόνους, καὶ ῥεύματα.

Πρὸς ψωρώδεις διαθέσεις καὶ κνησμοὺς ὀφθαλμῶν, ἀμβλυωπίας τε καὶ τραχέα βλέφαρα, καὶ ῥεύματα παλαιά, καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς οὐλὰς καὶ πτερύγια, ᾧ χρῶμαι.

Πρὸς ἀμβλυωπίαν καὶ ἀρχομένας ὑποχύσεις.

ΠΕΡΙ ΝΥΚΤΑΛΩΠΟΣ. κεφ. ς.

Πρὸς τραχέα βλέφαρα.

Ξηρίον πρὸς ἀρχομένας ὑποχύσεις.

Πρὸς τὸ βάψαι λευκώματα καλὸν λίαν.

Κολλύριον τὸ μέγα θεοδότιον, πρὸς περιωδυνίας καὶ παλαιὰς διαθέσεις.

Κολλύριον ἡ ἑκατόμβη, ποιεῖ πρὸς οὐλὰς παχείας, καὶ πρὸς ἀρχομένας ὑποχύσεις, πλατυκορίας, ἰθυνεφελίδας, πτερύγια, καὶ πρὸς λεπτὸν δάκρυον φερόμενον. λεπτύνει, σμήχει, καθαίρει τε καὶ ἀποκρούεται.

Ξηροκολ-

ALEXANDRI TRALLIANI liber secundus, IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.


DE CVRATIONE oculorum. Cap. I.



Tsi iam in alijs quibusdam libris oculorũ uitia persecutus sim, quomodoq; illa cognosci debeant, & quæ eorum sint causæ atq; curationes, item diuersa ipsorum collyria, usumq; horum modum & confectionem: hic tamen similiter eadem quoque summatim & breuiter perstringere, operæprecium mihi uisum est, ut ne qui in hunc de medendi ratione librum inciderint, aliunde, quæ oculis conducunt, colligere cogantur. Vt igitur in alijs multis, ita in oculorum quoque uitijs primùm docere conuenit, quomodo uniuersa internosci debeant, deinde curationem subiungere. Morbi primũ internoscẽdi, deinde curãdi Quare *nunc à dolore qui oculis accidit, exordiemur. nihil enim adeò excruciat urgetq; artem ad curationem, ut uehemens dolor oculos affligens. Si igitur uehementiores acrioresq; dolores oculos* Oculorũ dolor omniũ maximè excruciat. *compre-*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ βιβλίον δεύτερον.

ΠΕΡΙ ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ ὀφθαλμῶν. κεφ. α.



ΔΗ μὲν οὖν ἐν ἄλλοις τισὶ βιβλίοις ἀναγέγραπταί μοι περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παθῶν, καὶ πῶς διαγινώσκειν χρὴ τὰ ἐν αὐτοῖς συνιστάμενα πάθη, καὶ τὰς αἰτίας τούτων, καὶ τὰς θεραπείας, καὶ περὶ διαφόρων κολλυρίων, καὶ τοῦ τρόπου τῆς χρήσεως αὐτῶν, καὶ τῆς σκευασίας. ἀλλ' οὖν ὁμοίως καὶ ἐνταῦθα καλὸν ἔδοξέ μοι κεφαλαιωδῶς καὶ συντόμως εἰπεῖν περὶ τῶν αὐτῶν, ὥστε τοὺς ἐντυγχάνοντας τῷδε τῷ βιβλίῳ θεραπευτικῷ ὄντι, μὴ ζητεῖν ἐξ ἑτέρων ἀναλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς χρησίμων, ἀλλ' εἰ δύναιτό τις. ὡς γὰρ περὶ πολλῶν παθῶν, οὕτω καὶ περὶ τούτου πῶς δεῖ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἅπαντα διαγινώσκειν πάθη, εἶτα αὐτοῖς ἰᾶσθαι. ἀρξώμεθα οὖν ἤδη τοῦ λόγου ἀπὸ τῆς ἐν ὀφθαλμοῖς συμβαινούσης ὀδύνης. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀνιαρὸν καὶ κατεπεῖγον τὴν τέχνην εἰς θεραπείαν, ὡς ὀδύνης σφοδρᾶς συμβαινούσης τοῖς ὀφθαλμοῖς. εἰ οὖν ὀδῦναι σφοδραὶ καὶ ἀκρατέστεραι περιέχουσι τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς

ὡς μὴ δύνασθαι καρτερεῖν τὸν πάσχοντα, μὴ ὡς πολλοί, τοῖς ναρκωτικοῖς σκευαζομένοις θαῤῥήσῃς κολλυρίων. πολλοὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τολμήσαντες ἐγχέειν τὸ ὄπιον, πρὸς τῷ μηδὲν ὅλως παρηγορῆσαι τὴν ὀδύνην, ἔτι καὶ μεγάλως ἔβλαψαν. ἐπισκέπτεσθαι οὖν δεῖ τὴν ποιοῦσαν αἰτίαν, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀποβλέποντα, οὕτω καὶ τὸ τῆς θεραπείας ὁρίζειν εἶδος. οὐ γάρ ἐστιν ἓν τὸ ποιοῦν αἴτιον· ἀλλὰ πολλὰ καὶ ποικίλα. καὶ πλῆθος ὕλης ἐπιῤῥέον μόνον οἶδε ποιεῖν ὀδύνην, καὶ ποιότης, πολλάκις δὲ καὶ τὸ συναμφότερον, καὶ ποιότης ἅμα καὶ ποσότης. θεωρεῖτε δὲ πόθεν ὁρμᾶται τὸ ἐπιῤῥεῦσαν, ἆρά γε ἐξ ὅλου τοῦ σώματος, ἢ ἐκ μόνης τῆς κεφαλῆς· καὶ πότερον διὰ τῶν ἀρτηριῶν ἐρχομένων, ἢ ἀπὸ τῶν φλεβῶν, καὶ οἷον ἄρα τὸ ἐπιῤῥέον ἐστίν. ἤτοι γὰρ αἷμα μᾶλλον, ἢ χολή, ἢ φλέγμα, ἢ μελαγχολικὸς χυμός ἐστι τὸ ἐπιῤῥεῦσαν, ἢ πνεῦμα φυσῶδες. καὶ πότερον εἷς ἐστιν ὁ λυπῶν χυμός, ἢ δύο συμπεπλεγμένοι. ἐνδέχεται γὰρ καὶ ἕνα μόνον ἐπιῤῥεύσαντα ποιῆσαι φλεγμονήν, καὶ ὀδύνην σφοδράν, καὶ δύο ἅμα, καὶ σύνθετον ἐργάσασθαι τὸν ὄγκον. ἐπεὶ οὖν διάφορά ἐστι τὰ αἴτια, πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἀνάγκη τὸν τεχνίτην ἐφαρμόζεσθαι. ἡγείσθω δὲ ἡ διάγνωσις ὁδηγοῦσα εἰς τὴν ὀρθὴν θεραπείαν.

Περὶ

comprehendant, quàm ut æger ferre queat, ne collyrijs ad torporem inducendum efficacibus, ut pleriq;, confidas. Multi namque opium quoq; instillare ausi, præterquàm quòd nihil prorsus dolorem mitigarint, etiam ualde adhuc offenderũt. Quapropter causam efficientem inspicere oportet, & eam considerando, ita quoq; curationis speciem definire. non enim una est causa efficiens, sed multæ ac uariæ. Sola materiæ copia influens dolorem potest excitare, necnon qualitas: subinde uerò etiam utrumq;, & qualitas simul, & quantitas. Videndum porrò est, unde id quod influxit, procedat, num ex toto corpore, an ex solo capite: item, utrũ per arterias, an à uenis, uel utrisq; profluat. Adhæc, quale utique sit quod influit. uel enim sanguis potius, uel bilis, uel pituita, uel humor melancholicus, uel spiritus flatulentus est, quod influxerit: præterea humor noxius, unus ne sit, an duo commixti. Fieri enim potest, ut unius tantũ influxus inflammationem doloremq; uehementem, & duorum simul etiam compositũ tumorem excitarint. Quoniam igitur differentes sunt causæ, artificem ad singulas se accõmodare oportet: præcedat aũt internotio, quæ ad rectam curationem deducit.

Narcoticis in oculis nõ utendum.

Causa efficiens inspiciẽda.

Materiæ fons obseruãdus

Curatio singulis accõmodanda.

Quomodo

Quomodo sanguineus humor inflammationẽ excitasse noscatur.

Sanguis doloris oculorũ author.

Sanguineum itaque humorem influxisse, ac inflammationẽ concitasse, ex specie ac forma ipsius tibi constabit. Omnia namque rubra & sanguinea sunt, facies rubens & tumidior, uenæ latiores, grauitatis sensus, pigritia ad cõsuetas actiones. Quòd si præter hæc neq; lacryma rodens et acris appareat, adhuc etiam magis sanguinem influxus causam esse, & inflammationem peperisse putato.

Curatio.

Curatio doloris oculorũ

Si igitur sanguis causa tibi inflammationis effectrix esse apparuerit, uenam secare humeralem oportet. Sin biliosi & acres humores cum sanguine, etiam purgationem paulo post sanguinem dimissum adhibeto, ac medicamentis utitor, intus quidẽ ijs quæ non rodunt, & lenißimis: extrinsecus autem illis quæ concoquere inflammationes possunt, quorum etiam compositiones uobis exponemus.

De remedijs quæ extrinsecus imponuntur.

Externa oculorũ remediã.

Lac muliebre cum uitellis ouorum & rosaceo superimpositum, mirificè lenit, inflammatio-

nesq;

Περὶ διαγνώσεως τοῦ εἶναι τὸν ποιήσαντα τὴν φλεγμονὴν αἱματικὸν χυμόν.

Εἰ μὲν οὖν αἱματικὸς εἴη χυμὸς ὁ ἐπιῤῥεύσας καὶ τὴν φλεγμονὴν ἐργασάμενος, ἔσται δῆλόν σοι ἐκ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς φλεγμονῆς. ἐρυθρὰ γὰρ ἅπαντα καὶ αἱματώδη, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθρὸν, καὶ ἐν ὄγκῳ μείζονι, καὶ αἱ φλέβες εὐρύτεραι, καὶ βάρους συναίσθησις, καὶ ὄκνος περὶ τὰς συνήθεις ἐνεργείας. εἰ δὲ πρὸς τούτοις μηδὲ τὸ δάκρυον δακνῶδες καὶ δριμὺ φαίνοιτο, ἔτι καὶ μᾶλλον αἱματικὸν εἶναι νόμιζε τὸ ἐπιῤῥεῦσαν αἴτιον, καὶ ποιῆσαν τὴν φλεγμονήν.

Περὶ θεραπείας.

Εἰ μὲν οὖν αἱματικόν σοι φανείη τὸ τὴν φλεγμονὴν ἐργασάμενον αἴτιον, τέμνειν χρὴ τὴν φλέβα τὴν ὠμιαίαν. εἰ δὲ καὶ χολώδεις καὶ δριμεῖς χυμοὶ σὺν τῷ αἵματι φαίνοιντο, καὶ κάθαρσιν μετὰ ὀλίγον τῆς φλεβοτομίας παραλάμβανε, καὶ βοηθήμασι χρῶ, ἔνδοθεν μὲν τοῖς ἀδήκτοις καὶ πραϋτάτοις, ἔξωθεν δὲ τοῖς συμπέττειν δυναμένοις τὰς φλεγμονὰς, ὧν καὶ τὰς σκευασίας ὑμῖν ἐκθησόμεθα.

Περὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων βοηθημάτων.

Γάλα γυναικὸς μετὰ λεκίθων ὠῶν καὶ ῥοδίνου διατιθέμενον θαυμαστῶς πραΰνει καὶ συμπέττει τὰς πάνυ ζέ-

σας

σας τῶν ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ ἴου τὰ φύλλα. πρὸς δὲ τὰς μεγίστας φλεγμονὰς καὶ ἐν ὄγκῳ μάζονι ποιεῖ καὶ ὁ κρόκος μετὰ ψυχῶν, καὶ τῶν κροκῶν τῶν ᾠῶν, καὶ ῥοδίνου. τὸ αὐτὸ δὲ ποιοῦσι καὶ οἱ φοίνικες, μετὰ τοῦ ἐπέχειν τὸν ἐπιφερόμενον ῥευματισμὸν μετὰ τῶν μελιλώτου καὶ κρόκου, καὶ γλαυκίου, καὶ πυρρῶν ᾠῶν ἑπτὰ ἐκζεστῶν καὶ ῥοδίνου.

Πρὸς περιωδυνίας καὶ μεγίστας ἐπιφοράς.

Ῥόδων νεαρῶν δραχ. δ. κρόκου δραχ. α. ἀναλάμβανε μελιλώτων ἀφεψήματι ἐν γλυκεῖ ἀφεψηθέντων.

Περὶ κολλυρίων.

Ἐπιπλάσμασι μὲν οὖν ἔξωθεν ἐπιφλεγμονηθέντων, κεχρῆσθαι. ἐπιχρίσμασι δὲ καὶ ἐγχυματισμοῖς τοῖσδε. εἰδέναι δὲ δεῖ πρότερον, ὡς τὰ φλεγμαίνοντα διὰ τῶν παρηγορικῶν, καὶ πραϋτέρων, καὶ ἀστύφων κολλουρίων δεῖ κολακεύειν, εἶτα οὕτω καὶ τοῖς ἀποκρούειν δυναμένοις κεχρῆσθαι. τὸ μὲν πρῶτον προσπλέκοντες αὐτὰ τοῖς ἁπαλοῖς, ὕστερον δὲ καὶ πέψεως γενομένης, καὶ ἀμίκτοις. τοῦτο γὰρ ἐν τῇ φλεγμονῇ ζέοντος παυσαμένου, καὶ τῆς πολλῆς τραχύτητος, ἀλύπως οἱ πάσχοντες, καὶ τῶν στυφόντων ἀνέχεσθαι δύνανται.

Κολλύ-

nesq; oculorum admodum feruentes concoquit: similia præstant etiam uiolæ folia. Ad maximas autem inflămationes, tumidioresq; bene facit & crocus cum mica panis, luteisq; ouorũ, ac rosaceo. Idem faciunt etiã palmulæ, præterquàm quòd fluxionis cursum sistunt, cum meliloto, croco, glaucio, ouorum luteis septem feruefactis, & oleo rosaceo:

Ad uehementes dolores, & maximas epiphoras.

Rosarum recentium drachmæ quatuor: croci drachma: excipiantur meliloti in uino dulci decocti iure.

Dolorũ maximorum & epiphoræ oculorũ remediũ.

De collyrijs.

Cataplasmatis igitur in inflammatis extrinsecus utendum est. quæ uerò illini & instillari debeãt, hæc sunt: uerũ scire prius oportet, ea quæ inflămationẽ experiuntur, mitigatorijs, lenioribusq;, & non reprimentibus collyrijs demulcenda esse: deinde etiam quæ reprimere possunt, sic adbibenda, ut primum quidẽ admisceamus ea teneris ac mollibus, postea uerò concoctione facta, etiam sinceris. Quum enim feruor inflammationis, & multa asperitas finierit, ægri citra molestiam quoq; astringentia ferre poßunt.

Collyrium

Collyriũ mitigatoriũ Trypherũ, ad eos qui collyriorum rosionẽ ferre nequeũt, præsertim ad affectus recentes.

Collyriũ Trypherum.

præstaret aut in statu, quando et discutere, & cõcoquere oportet: tunc si etiam medicamenti Diabesasa, aut alterius quoq; cuiusdam antidoti discutientis paululum adieceris, multo efficacius medicamentum reddetur. At si inflammationis feruor iam desierit, durities autem quædã adhuc remaneat, tunc quoq; sulphuris & nitri momentum tali medicaminis misturæ adiungere conuenit: ac ad discutiendum dissipandumq; si quid crassum uiscosumq; in alto corporis hærescat, nitri drachmæ sex sufficiunt, sulphuris drachma una. Quòd si ægri rosionem non tolerent, sed & stomachum imbecillem habeãt, eumq; subuerti à medicamẽti perunctione putent, in his nitrũ & sulphur uitare oportet, contẽtos sola mixtura medicamenti Diabesasa, aut pulegio, & origano, aut calaminthe, aut hyssopo, aut pipere. Porrò ne fauces ab his exasperẽtur, confert dulcis radiculæ succum admiscere. Ita nanq; multi usus, & innocentius in omnibus erit medicamentũ. Nam in iis qui medicatas qualitates non ferunt, mitiora auxilia opitulantur. Cæterùm ne rursus aliunde compositiones quærere ij cogantur, qui illas parare cupiunt, has ipsorum compositiones in præsentia explicandas censui.

Como

βέλτιον δὲ περὶ τῶν ἀκμῶν, ὅτι καὶ διαφορήσεως καὶ συμπέψεως ἐστὶ χρεία, τότε εἰ καὶ διὰ τοῦ βησάσα τις προσπλέξει ὀλίγον, ἢ καὶ ἄλλης τινὸς ἀντιδότου διαφορητικῆς, ἔτι δραστικώτερον ἐργάσεται τὸ φάρμακον. εἰ δὲ παύσοιτο μὲν ἤδη τὸ ζέον τῆς φλεγμονῆς, ἔτι δὲ σκληρία τις ἐπιμένει, τηνικαῦτα καὶ θείου προσπλέκειν ὀλίγον δεῖ, καὶ νίτρου τῇ τοιαύτῃ συμμετρίᾳ τοῦ φαρμάκου, πρὸς τὸ διαφορῆσαι. καὶ εἴ τι παχὺ καὶ γλίσχρον ἐνὸν πρὸς τὸ βάθος τύχῃ, ἀρκοῦσι νίτρου δραχ. ϛ. θείου δραχ. α. εἰ δὲ μὴ φέροιεν τὴν δῆξιν οἱ κάμνοντες, ἀλλὰ καὶ τὸν στόμαχον ἀσθενῆ ἔχουσι, καὶ ἀνατρέπεσθαι νομίζουσιν ὑπὸ τοῦ διαχρίσματος, ἐπὶ τούτων φεύγειν δεῖ τὸ νίτρον, καὶ τὸ θεῖον, ἀρκεῖσθαι δὲ μόνῃ τῇ διὰ τοῦ βησάσα ἐπιμιξίᾳ, ἢ γλήχωνι καὶ ὀριγάνῳ, ἢ καλαμίνθῃ, ἢ ὑσσώπῳ, ἢ πεπέρεως. πρὸς δὲ τὸ μὴ τραχύνεσθαι ὑπὸ τούτων τὰ περὶ τὸν φάρυγγα, καλόν ἐστι τὸν τῆς γλυκείας ῥίζης χυλὸν ἐπὶ μιγνύειν. οὕτω γὰρ ἔσται βοήθημα πολύχρηστον καὶ ἀβλαβέστερον κατὰ πάντα. ἐπὶ γὰρ τῶν μὴ φερόντων τὰς φαρμακώδεις ποιότητας, ὠφελεῖ τὰ προσηνέστερα τῶν βοηθημάτων. σκευάζειν δὴ βουλομένοις εἰς τὸ μὴ δεῖσθαι πάλιν, ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ ζητεῖν τὰς γραφὰς, ἀναγκαῖον ἐνόμισα καὶ ταύτας ἐκθέσθαι τὰς σκευασίας αὐτῶν ἐνταῦθα.

Σκευασία

Σκευασία τοῦ διὰ μόρων.

Μόρων χυλοῦ κοτ. ϛ. κρόκου, σμύρνης τρωγλίτιδος, στυπτηρίας, ἀνὰ γρ. ϛ. ὀμφακίου γρ. ϛ. μέλιτος ξεϛ. ε. ἔασον ψυγῆναι τὸν τῶν μόρων χυλὸν, ὥραν α. καὶ μικρὸν παχυνθῆναι, καὶ οὕτω πάλιν ἐπιβαλὼν τὸ μέλι, ἕψε ἕως ἀποτριτωθῇ, καὶ τότε πάλιν μίγνυε τὰ ξηρά.

Ἄλλως τὸ διὰ μόρων ὁ θειότατος Γαληνὸς ἐσκεύασεν.

Μέλιτος λιτ. α. τοῦ χυλοῦ τῶν μόρων κοτ. ε. κρόκου δραχ. α. σμύρνης δραχ. α. ὀμφακίου δραχ. α. οἴνου αὐστηροῦ κοτ. ε. ἐν ἄλλῳ δραχ. ιβ. εἰ δὲ μὴ ἔχεις τὸ ὀμφάκιον, ἀντ᾽ αὐτοῦ ῥοῦ χυλὸν ἔμβαλε. προεψῆσαι δεῖ τὸν χυλὸν αὐτοῦ καθ᾽ αὑτὸν, ἄχρι γλοιοῦ πάχος σχῇ. εἶθ᾽ οὕτως πρόσβαλε τὸ μέλι. κἀπειδὰν ἑψηθῇ καὶ μέλλῃς αἴρειν τὴν κάκαβον, τότε πάλιν ἐπίβαλε τὰ ξηρὰ, καὶ ἕψε ἄχρις ἂν πάντα ἑνωθῇ καλῶς. τοιαύτη καὶ ἡ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν μόρων ἐστὶ σκευασία. καὶ τοῦ καρποῦ δὲ τῶν ἀγρίων μόρων ὁ χυλὸς σκευαζόμενος, ἄριστόν ἐστι φάρμακον, καὶ τῶν μήλων δὲ τῶν κυδωνίων ὁ χυλός. ἐν ἀπορίᾳ δὲ τούτων, καὶ ἀχράδων, καὶ μεσπίλων, καὶ βραβύλων, καὶ κρανίων, καὶ * προύνων. δῆλον δ᾽ ἐστὶν, ὅτι ἐπὶ τῶν στυφουσῶν ὀπωρῶν πλέονος δεῖ μιγνύειν τοῦ μέλιτος,

Compoſitio medicamenti ex moris, Diamoron Græcè dicitur.

Mororũ ſucci heminæ ſex. croci, myrrhæ troglodytidis, aluminis, ſingulorũ ſcrup. 6. omphacei totidẽ: mellis ſextarij dimidiũ. Sinito mororũ ſuccũ, horã unã ubi decoxeris, refrigerari, paulumq́; ſpiſſari. Poſtea adiecto melle iterũ ad tertias decoquito. Vbi refrixerint, rurſus arida miſceto.

Aliter diuiniſsimus Galenus medicamentum ex moris parauit.

Mellis libra: ſucci mororũ heminæ 5. croci drachma: myrrhæ drachma: omphacei drachma: uini auſteri heminæ 5. Quòd ſi omphaciũ tibi deſit, in uicẽ eius rhu ſuccũ immittito. Succus eius per ſe antea coqui uſq; ad ſordiũ ſpiſſitudinẽ debet, deinde ſic mel adijci: ubi coxeris, atq; lebetẽ ab igne ſublaturus es, tũc tandẽ ſicca inijcito, coquitoq́; donec omnia in unitatẽ probè coierint. Talis eſt cõpoſitio, quæ ex ſucco mororũ cõſtat. Fructus aũt mororum ſylueſtriũ ſuccus ſi paretur, præſtantiſsimũ eſt medicamentũ: itẽ malorũ cotoneorũ ſuccus. horũ uerò penuria, etiam pirorum ſylueſtrium, meſpilorum, prunorum Damaſcenorum, ſorborum, & prunorum ſylueſtrium. Clarum porrò eſt, in aſtringentibus fructibus copioſius mel admiſcendum eſſe,

in terim duplum, interim triplũ: atq; hæc omnia medicamẽta sunt stomacho amica, periculoq; uacãt: et si deuoret aliquis, etiã moderatis inflãmationib. cõueniunt. Ac licet hisce succis admiscere ea quæ in succo mororũ quoque descripsimus. At medicamentũ ex succo nucũ paulo est ualentius: imõ & quæ ex moris rubi, malo punico, & cotoneis parãtur, tum corroborantem, tum stomacho amicam uim obtinent, hunc in modum componuntur.

Confectio medicamenti ex nucibus quod Diacaryon dicitur.

Vigẽtis nucũ fructus cortices externi circũcidi, statimq; in pila cõtundi debẽt: succus per linteum colari: ubi decoxeris, mel ei moderatè misceri, ut in medicamẽto Diamoron proditũ est, & rursus usq; ad melleã spissitudinẽ incoqui. Ita nanq; ipso per se sine aliqua mixtura rectè uti licet in pueris et mulieribus, magis per initia. Sin aũt myrrhã quoq; ei admiscueris, poteris eo in statu quoque uti: et si sulphur nitrumq; adijcias, etiam in declinatione. item in quibus durities & constrictio arteriam asperam, eiusq; summã partem obsidere diximus. Huiusmodi sanè est etiam confectio, quæ ex succo nucum paratur, quemad-

ἐνίοτε μὲν διπλάσιον, ἐνίοτε δὲ καὶ τριπλάσιον. καὶ ταῦτα πάντα εὐστόμαχά εἰσι βοηθήματα καὶ ἀκίνδυνα· καὶ εἰ καταπίοι τις, καὶ μετρίαις ἁρμόζει φλεγμοναῖς. καὶ ἔξεστι τοῖς χυλοῖς τούτοις προσμιγνύειν ὅσαπερ καὶ ἐπὶ τοῦ χυλοῦ τῶν μόρων ἐγράψαμεν. καὶ τὸ διὰ τοῦ χυλοῦ δὲ τῶν καρύων ἰσχυρότερόν ἐστιν ὀλίγον, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ τῶν βατίνων, καὶ ῥοιῶν, καὶ μήλων σκευαζόμενα, καὶ τονωτικὴν καὶ εὐστόμαχον κέκτηται δύναμιν. ἔχει δὲ τούτων ἡ σκευασία οὕτως.

Τοῦ διὰ καρύων σκευασία.

Ἀκμάζοντος τοῦ καρποῦ τῶν καρύων, περιαιρεῖν δεῖ τὰ ἔξω λέπη, καὶ αὐτίκα κόπτειν ἐν ὅλμῳ, δι' ὀθονίου τε τὸν χυλὸν διηθεῖν, καὶ προσαφεψήσαντα, οὕτω μιγνύειν αὐτῷ συμμέτρως μέλιτος, ὡς γέγραπται καὶ τῷ διὰ μόρων, μέχρι συστάσεως μελιτώδους. οὕτω γὰρ ἄν τις αὐτῷ καθ' αὑτὸ * ἄνευ τινὸς ἐπιμιξίας, ἔχει δεόντως κεχρῆσθαι, ἐπί τε παιδίων καὶ γυναικῶν, καὶ ἐν ἀρχῇ μᾶλλον. εἰ δὲ καὶ τὴν σμύρναν αὐτῷ ἐπιμίξειεν, ἔξεστι καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ κεχρῆσθαι αὐτῷ, θεῖόν τε καὶ νίτρον προσπλέκοντα, καὶ ἐν παρακμῇ, καὶ ἐφ' ὧν εἰρήκαμεν, εἰς σκληρίαν, καὶ σφίωσιν ἐν τοῖς περὶ φάρυγγα καὶ λάρυγγα τόποις. τοιαύτη μὲν καὶ ἡ διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν καρύων σκευασία, καθάπερ

καθάπερ καὶ τοῦ διὰ μόρων, καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν. χρῶνται δὲ καὶ τῶν ἄλλων βοηθημάτων, ἐν οἷς καὶ τὰς μεγίστας δυνατὸν ἰάσασθαι κυνάγχας, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐρῶ. καὶ πρῶτον μὲν ὑμῖν τὴν ἔκθεσιν ποιήσομαι καλλίστου βοηθήματος, καὶ ἰσχυροῦ πάνυ, καὶ πολλοὺς ὑπὸ πολλῶν κινδύνων ῥυσαμένου, οὗ κἀγὼ ἔσχον πεῖραν. ἔχει δὲ οὕτως. ἴρεως οὐγγ. α. βαλαυστίων οὐγγ. α. ἐν ἄλλῳ δὲ οὐγγ. γ. πεπέρεως οὐγγ. α. κρόκου οὐγγ. γ. ἐν ἄλλῳ οὐγγ. δ. ῥοῦ συριακοῦ οὐγγ. β. οἴνου ξεσ. γ. ἑψήματος ξεσ. α. μέλιτος λιτ. α. στυπτηρίας οὐγγ. α. τούτῳ τῷ βοηθήματι δυνατόν ἐστιν ἐν παντὶ καιρῷ χρήσασθαι, καὶ μάλιστα, ἐφ' ὧν καὶ διαθερμᾶναι τι ἐστὶ χρεία, καὶ λεπτῦναι τὰ ἐσφηνωμένα σφόδρα. καὶ τούτου μὲν τοῦ βοηθήματος πολλὴν ἔσχον πεῖραν, καλλίστου ὄντος. καλὸν δὲ καὶ τὸ διὰ βησασᾶ σκευαζόμενον βοήθημα. καλοῦσι δὲ αὐτὸ διὰ χελιδόνων, καὶ διὰ τῶν ἁρμαλᾶ.

Πρὸς τὰς κακοήθεις καὶ ἀπηλπισμένας ἀντίδοτος ἡ διὰ τοῦ βησασᾶ διαχριομένη.

Ἀνίσου, σελίνου σπέρματος, ἄμμεως, σχίνου ἄνθους, στυπτηρίας, ἴρεως ἰλλυρικῆς, βησασᾶ, ὃ τινὲς ἁρμαλᾶ προσαγορεύουσιν, οἱ δὲ ἄγριον πήγανον, ἀνὰ οὐγγ. α.

quemadmodum & medicamenti quod ex moris & alijs fructibus conficitur. Vsus est aliorum quoque medicamentorũ, quibus maximas Cynanchas etiam curare licet, de quibus deinceps dicturus sum. Ac primum sanè uobis exponam medicamentum præstantißimum, ualde efficax, quod plerosq; multis periculis liberauerit, id quod etiam ego sum expertus: habet autem in eum modum. Iridis uncia: balaustiorum uncia: piperis uncia: croci uncia: rhus Syriaci unc. duæ: uini sextarij tres: sapæ sextarius: mellis libra: aluminis uncia. Hoc remedio licet quouis tempore uti, præsertim in quibus etiã excalefacere aliquid oportet, & ea quæ uehementer impacta sunt, extenuare. Hoc sanè auxilium multis experimentis optimũ esse deprehendi. Iam uero salutare est etiam id quod Diabesasa, hoc est, ex ruta syluestri paratur. Vocant ipsum ab hyrundinibus Diachelidon, & à ruta, Diaharmala.

Antidotũ Diabesasa, quod ad malignas desperatasque inflammationes inungitur.

Anisi, seminis apij, ameos, iunci rotundi floris, aluminis, iridis Illyricæ, Besasa, quod nonnulli Harmala appellant, quidam uerò agrestem rutam, singulorum

 uncia:

unciа: casiæ, crocomagmatis, rosarũ siccarũ, singulorũ unc. 2. hederæ, pullorũ hirundinũ cineris recentis, singulorũ unc. 3. spicænardi, amomi, singulorũ unc. 4. croci sescũcia, gallarũ omphacitidum numero octo: læuigatis cũ melle utitor. atq; hoc solo in mediocrib. uitijs uti licet, ac remittere ipsius uim, admiscẽdo ei aut amylũ, aut rosas siccas, aut terrã Creticã, aut Lemniã, quã Græci Sphragida, hoc est, sigillũ nominant, aut farinam ordeaceã, aut alia eiusmodi quædã moderata, quomodocunq; ad præsentẽ affectum sufficere aliquis existimauerit. Itẽ augere uires ipsius possumus, ubi efficaciore medicamẽto utendũ est, adijciẽtes ei nitrũ & elateriũ: uocãt aũt ita succũ cucumeris syluatici: fimumq; hirundinum crematum, & non crematum. Quinetiam si caninum stercus album miscueris, quod canes ex oßium esu deijciunt, ualidum sic quoq; medicamentũ efficies. Quòd si humanum etiam stercus miscueris combustum, & nõ combustũ, multo ualentius adhuc medicamentũ reddes. quod ex combusto fit, imbecillius est. Cæterùm & pro temporũ ratione nõnulla medicamẽta admiscere oportet, quemadmodũ et salẽ ammoniacũ, quando non solum reprimentia, sed etiã discutientia requiruntur.

At

οὐγγ. α. κασίας, κροκομάγματος, ῥόδων ξηρῶν, ἀνὰ οὐγγ. β. κισσοῦ, νεοσσῶν χελιδόνων, σποδοῦ προσφάτου, ἀνὰ οὐγγ. γ. ναρδοστάχυος, ἀμώμου, ἀνὰ οὐγγ. δ. κρόκου οὐγγ. α. S. κηκίδων ὀμφακιτίδων τὸν ἀριθμὸν λειώσας σὺν μέλιτι χρῶ, καὶ τούτῳ μόνῳ δυνατὸν χρῆσθαι ἐπὶ τῶν μέσων διαθέσεων, καὶ ἐκλύειν αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐπιμιγνύντας αὐτῷ, ἢ ἀμύλου, ἢ ῥόδων ξηρῶν, ἢ γῆς κρητικῆς, ἢ λημνίας σφραγῖδος, ἢ ἀλεύρων κριθίνων, ἢ ἄλλων τοιούτων συμμέτρων τινῶν, ὡς ἄν τις ἀρκεῖν πρὸς τὴν ἐνοῦσαν διάθεσιν ὑπονοήσειε. καὶ ἐπιτεῖναι δὲ δυνατόν, ἐφ' ὧν ἰσχυροτέρῳ δεῖ κεχρῆσθαι τῷ φαρμάκῳ, ἐπιμιγνύντας αὐτῷ νίτρου τε, καὶ ἐλατηρίου (καλοῦσι δὲ οὕτω τὸν χυλὸν τοῦ ἀγρίου σικύου) κόπρου χελιδόνων ἀκαύστου καὶ κεκαυμένης. ἀλλὰ καὶ κυνείαν κόπρον λευκὴν εἰ μίξειας, ἐπειδὰν οἱ κύνες ὀστοφαγήσωσιν ἀποπαθοῦσι, ἰσχυρὸν καὶ οὕτως ἐργάσῃ τὸ φάρμακον. εἰ δὲ καὶ ἀνθρώπου μίξειας ἀκαύστου τε καὶ κεκαυμένης, ἔτι μᾶλλον ἰσχυρότερον ἐργάσῃ τὸ φάρμακον. τὸ διὰ τῆς κεκαυμένης ἐστὶν ἀσθενέστερον. δεῖ δὲ καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς ἀποβλέποντας, ἐπιμιγνύναί τινα τῶν φαρμάκων, ὥσπερ καὶ ἁλῶν ἀμμωνιακῶν, ἡνίκα μὴ μόνον ἀποκρουστικῶν, ἀλλὰ καὶ διαφορητικῶν ἐστι χρεία.

εἰ δὲ

εἰ δὲ καὶ βρυωνίας ῥίζαν προσπλέξεις, ἔτι μᾶλλον διαφορητικώτερον ἀπεργάσῃ τὸ φάρμακον. δῆλον δὲ ὅτι τοῖς πάνυ διαφοροῦσιν ἐπ' ἐκείνων χρῆσθαι δεῖ, ἐφ' ὧν μηδὲν ἐπιρρεῖ, ἀλλὰ καὶ σκληραί, καὶ σκιρρώδεις εἰσὶν αἱ φλεγμοναί. πολλοὶ καὶ σινήπεως τοῦ σκευαστοῦ, ὅπερ καὶ συνεχῶς ἐσθίουσιν, ἀποβάπτοντες τὰ ὄψα, ἔμιξαν ὀξυμέλιτι, εἶθ' οὕτω χλιαρὸν ἀνακογχυλίζεσθαι παρεσκεύασαν τοὺς κάμνοντας, καὶ τότε διαχρίσαντες τὸ διὰ βησασᾶ, θαυμαστῶς ὠφέλησαν τὴν σκιρρώδη φλεγμονήν. χρὴ γὰρ ἐπὶ πάντων τῶν ῥευματιζομένων, ἀναστέλλειν μὲν τὸ φερόμενον, διαφορεῖν δὲ τὸ ἐνσκῆψαν. ὅπως μὴ ἐμφραχθείσης τῆς ὁδοῦ τοῦ πνεύματος, ἀποπνιγῆναι συμβῇ τὸν κάμνοντα, ὡς ἐκ δεινῆς ἀγχόνης. ἰσχυρὸν δέ τις ποιεῖ διάχρισμα, ἐπιμιγνύων τῇ ἀντιδότῳ ταύτῃ τρία τινὰ τῇ διὰ τοῦ βησασᾶ. καὶ πολλοὺς ἔσωσεν, ὥστε μὴ φλεβοτομίας ἢ καθάρσεως δεηθῆναι τοὺς κάμνοντας. ἦσαν δὲ τὰ τρία ταῦτα, κυνεία κόπρος καὶ ἀνθρωπεία, καὶ ἐλατήριον, ἀνὰ δραχ. β. εἰς οὐγγ. α. τῆς ἀντιδότου τῆς διὰ τοῦ βησασᾶ. καὶ πλεῖον δὲ ἐξ αὐτῶν προσπλέκειν δεῖ, πρὸς τὴν τοῦ πάσχοντος δύναμιν, καὶ τὴν ἕξιν ἀποβλέποντας. εἰ δέ τινες διὰ τὸ βδελυρὸν παραιτοῦνται χρῆσθαι τῇ ἀνθρωπείᾳ κόπρῳ, ἀρκοῦσι τὰ δύο μόνα, καὶ ἐλατήριον, καὶ ἡ κυνεία κόπρος διαχριομένη. καλῶς γὰρ ποιεῖ μετὰ μέλιτος. καὶ ὅπου δὲ μὴ δυνατόν ἐστι διαχρίσαι,

διὰ

At si bryoniæ quoq; radicē adieceris, lōgè adhuc magis discutiēs medicamen effeceris. Constat autē in illis utendū esse eis quæ ualde discutiūt, in quib. nihil influit, sed inflammationes & duræ & scirrhosæ existūt. Multi etiā sinapi præparatum, quod cōtinuè edūt, obsonia in id intingētes, oxymeliti miscuerunt: deinde ita tepidū ægro gargarizandū exhibuerūt: postea illito medicamento Diabesasa mirabiliter inflammationē scirrhosam adiuuerūt. Nam in omnibus fluxionib. cursum quidem reprimere, id autem quod in partem decubuit, discutere oportet, ne spiritus uia interclusa obstructaq;, ægrū tanquam ex graui laqueo strangulari contingat. Validā autem perunctionem reddes, si antidoto huic Diabesasa tria quædam admisceas. Multos id seruauit, ut ne uenæ sectione, aut purgatione indiguerint. Erant autem tria hæc, caninum stercus, humanū, & elaterium, singula duarū drachmarū instar, in unciā antidoti Diabesasa cōtecta. Ac amplius ex eis pro ægri uiribus & habitu, adycere conuenit. Quòd si nonnulli humano stercore, ut abominando, uti recusent, duo duntaxat sufficiūt, elaterium, & caninum stercus, si illinatur. Bene enim facit cum melle: ac ubi non licet inungere,

calamo

calamo inspiratũ idem præstat. At ne stercus fœdi sit odoris, curato ut canis triduò antè ossa comedat. Ita enim & album est, & non fœdi odoris. Humanum uerò ne fœdi odoris sit, efficies, si puerum, cuius stercus sumpturus es, tribus diebus antè, ne deiectio minus cocta, sed cohærens inueniatur, lupinis coctis nutrias, quos etiam unà cum pane textuaceo probè cocto non copiosos edere solemus. Porrò stercus ex prima pueri deiectione, et secunda proijcere oportet: quod autem ex tertia descendit, accipere, eo'que uti non liquido, sed sicco cum melle. Hæc etiam sapientißimus Galenus & Philagrius, alij'que multi ueterum testantur, ac experientia nos ita edocuit. Recẽtiores aũt humano non utuntur, tanquam abominabili: canino magis, ut q nihil fœdi odoris habeat, possitq; idem præstare. Quòd si neq; hoc uti uelint, prædictis antea à nobis inunctionibus insistãt, nempe ei quæ hirundinibus constat, et quæ rhu accipit, mirifico auxilio. Miscere oportet quæ ex hirundinibus paratur, ei quæ ex succo nucum constat: quæ enim ex ipso paratur, seorsim usurpare oportet. Sciendum autem est, medicamentũ diabesasa nõ solũ ad gutturis affectus, sed etiam alios multos proficere: etenim stomachicis, cœlia-

Humani stercoris uires.

διὰ καλάμου ἐμφυσώμενον τὸ αὐτὸ ποιεῖ. ἵνα δὲ μὴ δυσώδης ἡ κόπρος ᾖ, πρὸ τριῶν ἡμερῶν ποίει τὸν κύνα ἐσθίειν ὀστᾶ. οὕτω γὰρ ἔστι καὶ λευκὴ, καὶ οὐ δυσώδης. ποιήσεις δὲ καὶ τὴν ἀνθρωπείαν μὴ εἶναι δυσώδη, τὸ παιδίον, οὗ μέλλεις τὴν κόπρον λαμβάνειν, πρὸ τριῶν ἡμερῶν, ὡς μὴ ἄπεπτον, ἀλλὰ σύστασιν εὑρίσκεσθαι ἔχον τὸ διαχώρημα, δεῖ ἐσθίειν θέρμους ἑψηθέντας, οὓς καὶ συνήθως ἐσθίομεν, ἅμα καὶ καλῶς ὀπτηθέντι ἄρτῳ κλιβανίτῃ, μὴ πολλούς. δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ πρώτῃ διαχωρήσει κόπριον ἀπορρίπτειν, καὶ τὸ ἐν τῇ δευτέρᾳ, τὸ δὲ ἐν τῇ τρίτῃ λαμβάνειν, καὶ τούτῳ κεχρῆσθαι μὴ ὑγρῷ, ἀλλὰ ξηρῷ μετὰ μέλιτος. ταῦτα καὶ ὁ σοφώτατος Γαληνὸς, καὶ Φιλάγριος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ μαρτυροῦσι τῶν παλαιῶν. καὶ ἡ πεῖρα δὲ ἡμᾶς οὕτως ἐδίδαξεν. οἱ δὲ νῦν οὐκ ἐχρῶντο τῇ ἀνθρωπίνῃ, διὰ τὸ βδελυρὸν αὐτῆς, τῇ δὲ κυνείᾳ μᾶλλον, ὡς μηδὲν ἐχούσῃ δυσῶδες, καὶ δυναμένῃ τὸ αὐτὸ ἔργον ποιεῖν. εἰ δὲ μὴ ταύτῃ βούλοιντο κεχρῆσθαι, τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν ἔμπροσθεν διαχρίσμασι καρτερήτωσαν. τῷ τε διὰ τῶν χελιδόνων, καὶ τῷ λαμβάνοντι τὸν ῥοῦν θαυμασίῳ ὄντι βοηθήματι. δεῖ δὲ * τὸ διὰ τῶν χελιδόνων ἀναμιγνύειν διὰ τοῦ χυλοῦ τῶν καρύων. τῷ γὰρ δι' αὐτοῦ σκευαζομένῳ, καθ' ἑαυτὸ δεῖ κεχρῆσθαι. εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι τὸ διὰ τοῦ βησασᾶ οὐ μόνον τὰ πρὸς τὸν λαιμὸν πάθη, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ ὠφελεῖ, καὶ γὰρ καὶ στομαχικὰς καὶ

καὶ κοιλιακὰς ἰᾶται διαθέσεις, καὶ μάλιστα τὰς στομαχικὰς, καὶ δυσεντερικάς. καὶ ἐὰν προσλάβῃ, καὶ κυνείας κόπρου, ἥ τις καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἰᾶται δυσεντερίας, μιγνυμένη τῷ διὰ τῶν κοχλάκων ἑψηθέντι γάλακτι. οὐδὲν δὲ ἧττον ἰᾶται τὰ παρίσθμια καὶ ἀντιάδας, καὶ γαργαρεῶνα φλεγμαίνοντα, μιγνυμένη τῷ χυλῷ τοῦ ὄμφακος, καὶ καρύων λεμμάτων, καὶ κρανίων, καὶ πρίνων, καὶ ὄων, καὶ τῇ αἰγυπτίᾳ, καὶ τῇ ἀνθηρᾷ. δῆλον δὲ, ὅτι ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ τῶν φλεγμονῶν, καὶ ἔτι ῥευματιζομένης τῆς φλεγμονῆς, μᾶλλον τῶν στυφόντων δεῖ προσπλέκειν. κώϊνα δὲ ἡ ἀκμὴ, καὶ χρεία τοῦ διαφορεῖσθαι, τὰ διαφοροῦντα. πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας ἔχει ἀρετὰς καὶ ἡ κυνεία κόπρος. καὶ γὰρ καὶ ἄφθας, καὶ ἕλκη παλαιὰ, καὶ δυσούλωτα ἰᾶται, ὧν ἁπάντων οὐ δεῖ μνημονεύειν. ἀπὸ γὰρ τῶν εἰρημένων εὑρήσει τις καὶ τὰς ἄλλας ἐνεργείας αὐτῆς. εἰ δὲ μὴ εὐποροίη τούτων, τοῖς ὑποτεταγμένοις πάνυ καλοῖς οὖσι καὶ εὐπορίστοις χρηστέον.

Πρὸς συνάγχας.

Ῥαφάνου σπέρμα λεῖον ὀξυμέλιτι ἀναγαργαριζόμενον ὠφελεῖ πάνυ. καταφέρει γὰρ ὑγρασίαν πολλήν.

Αλλ

cœliacisq; affectib. medetur, præsertim stomachicis et dysentericis, etiamsi caninum stercus recepe- rit, quod & ipsum per se dysenterijs medetur, si lacti calculis marinis candẽtibus cocto admisceatur. Nihil minus faucibus, tonsillis, & uuæ inflammationem sustinentibus medetur, cum succo uuæ acerbæ, nucum corticũ, cornorum, ilignearum glandium, sorborum, item Aegyptiæ & Antheræ mixtum. Non autem obscurũ est, per initia inflammationũ, & cum inflammatio adhuc urget, magis astringentia adycienda esse: cum autem status est, & dissipare oportet, ea quæ discutiunt. Iam alias quoq; multas facultates caninum stercus habet: etenim medetur aphtis, ulceribus antiquis, & quæ cicatricem ægre recipiunt, quorum omnium mentionem facere non opus est. Nam ex prædictis alias quoq; ipsius actiones deprehẽdes. Sin horum sit inopia, subscriptis admodum bonis & paratu facilibus utendum est.

Medicamenta p tempore uariant.

Ad anginas.

Raphani semen læuigatum si ex oxymelite gargarizetur, ualde proficit: nam multam humiditatem inducit.

Aliud gargarisma, angina pressis salutare, quo Stephanus pater meus usus est, & ego.

℞. *Spinæ Aegyptiæ drachma: iridis drachma semis: dulcis radiculæ tantundem: furfuris frumēti quantum manu comprehendi potest: rosæ siccæ pauculæ: palmulæ Nicolai quinq; aut septem. Sapa, aut aqua coquantur, et ex decocti iure cum mellis momēto singulis horis æger gargarizet.*

Aliud.

Sinapi perunctū probè facit. Huius meminit Dioscorides. notum uerò est, id ualere aduersus eos qui duriore habitu sunt, inueteratoq́; non autem multum feruidas inflāmationes experiūtur.

Aliud ad eosdem affectus.

Picem liquidam, nitrum cum melle pari portione, cedriæ momentum, misceto: ac egregiè diuturnis, & iam induręscentibus inflammationibus opitulatur.

Aliud gargarisma.

Salicis folia ex aqua cocta, donec colorem mutauerint, ad gargarizandum dato. Hoc crassa auellit, iuuatq́;.

Aliud.

Furfurum & ficuum siccarum decoctum ad os colluendum dato, præsertim in quibus tonsillæ inflammationem ab initio senserint.

Aliud.

Ἄλλο ἀναγαργάρισμα συναγχικοῖς, ᾧ ἐχρήσατο Στέφανος ὁ πατήρ μου, κἀγώ, καλόν.

Ἀκάνθης αἰγυπτίας δραχμ. α. ἴρεως δραχ. S. γλυκυρρίζης δραχ. S. πιτύρου σίτου * φουκτὴν α. ῥόδα ξηρὰ ὀλίγα, νικολάου φοίνικας ε ἢ ζ. ἑψήματι ἢ ὕδατι ἕψε, καὶ τῷ ζέματι μετ᾽ ὀλίγου μέλιτος, ἀναγαργαριζέσθωσαν καθ᾽ ὥραν.

Ἄλλο.

Σίναπι διαχριόμενον καλῶς ποιεῖ. τούτου μέμνηται Διοσκορίδης. δῆλον δὲ, ὅτι πρὸς τοὺς σκληροτέραν ἔχοντας τὴν ἕξιν, καὶ χρονιωτέρας, οὐ τὰς πάνυ ζεούσας φλεγμονάς.

Ἄλλο πρὸς τὰς αὐτὰς διαθέσεις.

Πίσσαν ὑγρὰν, νίτρον, μετὰ μέλιτος ἴσα, κέδρου ἐλαχίστου παράμιξον, καὶ πάνυ καλῶς ποιεῖ ἐπὶ τῶν χρονίων καὶ ἤδη σκληρουμένων φλεγμονῶν.

Ἄλλο ἀναγαργάρισμα.

Ἰτέας φύλλα ἑψήσας μετὰ ὕδατος, ἕως οὗ μεταβάλῃ τὴν χροιὰν, δίδου ἀναγαργαρίζεσθαι. τοῦτο ἀποσπᾷ παχέα, καὶ ὠφελεῖ.

Ἄλλο.

Πιτύρων καὶ ἰσχάδων ζέμα δίδου διακλύζεσθαι, καὶ μάλιστα ἐξ ὧν τὰ παρίσθμια ἔσχον ἐξ ἀρχῆς φλεγμονήν.

Ἄλλο.

Ἄλλο.

Φακῶ, ῥόδα, φοίνικας ἀφεψήσας, τὸ ζέμα ἀναγαργαριζέσθω. τοῦτο ἐν τῇ ἀρχῇ δεῖ μᾶλλον ποιεῖν.

Ἄλλο.

Χαλκοῦ κεκαυμένου καὶ πεπλυμένου δραχ. α. νίτρου ἐρυθροῦ δραχ. β. μέλιτι ἀναλάμβανε, καὶ μετρίως ἑψήσας ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, χρῶ. πάνυ καλῶς ποιεῖ ἐν τῇ ἀκμῇ. καὶ ἀψίνθιον δὲ μετὰ μέλιτος πάνυ καλῶς ποιεῖ.

Ἄλλο, πρὸς τὰς χωρὶς ἕλκους καὶ χρονίας συνάγχας.

Εὐφορβίου δραχ. β. μέλιτος ξεσ. τέταρτον, προεψήσας καλῶς τὸ μέλι, ἐπίβαλε τὸ εὐφόρβιον, καὶ διάχριε τῷ ᾠῷ, καὶ καταπινέτω ὁ πάσχων τὸ φάρμακον, καὶ εὔλυτος ἔσται ἡ κοιλία, καὶ τοῦ πνιγμοῦ ἀπαλλαγήσεται. πάνυ δραστικόν ἐστι τὸ βοήθημα, καὶ πρὸς τὰς ὑπὸ γλίσχρων καὶ παχέων χυμῶν συνισταμένας φλεγμονὰς ἄνευ ἑλκώσεως, ἀκριβῶς ποιεῖ.

Περὶ φλεβοτομίας.

Πρὸ πάντων μὲν τὴν φλεβοτομίαν παραλαμβάνειν ἐπὶ τῶν συναγχικῶν ἀναγκαῖον, ἀλλ᾽ οὐκ ἀθρόαν. αἱ γὰρ κατὰ μέρος κενώσεις ὑποσυλλῶσι μᾶλλον δὲ αὐτῶν τῶν πεπονθότων τόπων τὸ αἴτιον, διὸ καὶ τρίτον αὖθις καὶ τέταρτον ἀφαιρεῖν δεῖ, τὴν λειποθυμίαν μόνον φεύγοντα. βλάπτει γὰρ ὡς οὐδὲν ἄλλο, τούτους ἡ λειποθυμία, πολλά-

Aliud.

Lenticulæ, rosarum, palmularum decoctarum iure gargarizent. Hoc inter initia magis faciundum est.

Aliud.

Aeris combusti & eloti drachma: nitri rubri drachmæ duæ: melle excipito, & mediocriter in uase æreo decoctis utitor. Optimè facit in statu. Item absinthium cum melle egregiè iuuat.

Aliud ad anginas ulceris expertes, & inueteratas.

Euphorbij drachmæ duæ: mellis sextarij quarta pars. ubi mel antea probè decoxeris, euphorbiũ adycito, fingitoq; catapotia, & ex ouo circũlinito, ac duo deuorãda porrigito: uentrẽ ex facili soluent, & suffocationẽ arcebunt. Valde efficax est medicamentũ, & ad inflãmationes ex uiscosis craßisq; humorib. sine ulcere contractas accuratè ualet.

De sanguinis missione.

Angina infestatis uenæ quidem sectionem ante omnia adhibere necesse est, sed non uniuersam. Nam particulares uacuationes causam potius ex ipsis locis affectis elidunt: quare etiam tertiò & quartò ipsum detrahere oportet, animi defectionem solũ uitantes. Nihil enim aliud æquè hos offendit, ut animi defectio,

quæ efficit frequēter, ut materia tota in altum cōfluat, & post mißionem sanguinis, si nullus laxitatis sensus oriatur, sed cibi & aeris transitus adhuc impediatur, etiam uenas linguæ subiectas incidere ne graueris, neq; in crastinum differas, sed eodem id die facito. Ego sanè noui me, cū usus ualde urgeret, uenam mane aperuisse: diluculo linguæ subiectas secuisse: & uesperi ex cremore ptisanæ lachrymam scammoniæ exhibuisse: atque ita laqueum ex inflāmatione ortū uix potui dissoluere. Iam alium quendam noui me, postquam duorum brachiorum in cubito uenas secuissem, repurgasse, sequenti die non expectato. Erat autē purgatio, liquor tithymalli statim ex herba expressus, humidus adhuc, & nondum exiccatus: habebat autem trium siliquarum pondus. Hæc facere oportet, in quibus uires robustæ sunt, æger ætate uiget, & affectus uehementer dominatur, ut nullas admittat inducias. Noui etiam iugulares uenas à me sectas esse, cum linguæ subiectas nō inuenirem: ac plurimum adiuuisse. In muliere autem uenas ad talum aperui, cum ipsam mensibus non purgari cognoscerem, atq; illinc potius ei morbi occasionem obuenire. ac duplex ægrotanti commodum ex eo subsequutū est, nempe

Historia ex angina curati

πολλάκις ἀθρόως συῤῥεῖν τὴν ὕλην ἀνασκευάζουσα περὶ τὸ βάθος. καὶ μετὰ τὴν φλεβοτομίαν, ἐὰν μηδεμία τις χαυνώσεως αἴσθησις γένοιτο, ἀλλ᾽ ἔτι κωλύοιτο ἡ κατάποσις, καὶ ἡ τοῦ ἀέρος πάροδος· καὶ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶτταν μὴ κατοκνήσῃς τεμεῖν φλέβας, καὶ μὴ ἀναβάλῃς εἰς τὴν αὔριον, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτὴν πρᾶξον τὴν ἡμέραν. ἐγὼ γοῦν οἶδα κατεπειγούσης πάνυ τῆς χρείας, φλεβοτομήσας ἕωθεν, δείλης δὲ τὰς ὑπὸ τὴν γλῶτταν τεμών, καὶ ἑσπέρας δεδωκὼς εἰς τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης δακρύδιον· καὶ οὕτω μόλις ἠδυνήθην λῦσαι τὸν ὑπὸ τῆς φλεγμονῆς γενόμενον βρόγχον. καὶ ἄλλον δέ τινα οἶδα, ὑποκαθάρας μετὰ τὸ τμηθῆναι τὰς ἐν ἀγκῶνι τῶν δύο χειρῶν φλέβας, οὐ περιμείνας τὴν ὑστεραίαν. ἦν δὲ τὸ καθάρσιον, ὀπὸς τιθυμάλλου παρ᾽ αὐτὰ ληφθεὶς ἀπὸ τῆς βοτάνης, ὑγρὸς ἔτι, καὶ μηδέ πως ξηρανθεὶς, εἶχε σταθμὸν κερ. γ. ταῦτα δεῖ ποιεῖν ἐφ᾽ ὧν ἔῤῥωται ἡ δύναμις, καὶ ὁ κάμνων ἀκμάζει τὴν ἡλικίαν, καὶ ἰσχυρῶς ἐπικρατεῖ τὸ πάθος, ὡς μηδεμίαν ἀναμονὴν ἐπιδέχεσθαι. οἶδα δὲ καὶ τὰς σφαγιτίδας ποιήσας τμηθῆναι φλέβας, μὴ εὑρηκὼς τὰς ὑπὸ τὴν γλῶτταν, καὶ τὰ μέγιστα ὠφελήσας. καὶ ἐπὶ γυναικὸς δὲ τὰς ὑπὸ τὸν ἀστράγαλον, γνοὺς αὐτὴν μὴ καθαίρεσθαι, καὶ μᾶλλον ἐκεῖθεν αὐτῇ συμβαίνειν τὴν ἀφορμὴν τῆς νόσου. καὶ συνέβη διττὴν παρακολουθῆσαι τὴν ὠφέλειαν τῇ πασχούσῃ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ τῶν

τῶν συνήθων κενώσεων τὴν ὑπόμνησιν, καὶ τοῦ πάθους ἀπαλλαγήν. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου δεῖ ποιεῖν, ἐὰν μάθῃς αὐτοὺς διὰ αἱμορροΐδων ἀωθότα αἷμα κενοῦν.

Περὶ σικύας.

Εἰδέναι δὲ δεῖ καὶ τοῦτο ὑμᾶς, ὅτι καὶ ταῖς σικύαις ἀναγκαῖον ἐπὶ τῶν παθῶν τούτων κεχρῆσθαι, ἀλλ' ὅταν ἤδη παύσηται ἡ ἐπιρρέουσα ὕλη, καὶ μήτε πάθος ὑποπτεύσωμεν εἶναι περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ ὅλον σῶμα. ἐπιρρεούσης γὰρ τῆς ὕλης καὶ τῶν τόπων ῥευματιζομένων, τῶν ἀποκρουστικῶν τι προσφέρειν δεῖ μᾶλλον, καὶ τῶν ἀπωθούντων, ἢ τῶν ἐπισπωμένων. ἐπειδὰν δὲ παύσηται τὸ ἐπιρρέον, καὶ χρεία λοιπὸν τὴν φθάσασαν ὕλην ἐκπεσεῖν εἰς τὰ πεπονθότα διαφορῆσαι, τότε δεῖ καὶ τὰς σικύας προσφέρειν, καὶ πυρίας. εἰ δὲ δεήσει, καὶ κατάπλασμα. οὐδεὶς γὰρ ἔσται φόβος ἀπερίττου τοῦ ὅλου γενομένου, μὴ ἄλλη τις ἐξ ἑτέρου ἀπορρυήσεται πρὸς τὰ πεπονθότα. δῆλον δὲ καὶ ὅτι τὸ περιεχόμενον αὐτὸ καὶ μόνον, τὸν κίνδυνον ἐπιφέρον ἑλκύσαι περὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ πάθους αἱ σικύαι δυνήσονται.

Περὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων.

Ἔξωθεν δὲ ἐπιβάλλειν δεῖ τῷ τραχήλῳ ἔριον ἐλαίῳ βρεχὲν, ἢ κηρωτὰς ἁπαλὰς ἀπὸ κηροῦ καὶ βουτύρου καὶ στέατος χηνείων συγκειμένας.

Περὶ

nempe cõsuetarum uacuationum admonitio, & affectus liberatio. Idem etiam in uiris tentandum est, si ipsos sanguinem per uenas in ano extantes uacuare solitos didiceris.

De cucurbitula.

Cucurbitula ad anginam

Scire hoc quoq; uos oportet, cucurbitulis in his etiam affectibus utendum esse: uerùm ubi iam materia influere desierit, neque affectũ circa caput, totumq; corpus esse suspicemur. Nam quando materia influit, & loca fluxionibus tentantur, reprimẽtia potius & repellentia, quàm attrahentia admoueri debent. Postquam uerò influxus cessauerit, opusq; tandem sit materiam, quæ in affectas partes inciderat, discutere, tunc conuenit & cucurbitulas, & fomenta applicare: quòd si res postulet, etiam cataplasma. Nihil enim metuendum erit, ubi totum corpus recrementis liberum fuerit, ne alia quædam materies aliunde ad partes affectas defluat. Constat autem cucurbitulas ipsum quod in particulis cõtinetur, et solũ discrimen adfert, ad superficiem extrahere posse.

De ijs quæ extrinsecus imponuntur.

Extrinsecus autẽ inijcere conuenit ceruici lanam oleo madidã, aut cerata tenera ex cera, butyro, et adipe anserino cõflata.

De cataplasmatis.

Cataplasmatis utendum est ijs, quæ inflammata discutiunt & concoquunt, nempe ex ordeacea farina, semine lini, palmulis ex aqua coctis, item croco, et mica panis, simul incoctis. Vitari debent cataplasmata, quæ tantum laxant, & ualidè repercutiunt. Quòd si inflammatio uetustior duriorq́; appareat, etiā confert tunc adijcere ficus siccas, lapathum, adipes, & nitri paulū. quippe materiam extrahere oportet, quod etiam natura moliri festinat.

De fomento.

Adhæc fouere inflammationes uetustas, scirrhosasq́;, alienum non est, chamæmeli, aut altheæ decoctorum aqua calida: & si laurum adieceris, præsertim in frigidis humoribus, & cōtumacibus, qui in altum desederint, multo magis proficies.

De uictu.

Victu utantur ægri primum omnium mulsa aquosa, quæ uniuersa præstare potest, nempe extenuare, & purgare, partim per urinas, partim etiam per uentrē. Dari etiam ipsa debet, quibus thorax, aut pulmo fluxionem suscepit, & thoracis pulmonisq́; regio angustia premitur, ac probè est ut inflammatio, peripneumonia, & quodammodo alia cynanche

Περὶ καταπλασμάτων.

Καταπλάσμασι δὲ κεχρῆσθαι δεῖ τοῖς δυναμένοις διαφορεῖν καὶ συμπέττειν τὰ φλεγμαίνοντα, τῷ τε διὰ κριθίνου ἀλεύρου, καὶ λινοσπέρμου, καὶ φοινίκων ἑψηθέντων εἰς ἕψημα, καὶ κρόκου, καὶ ψυχῶν συνηψημένων. φεύγειν δὲ δεῖ τὰ χαλῶντα μόνον καταπλάσματα, καὶ τὰ πάνυ ἀποκρούοντα. εἰ δὲ χρονιωτέρα καὶ σκληροτέρα ἡ φλεγμονὴ φαίνοιτο, καὶ ἰσχάδων ἐπὶ τηνικαῦτα προσπλέκειν καλὸν, καὶ λαπάθου, καὶ στεάτων, καὶ νίτρου βραχέως. ἕλκειν γὰρ δεῖ τὴν ὕλην, ὅπερ καὶ ἡ φύσις σπεύδει ποιεῖν.

Περὶ πυρίας.

Καὶ πυριᾶν δὲ τὰς χρονίας καὶ σκιῤῥώδεις οὐδὲν ἄτοπον, χαμαιμήλων, ἢ ἀλθαίας ἀποζεσθέντων θερμῷ ὕδατι, καὶ δάφνης εἰ προσπλέξεις, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἐπὶ ψυχρῶν χυμῶν καὶ δυσκινήτων ἐμπεπτωκότων εἰς τὸ βάθος, ἔτι μᾶλλον ὠφελήσεις.

Περὶ διαίτης.

Διαίτῃ δὲ κεχρήσθωσαν, πρῶτον ἁπάντων, ὑδαρεῖ μελικράτῳ δυναμένῳ ἅπαντα ποιῆσαι, καὶ λεπτῦναι, καὶ καθᾶραι, τὸ μέν τι δι' οὔρων, τὸ δὲ καὶ διὰ γαστρός. διδόναι δὲ αὐτὸ δεῖ καὶ οἷς ὁ θώραξ ἢ ὁ πνεύμων ὑπεδέξατο, καὶ στενοχωρεῖται τὰ περὶ τὸν θώρακα, καὶ τὸν πνεύμονα, καὶ κινδυνεύει φλεγμονὴν γενέσθαι, καὶ περιπνευμο-

ἐνδυμενίαν, καὶ κόπον τινὰ κυνάγχην ἄλλην, ἕως ὅπου αἱ φλεγμοναὶ μετριώτεραι γένωνται, καὶ ἀναπνεύσῃ τὰ περὶ τὸν θώρακα, μὴ παύσῃ παρέχων τὸ μελίκρατον. μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν, καὶ χυλὸν πτισάνης ἐπιδοτέον, ἔχοντα καὶ αὐτὸν πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ τὸ ῥύπτον, καὶ τέμνον, καὶ τρέφον, καὶ τὸ ζέον ἐμψύχειν δύνασθαι τῶν φλεγμονῶν. ἤδη δὲ λεπτυνθείσης τῆς φλεγμονῆς, καὶ μετριωτέρας γενομένης, ἀναγκαῖον ἔτι καὶ τὰς λεκύθους τῶν ὠῶν ἐπιδιδόναι ἁπαλωτάτας, καὶ μὴ πολλάς. ὑπὸ γὰρ τῆς πολλῆς τροφῆς, εὐθὺς στενοχωροῦνται, καὶ πνιγῆναι πάλιν κινδυνεύουσι. δεῖ οὖν τὴν φλεγμονὴν φεύγειν ὡς μέγα κακὸν ἐπὶ τούτων. οὐ τοσοῦτο γὰρ κινδυνεύουσιν ὑπὸ τῆς ἐλαχίστης τροφῆς, ὅσον ὑπὸ πλείονος. τοιαῦτα καὶ περὶ συνάγχης εἰρήσθω. οἶμαι δὲ μηδὲν παραλελεῖφθαι, ἄλλης ἕνεκα θεραπείας, εἰ δέ τι καὶ παραλέλειπται, καὶ τοῦτο ἐξευρεῖν δυνήσῃ, ἐκ τῶν καθόλου προειρημένων.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ.

nanche oritur. Donec inflammationes moderatiores fiant, & thorax respirauerit, mulsam exhibere non desines. A tertio die etiam cremor ptisanæ offerendus est, qui & ipse omnem facultatem obtinet: quippe abstergit, incidit, nutrit, & inflammationum feruorē refrigerare potest. At inflammatione iam extenuata, & moderatiore facta, necesse est etiam lutea ouorum mollissima, non autem multa exhibere. Nam copioso alimento statim angusta premuntur, et rursus strangulatu periclitantur. Quare inflammatio, ut magnum malum in his uitari debet: non enim tantum ex parcissimo cibo, quātum à copiosiore periclitantur. Talia etiam de angina dicta sint. Puto autem nihil omissum esse alterius curationis gratia: quòd si aliquid etiam prætermissum sit, hoc quoque inuenire poteris, ex his quæ uniuersim dicta sunt, inquirens.

FINIS LIBRI QVARTI.

ΚΕΦΑ-

CAPITA LIBRI V. & appendices.

Diaco-

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ πέμπτου βιβλίου.

Η διὰ

Ἡ διὰ κωδειῶν, ὡς ὁ θειότατος Γαληνὸς ἐσκεύασεν αὐτήν.	Diacodion, ut diuinissimus Galenus ipsum parauit.
Περὶ βηχὸς καὶ τῆς διὰ κωδειῶν.	De tussi & medicamento Diacodion.
Πῶς χρὴ διαιτᾷν τοὺς ὑπὸ λεπτῷ καὶ δριμεῖ ῥεύματι βήσσοντας.	Quo uictu nutriri debent, qui ex tenui & acri fluxione tussiunt.
Ὅσα τοῖς ὑπὸ παχυτέρων χυμῶν βήσσουσιν ἁρμόζει βοηθήματα.	Quæ medicamenta conueniant ijs, qui à crassioribus humoribus tussi laborant.
Ἁπλῶν βοηθημάτων ἔκθεσις.	Simplicium medicamentorũ expositio.
Σύνθετα βοηθήματα, βῆχα λεπτύνειν δυνάμενα.	Composita medicamenta ad tussim, extenuandi facultate prædita.
Ἀντίδοτος ἡ διὰ πρασίου, ποιοῦσα βηχικοῖς, φθισικοῖς, ἀγρυπνοῦσι, δυσπνοϊκοῖς, ἀνορεκτοῦσι. θαῤῥῶν δὲ πᾶσι χρῶ. ἔστι γὰρ διὰ πολλῆς πείρας.	Antidotum diaprasiu, tussientibus, phthisicis, purulẽtis, cibũ fastidientibus efficax: in omnibus cum fiducia utitor, est enim multo usu probatum.
Βηχικὸν τὸ διὰ ὀρόβων.	Bechicum, hoc est, ad tussim efficax, quod ab eruis, Diaorobon Græcis dicitur.
Ἄλλο σφόδρα δυνάμενον θερμαίνειν, ἐκ τοῦ Μάγνου.	Aliud, quod uehementer calefacit, ex commentarijs Magni.
Ὑποκάπνισμα βηχικὸν, τὸ διὰ τῆς κόπρου τοῦ λαγωοῦ.	Suffumigium ad tussim, quod ex stercore leporis paratur.
Ἄλλο βηχικὸν εὔχρηστον, εὐμετάδοτον, ποιοῦν πρὸς αἱμοπτοϊκοὺς καὶ δυσπνοϊκούς.	Aliud Bechicum utile ad participandum facile, & ad cruenta sputa, spirandiq; difficultatem efficax.
Ἄλλο ὑποκάπνισμα.	Aliud suffumigium.
Ἄλλο τῆς αὐτῆς δυνάμεως.	Aliud eiusdem facultatis.
Τροχίσκος ὑποκαπνιστὸς, ᾧ χρῶμαι πρὸς τὰς παλαιὰς καὶ τὰς ψυχρὰς διαθέσεις, διὰ χώνης.	Pastillus fumo excitando idoneus, quo utor ad ueteres frigidosq; affectus.
Βηχικὸν ἀντίδοτον, ποιοῦν πάνυ καλῶς πρὸς τὰς ψυχρὰς διαθέσεις.	Bechicum antidotũ, ad frigidos affectus saluberrimum.
Βηχικὸν πάνυ καλόν.	Bechicum ualde bonum.
Ἄλλο ποιοῦν καλῶς, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς χρονίους βῆχας.	Aliud benefaciens, præsertim ad tusses uetustas.

Ἄλλο Aliud

Aliud tußientibus, & ægrè spirantibus idoneum.
Aliud ualde egregium.
Granula bechica, hoc est tußi efficacia.
Ad tußim ueterem, & phthisim.
Emplastrum ad tußim efficax.
Aliud ualde bonum, confert etiam ægrè spirantibus.
Catapotia ad tußim.

ALEXANDRI TRALLIANI liber quintus, IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.

DE TVSSI. Cap. 1.




Tußis, quemadmodū spirandi quoq; difficultas, & ipsa accidens est, & diuersas causas efficientes habet. Nonnū*quam enim ex calida intēperie, nonnunquam uerò à frigida, aut sicca, aut humida sumit exordium.* Non *solùm autem ex nuda qualitate, sed etiam materia influente similiter constituitur, dum humor omnis, qui influit, aut calidam, aut frigidam, aut aliam quampiam qualitatem assumpserit.* At *scire hoc quoq; oportet, tusses nō causa tantū, sed etiam locis inuicem differre: ac alias sanè ipsarum primario affectu,*

Ἄλλο βηχικοῖς καὶ δυσπνοϊκοῖς.
Ἄλλο καλὸν πάνυ.
Βηχικὰ κοκκία.
Πρὸς βῆχα παλαιὰν καὶ φθίσιν.
Ἔμπλαστρος βηχικὴ καλή.
Ἄλλη καλὴ πάνυ, ποιεῖ καὶ δυσπνοϊκοῖς.
Καταπότια βηχικά.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ βιβλίον πέμπτον.

ΠΕΡΙ ΒΗΧΟΣ. κεφάλ. α.



Η βὴξ, ἐστὶ σύμπτωμα καὶ αὐτὴ, καθάπερ καὶ ἡ δύσπνοια. διαφόρους δὲ καὶ αὐτὴ ἔχει τὰς ποιούσας αἰτίας. ποτὲ μὲν γὰρ ἄρχεται ἀπὸ θερμῆς δυσκρασίας, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ ἀπὸ ψυχρᾶς, ἢ ξηρᾶς, ἢ ὑγρᾶς. οὐ μόνον δὲ κατὰ ποιότητα ψιλὴν, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ὕλην ἐπίρρυτον ὡσαύτως συνίσταται, παντὸς τοῦ ἐπιρρέοντος χυμοῦ ἢ θερμὴν, ἢ ψυχρὰν, ἢ ἄλλην τινὰ ποιότητα προσειληφότος. εἰδέναι δὲ δεῖ καὶ τοῦτο, ὡς οὐ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ βῆχες κατὰ τὴν αἰτίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς τόπους, καὶ ὅτι αἱ μὲν αὐτῶν κατὰ πρωτοπάθειαν, αἱ δὲ κατὰ συμπά-

συμπάθειαν συνίστανται. ἐπεὶ οὖν οὐ μίαν αἰτίαν ἡ βὴξ, ἀλλὰ ποικίλην κέκτηται, δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐλθεῖν μετὰ πάσης σπουδῆς ἤδη τὴν διάγνωσιν καὶ τὴν διάκρισιν τῆς ποιούσης αἰτίας. ὡμολόγηται γὰρ παρὰ πᾶσι τοῦτο, καὶ δῆλόν ἐστιν ὡς ἄνευ διαγνώσεως δύνανται θεραπεῦσαι καλῶς.

alias consortij lege prouenire. Quoniam igitur tußis non unã, sed multiplicem causam sortita est, conuenit etiam nos omni studio eniti, ut causam eius effectricẽ internoscamus discernamusq́; nam apud omnes hoc in confesso notumq́; est, citra internotionem non posse rectè curari.

Διάγνωσις τῆς διὰ θερμὴν δυσκρασίαν βηχός.

Ψιλῆς τοίνυν οὔσης τῆς θερμῆς δυσκρασίας, αἰσθάνονται μὲν ἴσως διά τινος ποιότητος τοιαύτης, οἷον δυσκρασίας θερμῆς, βήσσοντες, καὶ ἀναπνεῖν ἐπιθυμοῦσι ψυχρὸν ἀέρα, καὶ ὠφελοῦνται μᾶλλον ὑπὸ τῆς εἰσπνοῆς, ἤπερ ὑπὸ τῆς τοῦ ὕδατος πόσεως, καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθρὰ μᾶλλον ὁρᾶται, καὶ τὴν κεφαλήν. εἰ μὲν οὖν οὕτως εἴη μόνη ψιλὴ ποιότης, οὐδὲν ἀναπτύουσιν ἄξιον λόγου, ἢ οὐδὲ ὅλως. εἰ δὲ καὶ ἀναπτύουσιν, ἁλμυρὰν αὐτοῖς ἔχον ποιότητα τὸ πτυόμενον φαίνεται, ἢ καπνῶδες τῇ χροιᾷ, ἢ ὑπόχολον, καὶ τοῦτο σφόδρα ὀλίγον καὶ λεπτόν. οὕτω γάρ ἐστι τὴν διὰ θερμὴν δυσκρασίαν βῆχα ἀπὸ τῶν παρόντων σημείων διαγινώσκειν. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἀπὸ τῶν προηγησαμένων ἐξ ἐγκαύσεως ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ θερμῶν βαλανείων, καὶ διαίτης θερμῆς, καὶ ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ φροντίδος τοῦτο γενέσθαι.

περὶ

Signa tusſis ex calida intemperie concitatæ.

Cum igitur sola intemperies calida urget tußientes, etiam calorem meritò per eiusmodi quandam qualitatem, utpote intemperiem calidam sentiunt, & aerem frigidum respirare desiderant, iuuanturq́; magis aeris inspiratu, quàm aquæ potione, & facies rubicunda magis, & caput apparet. Quòd si igitur sola adeò nuda qualitas fuerit, nihil penè, aut nequaquam expuunt. Sin autem expuunt, sputum salsam habere qualitatem, aut fumosum colore, aut leuiter biliosum, idq́; modicum admodum, & tenue apparet. Sic enim licet tusſim ex calida intemperie natam ex præsentibus signis internoscere. Nihil uerò minus etiam ex his quæ præcesſerunt, hoc fieri potest, nempe insolatu magna parte, balneis calidis, uictu calefaciẽte, & uoluptatibus potius quàm sollicitudine.

Tusſis ex calida intẽperie signa.

De

De tussi ex frigida intemperie procreata.

Tussis ex frigida intẽperie signa.

Qui ob frigidam intemperiẽ, nempe frigidam in thorace qualitatem tussiunt, uultu & capite longè sunt calidiores: siticulosi uerò non sunt, neque salsum expuunt: à refrigerantibus offenduntur, calefacientibus iuuãtur: acidum magis quàm amarorem magna ex parte sentiunt: ac præcedit hos potius frigiditas, q̃ ardor solis, item intempestiuorum balneorum, potuum & ciborum frigidorum usus. Ita sanè tusses, quæ ex frigida causa, aut calida obueniunt, internoscuntur.

De tussi ex sicca aut humida intemperie orta.

Tussis ex sicca aut humida intemperie notæ.

Siccæ uerò humidæque intẽperies, effectiuis similiter qualitatibus internoscuntur. Differunt autem inuicem, eo quòd efficientes qualitates euidentissima signa habeant: materiales, obscuriora, nec opus est eadem iterum repetere. Porrò tusses quæ ex influxa materia superueniunt, ea re innotescunt, quòd copiosa expuantur, uel etiã manifestæ fiũt, quòd per defluxũ ex alijs materiem transmittẽtibus, originẽ sumant. unde uerò, et ex quib. particulis materiæ transmittantur, hic quoq; distinguendũ est: obseruandumq;, nũ ex capite id quod tussim mouet, an etiam ex alijs, &

Περὶ βηχὸς διὰ ψυχρὰν δυσκρασίαν γινομένης.

Ὅσοι δὲ βήσσουσι διὰ ψυχρὰν δυσκρασίαν ἐν τῷ θώρακι, διὰ ψυχρὰν ποιότητα, μᾶλλον ὠχρότεροί εἰσιν ἤτοι τὰ περὶ τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλήν. καὶ οὔτε διψώδεις εἰσὶν, οὔτε ἁλμυρὸν ἀναπτύουσι, καὶ βλάπτονται μὲν ὑπὸ τῶν ψυχόντων, ὀνίνανται δὲ ὑπὸ τῶν θερμαινόντων, καὶ ὀξέος μᾶλλον ἢ πικρίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ αἰσθάνονται. καὶ προηγεῖται μᾶλλον τούτοις ψύξις ἢ ἔγκαυσις, καὶ λουτρῶν ἀκαίρων καὶ πομάτων καὶ ἐδεσμάτων ψυχρῶν χρῆσις. οὕτω μὲν αἱ διὰ ψυχρὰν αἰτίαν ἢ θερμὴν διαγινώσκονται βῆχες.

Περὶ βηχὸς διὰ ξηρὰν ἢ ὑγρὰν δυσκρασίαν γινομένης.

Αἱ δὲ κατὰ ξηρότητα καὶ ὑγρότητα δυσκρασίαι, ταῖς δραστικαῖς ὡσαύτως διαγινώσκονται ποιότησι. διαφέρουσι δὲ τῷ μᾶλλον τὰς δραστικὰς ἔχειν ἐναργέστατα σημεῖα, τὰς δὲ ὑλικὰς ἀμυδρότερα. καὶ οὐ χρὴ ταῦτα πάλιν λέγειν. αἱ δὲ κατὰ ἐπίρρυτον ὕλην ἐπιγινόμεναι βῆχες, αὐτῷ τῷ ἀναπτύεσθαι πλῆθος εὔδηλαι, ἢ καὶ φανεραὶ τυγχάνουσιν, ὅτι κατὰ ῥευματισμὸν ἐξ ἑτέρων ἐπιπεμπόντων τὴν γένεσιν ἔχουσιν, ὅθεν δὲ καὶ ἐξ ὁποίων ἐπιπέμπονται μορίων. κἀνταῦθα διορίζεσθαι δεῖ, καὶ προσέχειν, εἴτε ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐπιρρεῖ τὸ κινοῦν τὴν βῆχα, εἴτε καὶ ἐξ ἑτέρων,

καὶ

καὶ ποῖα. καὶ γὰρ ὁ πνεύμων ἀδικεῖται πολλάκις· πρῶτος γάρ ἐστιν. εἶτα ὁ θώραξ, ἢ πλευρὸν, ἢ τὸ διάφραγμα, ἢ ἄλλο τι μόριον. εἴπωμεν οὖν καὶ τούτων τὰς κατὰ μέρος διαγνώσεις, ἅμα δὲ καὶ τὰς θεραπείας, ὡς πανταχόθεν ἀπαράλειπτον εἶναι τὸν περὶ τῆς βηχὸς λόγον, καὶ μᾶλλον εὑρίσκειν ἅπαν εὐχερῶς τὸν εἰς θεραπείαν ἐπειγόμενον ἰατρόν.

Διάγνωσις ὅτι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐπιῤῥεῖ.

Εἰ μὲν οὖν ἐκ τῆς κεφαλῆς εἴη τὸ ἐπιῤῥέον, ἀνάγκη κατὰ τὴν σταφυλὴν ἢ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ὀρεθισμόν τινα γίνεσθαι.

ΦΛΕΓΜΟΝΗΣ ΕΝ τῷ πνεύμονι σημείωσις. κεφ. β.

Δύσπνοιαι δὲ καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἐπιφερόμενος, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ γλῶσσα τραχεῖα, καὶ μῆλα ἐρυθρὰ, καὶ βάρους συναίσθησις, καὶ πρὸς τούτοις, εἰ καὶ μηδὲν ἄξιον ἀναπτύεται δυσπνοούντων αὐτῶν, φλεγμονὴν δὲ ἀνάγκης ἐκ πάντων τούτων ὑπονοεῖν ἡμᾶς περὶ τὸν πνεύμονα γεγενῆσθαι προσήκει. εἰ δὲ καὶ δίψα σφοδρὰ συνέχοιτο, πρὸς τοῖς σημείοις τούτοις, καὶ θέρμης αἴσθησις αὐτῷ γένοιτο πολλὴ περὶ τὸν θώρακα, ὥστε ψυχρὸν ἐθέλειν μὲν ἀέρα ἀναπνεῖν, ἔτι καὶ μᾶλλον ὑπονοεῖν δεῖ ζέουσαν εἶναι τὴν φλεγμονὴν περὶ τὸν πνεύμονα.

εἰ δὲ

& quale influat. Nam pulmo subinde offenditur, ut qui primus sit, deinde thorax, aut latus, aut septum transuersum, aut alia quæpiam particula. Dicamus igitur, quomodo hæc quoque particulatim internoscantur, simul autem & curētur, ut sermo de tußi omni ex parte perficiatur, nihil'que omittatur: & medicus, qui ad curationem urgetur, omnia facilius inueniat.

Nota, quòd ex capite materia influit.

Si igitur ex capite defluxio fuerit, irritationē quandam in uua, uel aspera arteria concitari necesse est. Fluxiõis ex capite nota.

INDICIA INFLAMmationis in pulmone. Cap. 2.

Spirandi difficultas, et febris acuta superueniens, interdum etiã lingua scabra, genæ rubræ, grauitatis sensus. præterea si etiã nihil penē expuatur, & ægri difficulter spirēt, inflammationem necessariò in pulmone subortã esse ex his omnib. indicijs suspicari cõuenit. Sin aũt sitis quoque uehemēs præter hæc signa pariter affligat, ægerq; calorē multũ in thorace percipiat, ut frigidũ inspirare aerem desideret, adhuc magis feruidã in pulmone esse inflammationem existimabimus: Inflãmatio pulmonis.

quòd si biliosum expuatur, nō autem grauitas adeò, aut angustia, sed calor potius sentiatur, erysipelas in pulmone esse, manifestò cognoscitur. Pus sanè deprehenditur, & ex ipso solo colore, & ex alijs indicijs, unde nos illud internoscere didicimus: ab odore, si concremetur: & quòd dissoluitur, si in aquam mittatur: item quòd nō subsidit, quemadmodum pituita, crudusq; humor. Si igitur in thorace continetur, cum ex alijs quidem multis deprehēditur, tum uerò etiam quòd grauitas in pectore percipiatur, & quòd ipsum, cum in subitis conuersionibus circumfluit, strepitum elidere frequenter audimus. Hæc igitur ad ostendendum pus in thorace contineri, abundè sufficiūt. At si ad prædicta pleuritis quidem præcesserit, nihil autem notatu dignum sputo educatur, idque uiolenter fiat, pus in thorace comprehendi omnibus est manifestum.

Erysipelas pulmonis.

εἰ δὲ χολῶδες ἀναπτύοιτο, μὴ πάνυ δὲ βάρους ἢ στενοχωρίας συναίσθησις γίνοιτο, ἀλλὰ μᾶλλον θέρμης, ἐρυσίπελας εἶναι σαφῶς ἐν τῷ πνεύμονι γίνωσκε. δῆλον μὲν ἐστι τὸ πῦον καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς χροιᾶς μόνης, καὶ ἐξ ἄλλων δὲ σημείων, ἐξ ὧν ἐμάθομεν τὸ πῦον διαγινώσκειν, καὶ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς τῆς ἀποκαύσεως γινομένης, καὶ τοῦ διαλύεσθαι βαλλόμενον ἐν ὕδατι, καὶ μὴ ὑφιζάνειν, ὥσπερ τὸ φλέγμα καὶ ὁ ὠμὸς χυμός. εἰ μὲν οὖν περὶ τὸν θώρακα, δῆλον ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, ἔτι δὲ καὶ ἐκ τοῦ βάρους συναίσθησιν γίνεσθαι περὶ τὸ τῶν στέρνων μέρος, καὶ περιῤῥέοντος αὐτοῦ ἐν ταῖς ἀθρόαις μεταστροφαῖς, ψοφοῦντος ἀκούειν πολλάκις. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ παραστῆσαι, τὸ περιέχεσθαι ἐν τῷ θώρακι πῦον. εἰ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις προηγήσατο μὲν πλευρῖτις, μηδὲν δὲ ἀξιόλογον ἀνεπτύσθη, τὸ δὲ πτυόμενον βιαίως γινόμενον, δῆλον ὅτι ὁμολογούμενον πῦόν ἐστι τὸ περιεχόμενον ἐν τῷ θώρακι.

DE TVBERCVLO quod phyma dicitur, in pulmone contracto. Caput 3.

Phyma pulmōis.

Si phyma in pulmone neglectū fuerit, accedet sanè omnino angustia, & spirandi difficultas, nunc quidem subitò, nunc autem paulatim augescit, ita ut æger ipse consueta obire poßit. Adhæc

ΠΕΡΙ ΦΥΜΑΤΟΣ ΕΝ τῷ πνεύμονι συστάντος. κεφάλ. γ.

Εἴπερ εἴη φῦμα μελετηθὲν ἐν τῷ πνεύμονι, ἔσται μὲν πάντως στενοχωρία καὶ δύσπνοια, ποτὲ μὲν ἀθρόως συμβαίνουσα, ποτὲ δὲ τὰ συνήθη πράττοντος αὐτοῦ δυναμένου, κατὰ μικρὸν αὐξανομένη. καὶ ὅτι

καὶ ὅτι ἀναπτύσσειν οὐδὲν, οὐδὲ ψόφον τινὰ, οὐδὲ κέρχνον ὑπομένουσιν. ὅτι γὰρ συμβῆναι δυνήσεται, ἔτι ἀπέπτου καὶ μηδέπω ἀποβεβλημένου τοῦ φλέγματος.

ΓΛΙΣΧΡΩΝ ΧΥΜΩΝ περιεχομένων ἐν τῷ πνεύμονι σημεῖα. κεφάλ. δ.

Ὁπηνίκα δὲ ἀθρόως ὁ κάμνων αἴσθηται στενοχωρίας ἐκτὸς ὀχλήσεως πυρετοῦ, καὶ δίψης πολλῆς, ἔχει δέ τινα κέρχνον μετὰ βηχὸς, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀναγωγὴν ὑγροῦ, δῆλον ὡς παχὺ καὶ γλίσχρον ἐστὶ τὸ περιεχόμενον ἐν τῷ πνεύμονι, καὶ συῤῥεῦσαν ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐξ ἄλλου τινὸς μορίου. ἔσται δέ σοι φανερὸν ἡ διάγνωσις καὶ ἐκ τοῦ περὶ τὴν σταφυλὴν ἐρεθισμὸν καὶ γαργαρισμὸν προηγήσασθαί τινα, τὴν κεφαλὴν αἰτίαν εἶναι τῆς ἐπιῤῥεούσης ὕλης τῷ θώρακι, ταῦτα ἀρκεῖ πρὸς τὸ διαγινώσκειν τὰς διαφόρους ἰδέας τῆς βηχὸς, καὶ ὅσα κατὰ θώρακα ἢ πνεύμονα πάθη συνίσταται. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα περὶ ὧν ὕστερον λεχθήσεται, ἔνθα καὶ περὶ ἑλκώσεως, καὶ ῥήξεως, καὶ διαβρώσεως ἀναγκαζόμεθα γράφειν. ὃ δὲ ἐγὼ ἐθεασάμην, ἀναγκαῖον ἐνόμισα μὴ σιωπῆσαι, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἐκθέσθαι. ἔδοξε γὰρ ἐμοὶ ξένον εἶναι καὶ θαυμαστόν. ἐπτύσατο ἀνὴρ λίθον τὴν ἰδέαν ἀκριβῶς, οὐχὶ παχὺν χυμὸν καὶ γλίσχρον, ἀλλ' ὄντως λίθον, οὐ τραχὺν, ἀλλὰ καὶ πάνυ λεῖον, καὶ σκληρὸν, καὶ ἀντίτυπον,

ἤτι

Adhæc nihil is expuit, neq; strepitum aliquem, aut stridorem sustinet: ut quæ euenire nequeant, dum pituita adhuc incocta sit, et nondum reÿciatur.

INDICIA, CVM VIscosi humores in pulmone continentur. Cap. 4.

CVm uerò æger angustiã subitò citra molestiã febris, sitimq; multã percipit, stridorem aũt quendam cum tussi experitur, interdum etiã humoris eductionem, crassum uiscosumq; in pulmone humorẽ contineri, & ex capite, aut alia quadã particula eò cõfluxisse liquet. Caput uerò materiæ thoraci influentis causam existere, inde manifestò internosces, q irritatio quædã & gargarismus circa uuam præcesserit. Hæc ad internoscendũ diuersas tussis species, & affectuũ, qui in thorace, aut pulmone constituuntur, sufficiunt. Sunt autem & alÿ, de quibus postea agetur, ubi etiã de exulceratione, ruptura & erosione scribere cogemur. At quod ego spectaui, nõ prætereundũ silẽtio esse, sed uobis quoq; exponendum duxi: nam uisum mihi est peregrinũ, & admirabile. Vir quidam calculum exquisitè figuratum expuit, non crassum humorem, & uiscosum, sed reuera calculum: nõ asperum, sed etiam ualde leuem, durũ & renitentẽ,

Viscosi humores in pulmone.

Historia de uiro q calculos expuit.

ut in

ut in terram quoq; proiectus, sonum ederet. Hic uir longo tempore tußi uexatus, nō potuit, ne ualde tußiret, liberari, quousq; calculum expuisset. Vtebar autē uictu temperato, humectante, & potius refrigerante mediocriter: erat enim & curis deditus, & habitu tenuis, ut hoc etiā tabidis ipse responderet. Et nisi his usus fuissem, puto illum similiter ijs qui tabe laborarūt, interiturum fuisse.

Galenus notatur.

Meminit etiā cuiusdam diuinißimus Galenus, qui non calculum, sed grandinibus similia expuerat: item aliorum quorundam, qui similia bili colore sputa reiecerāt. Ac miror quomodo ipse nullo refrigerātium uti uoluerit, sed haec quidem uitarit, calidam autē potius curādi rationem adhibuerit. Nam & Mithridatium ipsis offerebam, inquit, pariter & Athanasiā, & quae adhuc magis siccare potest, theriacam, omniaq; alia antidota ad suspiriosos inscripta, quae acribus quibusdam & extenuantibus medicamētis constant. Atq; ea se non solum in uno uiro, sed etiā compluribus uidisse dicit. Nullus autem eorum quibus eiusmodi acciderunt, mortem effugere potuit, sed omnes cum paulo longiore tempore, aut breuiore perdurassent, interierunt. At re ipsa uerum est hoc quod ille de Archigene prodidit. difficile

ὥστε καὶ κτύπον ποιεῖν ῥιπτόμενον τῇ γῇ. οὗτος ὁ ἀνὴρ πολὺν χρόνον ὀχληθεὶς ὑπὸ τῆς βηχὸς, οὐκ ἠδυνήθη τοῦ βήσσειν ἰσχυρῶς ἀπαλλαγῆναι, ἕως ὅτου τὸν λίθον ἀνέπτυσεν. ἐχρώμην δὲ καὶ διαίτῃ εὐκράτῳ καὶ ὑγραινούσῃ, καὶ μᾶλλον ψυχούσῃ μετρίως. ἦν γὰρ καὶ φροντιστικὸς, καὶ λεπτὸς τὴν ἕξιν, ὥστε καὶ ἐοικέναι αὐτὸν τοῖς φθινώδεσι. καὶ εἰ μὴ τούτοις ἐχρησάμην, οἶμαι ὅτι ἂν ἀπώλετο παραπλησίως τοῖς φθόην νοσήσασι. μέμνηται δὲ καὶ ὁ θειότατος γαληνὸς, οὐ λίθον ἀναπτύσαντός τινος, ἀλλὰ χαλαζίοις παραπλήσια, ἢ ἄλλων τινῶν ἀναπτυσάντων ἐοικότα χολῇ τὴν χροιάν. καὶ θαυμάζω πῶς αὐτὸς οὐδενὶ τῶν ἐμψυχόντων ἠδυνήθη χρήσασθαι, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔφυγεν. ἐχρήσατο δὲ μᾶλλον τῇ θερμαινούσῃ ἀγωγῇ. τήν τε γὰρ μιθριδάτειον αὐτοῖς παρεῖχον ὡσαύτως, φησὶ, καὶ τὴν ἀθανασίαν, καὶ τὴν ἔτι μᾶλλον ξηραίνειν δυναμένην θηριακὴν, καὶ πάσας τὰς ἄλλας ἀντιδότους τὰς πρὸς τοὺς ἀσθματικοὺς ἀναγεγραμμένας, διὰ δριμέων τινῶν καὶ λεπτυνόντων συγκειμένας φαρμάκων. οὐ μόνον ἐπὶ ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλειόνων ἑωρακέναι αὐτά φησιν. οὐδεὶς δὲ ἠδυνήθη τῶν τὰ τοιαῦτα πασχόντων ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον, ἀλλὰ πάντας ἀπολέσθαι, ὀλίγῳ πλείονα χρόνον ἢ ἐλάττονα διαρκέσαι δυνηθέντας. ἀλλ᾽ ὄντως ἀληθές ἐστιν ἐκεῖνο τὸ λεχθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ περὶ ἀρχιγένους. χαλεπὸν

λεπὸν γὰρ ἄνθρωπον ὄντα μὴ καὶ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ καὶ ἀμελέστερον γράψαντα. καὶ ταῦτα δὲ λέγειν οὐκ ἂν ἐτόλμησα περὶ τηλικούτου ἀνδρὸς εἰς σοφίαν, εἰ μὴ τό, τι ἀληθὲς αὐτὸ θαῤῥῆσαί με προετρέψατο, καὶ τὸ σιωπῆσαι πάλιν ἀσεβὲς νομίσαντα. καταλαμβάνων γὰρ ἰατρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ, καὶ μὴ λέγων, ἀδικεῖ τὰ μεγάλα, καὶ ἀσεβεῖ, καὶ μεγάλῳ πταίσματι περιβάλλων ἑαυτὸν ἑκὼν λανθάνει. ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖ πράττειν, ὅπερ, φησὶν, ἀριστοτέλης εἴρηκε, φίλος μὲν ὁ πλάτων, φίλη δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια. δυοῖν δὲ προκειμένων, προκριτέον τὴν ἀλήθειαν. πρὸς δὲ τὸ εὐχερῶς ἀνευρίσκειν τὰς κατὰ μέρος ὕλας τῶν βηχικῶν βοηθημάτων, καὶ ἁρμόζειν δύνασθαι πρὸς τὴν ὑπὸ τῆς διαγνώσεως ὑπαγορευομένην διάθεσιν, ἀκόλουθον ἐνόμισα, μετὰ τὰς διαγνώσεις, καὶ τὴν καθόλου ἀγωγὴν, καὶ τὰς διαφορὰς, ὑμῖν ἐκθέσθαι τῶν βοηθημάτων καὶ μετὰ τῆς ἀκριβοῦς αὐτῶν συσταθμίας, ὥς τε μὴ παρ' ἑτέρου δεῖσθαι μανθάνειν, ἀλλ' ἐντεῦθεν ἀναλέγεσθαι τὸ ζητούμενον.

Βηχικὰ οἷς δεῖ κεχρῆσθαι.

Ἐφ' ὧν λεπτὸν ἐστὶ καὶ δριμὺ τὸ ἐπιῤῥέον, καὶ ὁ θώραξ οὐκ ἔστιν ἔχων περιττώματος πλῆθος, στύρακι καὶ σμύρναν, μέλιτι ἀπηφρισμένῳ, καὶ

Terræ Samiæ drachmæ quatuordecim: tragacanthæ drachmæ quatuordecim: amyli totidem: gummi drach. duodecim: opij drachma. Ex succo plantaginis, aut polygonij exhibetur, si febris urget: sin autem febris abest, ex posca. Datur hic pastillus non solum ad sanguinis reiectionem, sed etiam in quibus dolor uehemens thoracem affligit, & aluus citatior est: item ad alia etiā multa bene facit.

Alius pastillus ad sanguinis reiectionem.

Terræ Lemniæ, quæ sphragis, hoc est, sigillum dicitur, thuris, amyli, terræ quæ Aster uocatur, corallij, gūmi, aluminis scissilis, singulorum drach. 4. symphyti, acaciæ rufæ, singulorū drach. 3. Succo porri excipito, fingens pastillos, qui scrupula tria singuli pendeant, datoq; ægris, respiciens non modò affectū, sed etiā ad uires. Dissoluito aūt pastillum, aut ex posca, aut symphyti rubi úe decocto.

Hoc medicamentum est ad sanguinem reprimẽdum, admodum usu probatum, ipsoq́; cum fiducia ad implicatos affectus uti conuenit.

Aliud ualde bonum.

Gummi, acaciæ, singulæ unciæ: aluminis unciæ quatuor: decocto cotoneorum excipito, fingitoq́; catapotia, & sub lingua tenenda dato. Hoc potißimũ confert ad eos qui sanguinem ex faucibus & aspera arteria reijciunt. Sin autem hoc læuigatum ijs etiam qui ex thorace & pulmone sanguinem reijciunt, exhibeas, nihil minus auxilij cõferre ipsis potest.

Cum sanguis exeso uase reijcitur.

//. Quòd si reiectionem sanguinis uase exeso fieri, ex quibuscunque tandem partibus, uel pulmone, uel thorace, uel faucibus contingat, non amplius medicamentis aut cibis astringentibus admodum, aut acidis, sed potius ijs qui contemperare, mutare, & alterare humoris, qui erosionem excitarit, acrimoniam possunt. Vitanda autẽ est sanguinis mißio: nam magna ex parte corpus eorum qui sic ex erosione sanguinẽ reddunt, gracile, persiccũ, & habitum eius assamentorũ similem, huicq́; uitio, necnon phtisico affectui opportunum deprehendes.

De

αἱμοστατικὸν πάνυ διὰ πείρας ὄν, καὶ δεῖ θαῤῥοῦντας κεχρῆσθαι αὐτῷ πρὸς τὰς ἐπιπεπλεγμένας διαθέσεις.

Ἄλλο πάνυ καλόν.

Κόμμεως, ἀκακίας, ἀνὰ οὐγγ. α. στυπτηρίας οὐγγ. δ. ἀποζέματι κυδωνίων ἀναλάμβανε. ποίει καταπότια, καὶ δίδου κρατεῖν ὑπὸ τὴν γλῶτταν. τοῦτο μάλιστα ποιεῖ πρὸς τοὺς ἐκ φάρυγγος καὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀνάγοντας. εἰ δὲ δοίης τοῦτο λειωθὲν, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ θώρακος καὶ πνεύμονος, οὐδὲν ἧττον ὠφελεῖν δύναται.

Περὶ τῆς κατὰ διάβρωσιν ἀναγωγῆς.

Εἰ δὲ συμβῇ κατὰ διάβρωσιν γίνεσθαι τὴν τοῦ αἵματος ἀναγωγὴν ἀφ' οἵων δή ποτε μορίων, ἢ τῶν περὶ τὸν πνεύμονα, ἢ τὸν θώρακα, ἢ τὸν φάρυγγα, οὐκέτι δεῖ τοῖς στύφουσι πάνυ ἢ ὀξώδεσι φαρμάκοις ἢ ἐδέσμασιν ἰᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἐπικιρνᾶν καὶ μεταβάλλειν, καὶ ἀλλοιοῦν τὸ δριμὺ δυναμένοις τοῦ τὴν διάβρωσιν ἐργασαμένου χυμοῦ. φεύγειν δὲ δεῖ τὴν φλεβοτομίαν. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γὰρ εὑρήσεις τῶν οὕτω κατὰ διάβρωσιν ἀναδιδόντων τὸ σῶμα λεπτὸν καὶ κατάξηρον, καὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος σανιδώδη καὶ ἐπιτηδείαν εἶναι τῷ πάθει τούτῳ, καὶ εἰς φθισικὴν μεταπεσεῖν διάθεσιν.

Περὶ

Περὶ τροφῆς.

Τρέφειν δὲ δεῖ τούτους μᾶλλον τῇ πτισάνῃ, ὥστε καὶ τοὺς κόκκους ἔχειν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἄλικα μηδὲν ἔχοντα ἢ ἁλμυρὸν, ἢ ὀξῶδες, ἀλλὰ μηδεμιᾶς ἄλλης λεπτομεροῦς ποιότητος, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐχέτω ὅσα ἐμπλαστικώτερον αὐτὸν ποιεῖν δύναται, οἷον, ἀμύλου σιτίνου, ἢ μαλάχης. εἰ δὲ μὴ πυρέττοιεν, καὶ γάλακτος, καὶ τραγακάνθης. καὶ τῶν λαχάνων ἐσθιέτωσαν ὅσα ἐμψύχειν καὶ ὑγραίνειν πέφυκεν, οἷον, τὸ ἴντυβον, τὸ τρώξιμον, τὴν θριδακίνην, καὶ τὴν μαλάχην. μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἐπὶ τῶν ἐχόντων ἀσθενῆ τὴν δύναμιν, καὶ τῶν ὀρνέων προσφέρειν ἐκτὸς ἁλῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατοικιδίων τὰ στήθη. σπάνιον γὰρ μὴ καὶ θερμασίαν ἐπιγενέσθαι τοῖς κατὰ διάβρωσιν ἀναπτύουσιν αἷμα, καὶ μάλιστα τοῖς διὰ λύπην, ἢ φροντίδας τινὰς, ἢ ἀσιτίαν, καὶ κόπον πλείονα, ἢ ἀγρυπνίαν, ἢ κατάῤῥουν, ἀπὸ λεπτοῦ καὶ δριμέως τὴν ἀρχὴν ἐσχηκόσι τοῦ ῥεύματος. εἰ γὰρ εἴη τι τούτων προηγησάμενον, οὐ μόνον ὀρνίθων, ἀλλὰ καὶ βόλβιον καὶ στόρνιον τούτοις ἐπιτήδειον, καὶ οἱ σκληρόσαρκοι ἰχθύες καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ἰσικός. ὁμοίως καὶ οἱ ἀστακοὶ δὶς ἑψηθέντες ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ ὕδατι, καὶ χοίρειοι πόδες ἑψηθέντες, καὶ πάντα ἁπλῶς παχύνειν καὶ ἀμβλύνειν τὸ δριμὺ δυνάμενα τοῦ ἐπιῤῥέοντος εἰς τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα χυμοῦ.

διὰ

De cibo.

Hos ptisana potius alere conuenit, quæ grana quoque habeat: similiter etiam halyca, cui nihil adsit, aut salsum, aut acidum, imò nulla alia tenuis qualitas, sed è cõtrario, quæ magis implentem obturantemq; ipsam reddere queant, ut amylum frumentaceum, aut maluam. Quòd si ægri non febricitent, & lac, & tragacantha dabitur. Ex olerib. edant, quæ refrigerare & humectare solẽt, ut intybum, troxymum, lactucã, et maluam. A' septimo die ijs qui infirmas habent uires, etiam ex gallinis, præsertim cohortalibus, pectora citra salem offerre expedit. Rarum siquidem est, non etiã calorem ijs oboriri, qui sanguinẽ uase exeso expuent, præcipuè qui fluxionis originẽ ex tristitia, aut curis quibusdã, aut inedia, & labore ampliore, aut uigilijs, aut distillatione tenui et acri habuerũt. Si enim horum aliquod præcesserit, non modò gallinæ, sed etiam uuluula & pectusculum bis conueniunt: item pisces dura carne præditi, & isicium ex ipsis paratum: similiter astaci quoq; bis in alia atque alia aqua cocti: item pedes suilli cocti: & omnia summatim, quæ humoris thoraci, & pulmoni influentis acrimoniã obtundere, et crassiorẽ efficere possunt.

Quapropter his etiã pomacei fructus humectare potentes, dandi sunt, ut peponum caro, uua pensilis, mala nõ astringentia. A cucumeribus autem omnino abstineant.

Quid agendum sit in ijs, qui sanguinem ob acris humoris destillationem expuunt.

Sanguis ex acri catharro profluẽs.

Prospiciendum etiam capiti est, præsertim ubi acris influxus sanguinis reiectionem pepererit. Fieri enim nequit, ut tussis desinat, aut affectæ particulæ nõ exedantur, nisi acris tenuisq; ex capite influxus cessauerit: id quod probè fiet, si quæ refrigerare & humectare possunt, capiti admouerimus. Ita nanque calor ipsius desinit, ut etiam acria recrementa in subiectas partes defluere nequeant. Cum enim ipsum adeò frigidam intemperiẽ obtineat, tam acre & calidum influere, & respirationis uas, aut particulam aliquam exulcerare nequit. Injciatur itaque his in caput rosaceum, & per se, & cum frigida aqua modica, quò in altum penetret. finiet autem calorem, qui ex inferioribus materiem elicit, attrahit, & gurgulioni, thoraci, & pulmoni transmittit. Ad balneum ægri ducendi sunt, cum hoc agendum est, rosaceumq;, uel oxyrrhodinum frigidũ superfundendum, &

διὰ τοῦτο οὖν τούτοις καὶ ὀπώρας δοτέον τὰς ἐμψύχειν καὶ ὑγραίνειν δυναμένας, οἷον, πεπόνων τὴν σάρκα, καὶ σταφυλῆς τῆς κρεμαστῆς, καὶ μήλων τῶν ἀστύφων. τῶν δὲ σικύων παντελῶς ἀπεχέσθωσαν.

Τί δεῖ ποιεῖν ἐπὶ τῶν διὰ καθαρὸν δριμέος χυμοῦ αἷμα ἀναπτυσάντων.

Προνοητέον δὲ καὶ τῆς κεφαλῆς, μάλιστα ἐφ' ὧν τὸ ἐπιῤῥέον δριμὺ αἴτιον γίνεται τῆς τοῦ αἵματος ἀναγωγῆς. ἀμήχανον γὰρ τὴν βῆχα παύσασθαι, ἢ τοῦ μὴ διαβιβρώσκεσθαι τὰ πεπονθότα μόρια, εἰ μή γε τὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐπιῤῥέον δριμὺ καὶ λεπτὸν παύσεται. γενήσεται δὲ τοῦτο καλῶς, ἐὰν τῇ κεφαλῇ τὰ ψύχειν καὶ ὑγραίνειν δυνάμενα προσφέρωμεν. οὕτω γὰρ παύεται τὸ θερμὸν αὐτῆς ὥστε μὴ δύνασθαι καὶ τὰ δριμέα περιττώματα, ῥευματίζειν τὰ ὑποκείμενα. οὕτω γὰρ αὐτῆς ἐχούσης ψυχρὰν δυσκρασίαν, ἀδύνατον οὕτω δριμὺ καὶ θερμὸν ἐπιῤῥεῦσαι, καὶ ἑλκῶσαί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ἀγγείων ἢ μορίων. ἐπιβαλλέσθω τοίνυν τούτοις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τό, τε ῥόδινον καθ' ἑαυτό, καὶ μετὰ ψυχροῦ ὕδατος ὀλίγου, πρὸς τὸ διαδῦναι τὸ ῥόδινον εἰς τὸ βάθος. παύσεται δὲ τὴν θερμασίαν τὴν ἑλκουσαν ἐκ τῶν κάτωθεν, καὶ ἐπισπωμένην καὶ ἐπιπέμπουσαν τῷ γαργαρεῶνι, καὶ τῷ θώρακι, καὶ πνεύμονι. χρὴ δὲ καὶ ἐπὶ λουτρὸν ἄγειν αὐτούς, ὅτε δεῖ τοῦτο πράττειν,

ἐπιχέειν

ἐπιχέειν τε καὶ τοῦ ῥοδίνου ἢ ξυροδίνου ψυχρόν. καὶ ἐν τῇ δεξαμενῇ δὲ, κἂν μάλιστα τύχῃ αὐτὴν εἶναι θερμοτέραν, ψυχρὸν ὕδωρ πρὸς λόγον τῆς κρατούσης δυσκρασίας ἐπιβάλλειν τῇ κεφαλῇ συμμέτρως. ἀλλὰ τοῦτό γε δεῖ πράττειν ἐφ' ὧν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐπινοήσομεν τὸ αἷμα καταφέρεσθαι, καὶ ἐφ' ὧν διὰ δριμὺν χυμὸν ἀναβιβρώσκοντα γίνεται ἐκ τῶν οὔλων ἡ τοῦ αἵματος ἔκπτυσις. δεῖ δὲ τούτους αὐτοὺς ἐπιτρέπειν διακρατεῖν ῥόδινον, ἢ σχίνινον, ἢ ὀξύκρατον, καὶ τοῖς διακλύσμασι κεχρῆσθαι τοῖς ἀπὸ τοῦ ὑοσκυάμου, ῥίζης τε στρύχνου, ἢ ἀειζώου ἢ ῥόδων, ἢ ὑδροροσάτου, καὶ τοῖς ὁμοίοις τούτων. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτως οἶμαι ἰᾶσθαι σπουδάζειν τοὺς ἐσχηκότας κατάρρουν ἐπὶ θερμῇ δυσκρασίᾳ, καὶ ἀναπτύσαντας αἷμα, διὰ τὸ εἶναι δριμὺ καὶ ἀναβρωτικὸν τὸ ἐκ τοῦ θώρακος ὑγρόν. θαυμάζω δὲ πῶς ὁ θειότατος γαληνὸς οὐδενὶ τῶν ὑγραίνειν καὶ ψύχειν δυναμένων ἐχρήσατο, ἀλλὰ τοὐναντίον εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, τοῖς ξηραίνειν τε καὶ θερμαίνειν δυναμένοις. καίτοιγε τὴν αἰτίαν τὴν κατὰ διάβρωσιν ἀναγωγῆς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος. εἰ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, ἆρά γε οὐκ ἦν κάλλιον, πρὸς τὴν ποιοῦσαν αἰτίαν ἐνστῆναι; καὶ μᾶλλον τοῖς ὑγραίνειν τε καὶ ψύχειν δυναμένοις εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς χρήσασθαι; εἶτα οὕτως, εἰ καὶ πλῆθος ὑπονοήσει κακοχυμίας εἶναι, κενῶσαι διὰ τῶν τὰ δριμέα καὶ χολώδη περιττώματα καθαίρειν δυναμένων,

καὶ

& in solio, etiamsi maximè calidum esse contigerit, frigida aqua pro ratione intemperiei superantis, capiti superinijcere moderatè oportet. Verùm hoc agere conuenit, in quibus sanguinem è capite deferri considerauerimus: item in quibus sanguinis sputum ex gingiuis ob humorem acrem exedentem accidit. Hi ipsi admonendi sunt, ut in ore contineant rosaceum, aut lentiscinum, aut poscam: item collutionibus utantur ex alterco, & radice solani, aut semperuiuo, aut rosis, aut hydrorosato, & horum similibus. Ego itaque in hunc modum curandos esse censeo, qui destillatione ob calidam intemperiem laborant, & sanguinem expuunt: quòd humor qui è thorace fertur, acris sit, & erodens. Miror autem quomodo diuinissimus Galenus nullo humectante & refrigerante medicamento usus sit, sed contrà statim ab initio siccantibus, & calefacientibus: etsi causam reiectionis, quæ ob erosionem fit, accuratè nouerit. Si igitur hæc ita habent, an non etiam præstaret efficiēti causæ resistere, & potius humectantibus refrigerantibusque statim inter initia uti? deinde ita, si copiam quoque uitiosi humoris esse suspicetur, uacuare per ea quæ acribus & biliosis recrementis purgandis sunt idonea,

&

& caput intemperatum, nõ adhuc intemperatius reddere, & ea quæ in thorace sunt, acriora efficere, tũ theriaca, tũ thapsia, tum columbarũ stercore, et balneis siccis usum, ut neq; capiti uel paucissimũ oleũ, neq; corpori iniici permittat? Hæc enim omnia acrem qualitatẽ adaugẽt, & erosionẽ magis intendunt quàm curent. Nam quæ contemperare & lenire possunt, immoderationemq; rodendi, & exedendi particulas prohibere, etiam tussim mitigare poterunt, atq; omne temperatum conseruare. Quid autem corpori, quàm hoc, est præstantius? ubi namque temperatum totum euaserit, & acrimoniam influxus abiecerit, etiam iis quæ celerrimè erosionem lenire possunt, modicè siccantibus, & ad cicatricem ducentibus uti licet. Ego sanè noui frequenter me sine Theriaca aliisque preciosis antidotis multos curasse, lenibus usum medicamẽtis, & præsertim lapide hæmatite. Vsus autem eo sum in his, qui largius sanguinem reiiciebant, cum succo mali punici, & granis, uel cum succo polygonii. in quibus autem sanguis non copiose euacuabatur, etiam ex aqua sola tepida. At læuigare ipsum curiose oportet, ut in tenuissimum puluerẽ redigatur, sitq; aereus, et uento persimilis. Dedi ex eo scrupula quatuor, & paulò amplius minus'ue.

καὶ μὴ δύσκρατον ἔτι καὶ δυσκρατώτερον ἀποτελέσαι τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰ περὶ τὸν θώρακα, δριμύτερα, τῇ τε θηριακῇ, καὶ τῇ θαψίᾳ, καὶ τῇ τῶν περιστερῶν κεχρημένον τῇ κόπρῳ, καὶ ξηροῖς λουτροῖς, ὡς μήτε τὸ βραχύτατον ἔλαιον συγχωρεῖν ἐπιβάλλεσθαι ἐν τῇ κεφαλῇ, μήτε μὴν ἐν τῷ σώματι; πάντα γὰρ ταῦτα τὴν δριμεῖαν ἐπαύξει ποιότητα, καὶ ἐπιτείνουσι μᾶλλον τὴν διάβρωσιν, ἢ θεραπεύουσι. τά τε γὰρ ἐπικιρνᾶν καὶ πραΰνειν δυνάμενα, καὶ τὸ ἄπειρον κωλῦσαι τοῦ δάκνειν καὶ διαβιβρώσκειν τὰ μόρια, καὶ τὴν βῆχα πραΰνειν δυνήσεται, καὶ τὸ πᾶν εὔκρατον διαφυλάξαι. σώματι δὲ τί τούτου κάλλιον; εὐκράτου γὰρ γενομένου τοῦ ὅλου, καὶ τοῦ ἐπιῤῥέοντος ἀποβαλόντος τὸ δριμὺ, καὶ τοῖς τάχιστα φθάσασι συμβαίνειν διάβρωσιν, τοῖς ὑποξηραίνουσι, καὶ εἰς οὐλὴν ἄγουσι δυνατόν ἐστι χρήσασθαι. ἐγὼ γοῦν οἶδα πολλάκις ἄνευ τῆς θηριακῆς καὶ τῶν ἄλλων τῶν πολυτελῶν ἀντιδότων ἰασάμενος πολλοὺς, τοῖς ἀδήκτοις χρησάμενος φαρμάκοις, καὶ μάλιστα τῷ λίθῳ τῷ αἱματίτῃ. ἐχρησάμην δὲ αὐτῷ ἐπὶ τῶν πλεῖον αἷμα ἀναγόντων, μετὰ χυλοῦ ῥοιᾶς καὶ κοκκίων, ἢ μετὰ χυλοῦ πολυγόνου. ἐφ' ὧν δὲ μὴ πολὺ τὸ κενούμενον ἦν, καὶ μεθ' ὕδατος μόνου χλιαροῦ. λειοῦσθαι δὲ αὐτὸν πάνυ δεῖ, ὥστε χνοώδη γίνεσθαι καὶ ἀερώδη, καὶ πνεύματι παραπλήσιον εἶναι. ἐδίδουν δὲ ἐξ αὐτοῦ γρ. δ. καὶ μικρῷ πλέον, ἢ ἔλασσον.

Exhibui

ἐχρησάμην δὲ αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρξαμένων ἀναπτύειν πῦον, καὶ θαυμαστόν τι πῶς ἀνεξήρανε τὸ ἕλκος, καὶ ἐθεράπευσεν, ὥστε ἔτι μὴ τίκτεσθαι τὸ πῦον, μήτε ὑπὸ βηχὸς ὀχλεῖσθαι τὸν κάμνοντα. ἐθεασάμην δὲ καὶ ἄλλον τινὰ τῶν ὑπομεινάντων διάβρωσιν, οὐ μόνον μόριά τινα ἐκ τῶν περὶ τὸν φάρυγγα, ἀλλὰ καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἀναπτύοντα, καὶ θαυμαστόν που πῶς καὶ ἐπὶ τούτου μεγίστην ἐνέργειαν ἔδειξεν ὁ λίθος οὗτος. ἐθεραπεύθη γὰρ καὶ οὗτος, μὴ πάνυ καὶ προσδοκησάντων ἡμῶν. παρεῖχον δὲ αὐτῷ πίνειν τὸ βοήθημα συνεχέστερον. διὰ τὸ κάλλιον ἀναδίδοσθαι. ὥστε πολλάκις πεπωκὼς αὐτὸ, ἀπεστρέφετο λοιπὸν τὴν δόσιν αὐτοῦ. ἐπινοήσας δὲ τρόπον τοιοῦτον, ποιήσας πάνυ χνοῶδες τὸ ξηρίον γενέσθαι, εἰς ῥάκος λινοῦν ἐνέβαλον αὐτὸ, καὶ περισφίγξας αὐτὸ πάντοθεν ἀκριβῶς, ἀφῆκα κρεμασθῆναι ἐν ποτηρίῳ μικρὸν ἔχοντι οἴνου εὐωδίαν. ἐποίουν δὲ τοῦτο ἀπὸ ἑσπέρας διὰ πάσης τῆς νυκτός. διεδίδουν δὲ τὸ λεπτομερές τε καὶ ἀερῶδες σῶμα, ὡς μόνης αἰσθάνεσθαι τὸν πίνοντα τῆς τοῦ οἴνου ποιότητος, ἐκ τούτου πίνειν αὐτὸν ἐπέτρεπον, ὅσον ἂν ἡδέως εἶχεν ἕωθεν. καὶ δὴ τοῦτο ἔπραττε, καὶ συνεχῶς πίνων ὑγίανεν. ἀπαλλαγεὶς δὲ τούτου, προφυλακῆς χάριν ἔμενεν αὐτὸ πράττων καὶ πίνων, ἕως οὗ καὶ τοῦ σώματος ἀνατραφέντος καλῶς, τὰ συνήθη πράττων, ᾐσθάνετο δυνατὸς εἶναι τοσαῦ-

Exhibui etiam ijs, qui pus expuere inceperãt. ac mirũ est, quomodo ulcus exiccarit, sanaueritq;, ut nõ amplius pus generaretur, neq; æger à tußi infestaretur. Spectaui aũt & alium quendã ex his quibus uas exesum erat, nõ modò particulas quasdã ex faucibus, sed etiam asperam arteriam expuentem: ac mirum, quomodo in hoc quoq; lapis hic maximã efficaciã indicauerit. Nam & hic curatus est, nobis non admodum etiam sperantibus. Exhibui autem ægro potui medicamentum frequentius, ut cõmodius distribueretur. Quare cum crebrò ipsum bibisset, tandem sumere ipsum fastidiuit. Excogitaui aũt huiusmodi rationẽ, redactum in tenuißimũ puluerẽ panniculo lineo impo sui, & diligenter ipsum undiquaq; constrictũ, colligatũq; in poculo, quod uinum odoratũ modicũ haberet, suspendere permisi, idq; per totã noctem iam inde ab ipso uespero: extraxi autẽ tenuem aereamq; eius partem, ut æger solam uini qualitatem perciperet. Ex hoc bibere, quantum manè libenter habebat, ei præcepi: atq; hoc sanè agendo, bibendoq; cõtinuè, sanitatẽ recepit. Hoc autẽ morbo liberatus, idẽ præseruationis causa facere pergebat, bibebatq; donec etiã corpore probè refecto, cõsueta agendo uiribus se constare sentiret.

Reiectio sanguinis curata sæpius hematite

Hæc

Hæc de lapide hematite hactenus à me uisa, & usu cõprobata conscripsi: itẽ quòd medicamenta calefacientia, uel siccantia, et acriora ijs qui sanguinẽ aut pus ex destillatione propter calidã intemperiẽ expuũt, offerre nõ oporteat, sed lenib. potius medicamentis ad curandos eos sit utendũ. Quòd si hæmatitis lapis alicui nõ suppetat, utatur Armenia bolo præstãtissima, aut Samia terra, aut Lemnia, quæ sphragis, hoc est, sigillum dicitur, si sit germana. Qui enim nunc lutũ macerãt, deinde pastillos formãt, tanquã Lemniã sphragidẽ medicis exhibent. Hi aũt successu eius frustrati, antiquos tanquã de eo mẽtitos accusant. Sunt & alia medicamenta simplicia, & cõposita, quibus ij curiose uti debẽt, qui siccã & acrẽ qualitatẽ sustinent. Quamuis enim tantũ nõ possunt opitulari, quantũ hæmatitis, tamẽ erosionẽ adhuc latius serpere non permittũt. Porrò exhibeas etiã ægro illa, ut longiore tẽpore uiuere possit, qui nõ admodũ à morbo afflictus sit, & debilitatus. Quin nec hoc exiguũ beneficiũ est, robur aliquod ægro accõmodare, et ne qd deterius experiatur. Quid igitur, dixerit aliqs, quãdo medicamẽto ex uiperis utendũ erit? Pronunciamus igitur manifestò illis rectè exhiberi, quos ob frigidã intẽperiẽ, nõ aũt salsam qualitatẽ præpollentẽ destillatio infestat.

τοσαῦτα περὶ τοῦ λίθου τοῦ αἱματίτου θεωρηθέντα μοι καὶ πειραθέντα, ἀνεγραψάμην, καὶ ὅτι οὐ δεῖ τὰ θερμαίνειν ἢ ξηραίνειν δυνάμενα, καὶ δριμύτερα τῶν βοηθημάτων προσφέρειν τοῖς ἀπὸ κατάρρου διὰ θερμὴν δυσκρασίαν ἀναπτύουσιν αἷμα ἢ πῦον, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἀδήκτως δυναμένοις ἰᾶσθαι φαρμάκοις κεχρῆσθαι. εἰ δὲ μὴ εὐποροίη τις τοῦ λίθου τοῦ αἱματίτου, κεχρήσθω τῇ ἀρμενίᾳ βώλῳ, καλλίστῃ οὔσῃ, ἢ τῇ σαμίᾳ, ἢ τῇ λημνίᾳ σφραγίδι, ἐὰν ᾖ γνησία. οἱ γὰρ νῦν πηλὸν φυρῶντες, εἶτα τροχίσκους ἀναπλάττοντες, ὡς λημνίαν σφραγίδα, παρέχουσι τοῖς ἰατροῖς. οἱ δὲ ἀποτυγχάνοντες, ὡς ψευσαμένων περὶ αὐτὴν καταμέμφονται τῶν ἀρχαίων. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα βοηθήματα, ἁπλᾶ καὶ σύνθετα, οἷς ἂν δέῃ σπουδάζειν κεχρῆσθαι τοῖς ξηρὰν καὶ δριμεῖαν ἔχουσι τὴν ποιότητα. εἰ γὰρ καὶ μὴ τοσοῦτον ἰσχύουσι βοηθεῖν ὅσον ὁ αἱματίτης, ὅμως οὐ συγχωροῦσι τὴν διάβρωσιν ἔτι νέμεσθαι. παράσχῃς δὲ καὶ τῷ κάμνοντι πλείονα δυνηθῆναι βιῶσαι χρόνον, μὴ πάνυ καταπονουμένῳ ὑπὸ τοῦ πάθους. οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτό ἐστιν ἀγαθόν, τὸ εὐτονίαν τινὰ περιποιῆσαι τῷ κάμνοντι, καὶ τὸ μηδὲν χεῖρον παθεῖν. τί οὖν ἄν τις εἴποι, πότε δεῖ κεχρῆσθαι τῷ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκῳ; φαμὲν οὖν ὅτι δῆλόν ἐστιν ἐφ' ὧν διὰ ψυχρὰν δυσκρασίαν ὁ κατάρρους ἐστί,

καὶ τὸ ἐπιῤῥέον ψυχρόν τε καὶ φλεγματῶδες, καὶ μηδὲν ἁλμυρὸν φαίνεται, ἀλλὰ μηδὲ δὴ ἁλυκὴν ποιότητα ἐπικρατοῦσαν. ἐνθάδε γὰρ τούτων οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι καὶ τῇ θηριακῇ κεχρῆσθαι, προφυλακῆς χάριν, καὶ ἔξωθεν τοῖς ἀμύσσειν καὶ ξηραίνειν τὴν ἐπιφάνειαν δυναμένοις, ὥστε μὴ ῥευματιζόμενα τὰ μόρια, καὶ βῆχας ἰσχυρὰς φέροντα, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ῥῆξιν ἐργάσασθαι. ἐγὼ γοῦν οἶδά τινα τῶν τοιούτων ῥευματιζομένων τὸν θώρακα, καὶ διὰ ψυχρὰν δυσκρασίαν ἐπιτρέψας, καὶ διαπύρῳ καυστῆρι χρήσασθαι κατὰ κεφαλῆς. καὶ δὴ τοῦτο πράξαντος ἑτοίμως τοῦ κάμνοντος, θαυμαστὸν ὅπως πάντα ἅμα ἐπαύσαντο, καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐπιῤῥέον τὸ ὑγρὸν, καὶ ἡ βήξ. τοῦ λοιποῦ δὲ ἔμεινεν ἀῤῥευμάτιστον ἔχων τὸν θώρακα. τούτοις εἰσὶ τὰ αὐτοφυῆ τῶν θερμῶν ὑδάτων ὠφελιμώτατα, ὥσπερ τοῖς διὰ θερμὴν δυσκρασίαν ὑπομένουσι τὸν κατάῤῥουν, πολέμια, καὶ πάντα, ὡς προείρηται, τὰ θερμαίνειν δυνάμενα καὶ ξηραίνειν. προφυλαττέσθωσαν δὲ πάντες οἱ ἀναπτύσαντες αἷμα, ὥστε μὴ πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, τὸ βαδίζειν ἐπὶ πλέον, καὶ γυμνάζειν τὸ σῶμα, τό, τε ἀναβοᾶν, καὶ τὸ ἐκχολοῦσθαι, καὶ τὸ ἀφροδισίοις πλείοσι κεχρῆσθαι, καὶ τὸ ἐσθίειν σέλινον καὶ τὸν καλούμενον μακεδόνιον, ἢ τάριχον, ἢ παλαιὸν τυρόν. ταῦτα γὰρ μάλιστα τοῖς κατὰ διάβρωσιν ἀναπτύσασιν αἷμα, πολέμια ὥσπερ

festat, & id quod influit, frigidum, pituitosum, non autem salsum apparet. In his enim theriaca etiam uti præseruationis gratia alienum non est: item ijs quæ extrinsecus exasperare, & uellere cutem, siccareq́; possunt, ut ne particulæ fluxionem experientes, ualidamq́; adferentes tussim, interdum rupturam quoque pariant. Ego itaq; noui me cuidam talium, qui eiusmodi fluxionem in thorace etiam ex frigida intemperie sustinerent, candenti quoq; ferro in capite uti præcepisse: ac cum æger id prompte fecisset, mirum, quomodo omnia simul cessauerint, & copia quæ influebat, humida, & tussis. In posterum uero æger à fluxionibus in thoracem liber, ac immunis permansit. His sunt aquæ calidæ naturales utilissimæ: quemadmodum etiam illis, qui ex calida intemperie destillationem sustinent, aduersæ: & omnia, ut prædictum est, quæ calefaciunt & desiccant. Præcaueant autem omnes, qui sanguinem expuerunt, ut ne rursus in eadem incidant, ambulationem largiorem, corporisq́; exercitium, exclamationem, iracundiam, copiosiorem uenerem, esum apij, quod uocatur Macedonicum, aut salsamentum, aut caseum ueterem. Hæc enim maxime ijs qui sanguinem exeso uase reijciunt, inimica: quemad-

Theriaca quando utendũ in reiectione sanguinis.

Aquę naturales reiectioni sanguinis quando aptæ.

quemadmodũ rursus satietas, cruditas, uinum meracum, cibi flatulenti, indignari, pondera manibus attollere, & uentrem cohiberi, uel consuetas sanguinis euacuationes, omnibus quibus ob rupturam sanguis reijcitur, aduersantur. Insolatum uerò, & in calida domo conuersari, aut caput largius in aquam calidam intingere, aut inungere, aut ipsum contegere, illi potissimum deuitent, quibus sanguis ex naribus, aut per palatum copiosus erumpere solet. Pari modo etiam quibus ore uasis adaperto sanguis erumpit, caueant balneum magis continuum, ebrietatem, & calidiores cibos. Omnes autem lacte utantur, mollíq; & recenti caseo, præsertim caprillo, aut bubulo. Neq; enim medicamẽtum, aut cibus, aut aliud quidpiam adeò accõmodum ipsis est, aut utile, atq; lac. Et qui per initia solo ipso constanter longiore tempore usi sunt, omnes in totum consanuerunt. Noui autem quendam, qui cum toto anno ipsum et bibisset, & comedisset, interim cum frumentaceo aliquo, aut simiIagine, aut libo suminali, aut halyca, aut lẽte, aut panico incoquẽs: cumq; ita agendo à uino abstinuisset, liberatus fuerit, et puris sputu, & ne postea in phtisim incideret. Tantum etiam de sanguinis reiectione dictum à nobis sit, putoq; abundè sufficere.

Lac reiectioni sanguinis idoneum.

ὥσπερ γε πάλιν ἡ πλησμονὴ καὶ ἡ ἀπεψία, καὶ ὁ ἄκρατος οἶνος, καὶ ὅσα φυσώδη τῶν ἐδεσμάτων εἰσί, καὶ τὸ θυμοῦσθαι, καὶ βάρη ταῖς χερσὶν αἴρειν, καὶ τὸ ἐπέχεσθαι τὴν γαστέρα, ἢ τὰς συνήθεις τοῦ αἵματος κενώσεις ἅπασι τοῖς διὰ ῥῆξιν ἐσχηκόσι τὴν ἀναγωγὴν τοῦ αἵματος, πολέμια. τὴν δὲ ἡλίωσιν, καὶ τὸ θερμῷ οἰκήματι προσομιλεῖν, ἢ θερμῷ ὕδατι βαπτίζειν ἔθει πλέον τὴν κεφαλήν, ἢ ἀλείφεσθαι, ἢ σκέπειν αὐτήν, ἐκεῖνοι μάλιστα φυλαττέσθωσαν οἷς ἂν ἐκ τῶν ῥινῶν ἢ διὰ τῆς ὑπερώας αἷμα πολὺ εἴωθε φέρεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ δι' ἀναστόμωσιν, φυλαττέσθωσαν τὸ βαλανεῖον μᾶλλον τὸ συνεχές, καὶ μέθην, καὶ τὰ θερμότερα τῶν ἐδεσμάτων. πάντες δὲ τῷ γάλακτι κατακεχρήσθωσαν, καὶ τῷ ἁπαλῷ, καὶ νέῳ τυρῷ, καὶ μάλιστα τῷ αἰγείῳ ἢ βοείῳ. οὔτε γὰρ φαρμακόν, ἢ ἔδεσμα, ἢ ἄλλο τι οὕτω χρήσιμόν ἐστιν αὐτοῖς ἢ ὠφέλιμον, ὡς γάλα. καὶ ὅσοι δὲ ἀρχῆς ἐπέμειναν αὐτῷ μόνῳ κεχρημένοι ἐπὶ πλείονα χρόνον, πάντες τελέως ὑγίαναν. οἶδα δέ τινα ὅστις ὅλον ἐνιαυτὸν διετέλεσε πίνων αὐτὸ καὶ ἐσθίων, ποτὲ μὲν συνεψῶν μετά τινος τῶν σιτωδῶν, ἢ σεμιδάλεως, ἢ ἰτρίου, ἢ ἄλυκος, ἢ φακῆς, ἢ ἐλύμου. καὶ οὕτω ποιῶν, ἀπεσχόμενός τε οἴνου, ἀπηλλάγη τε καὶ πῦον ἀναπτύσαι, καὶ περιπεσεῖν μετὰ τοῦτο καὶ φθίσει. τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς τοῦ αἵματος ἀναγωγῆς εἰρήσθω ἡμῖν, καὶ ἀρκούντως ἔχειν οἶμαι.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΥΗΜΑτικῶν. κεφ. Β.

Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τὴν τοῦ αἵματος ἀναφορὰν εἴωθεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, κατὰ τὸν ἱπποκράτειον λόγον, ἡ τοῦ πύου πτύσις ἐπακολουθεῖν, διὰ μέσης συστάσεως φλεγμονῆς, ἀναγκαῖον ἡμᾶς ἑπομένους τῇ συνεχείᾳ τοῦ λόγου, διαλαβεῖν περί τε τῆς ἐν τῷ πνεύμονι καὶ τοῖς ἀναπνευστικοῖς μορίοις συνισταμένης φλεγμονῆς.

Σημεῖα τοῦ μεταβάλλεσθαι τὴν φλεγμονὴν εἰς πῦον.

Ἅπαντα καθολικῶς τὰ σημεῖα τῆς ἐκπυήσεως ὑπάρχει τοιαῦτα. πυρετὸς σφοδρότερος τοῦ πρόσθεν, ῥῖγος ἄλογον, καὶ βαρεῖας συναίσθησις μᾶλλον, ἤπερ ὀδύνης πολλῆς. ὅταν σοι ταῦτα φανῇ, γίνωσκε τὴν φύσιν μεταβαλεῖν τὴν ὑποκειμένην ὕλην εἰς πύου γένεσιν. καὶ εἰ μὲν ἐρρωμένη τετύχηκεν οὖσα ἡ ποιοῦσα δύναμις, καὶ τὸ πῦον εὑρεθήσεσθαι μὴ πάνυ γλίσχρον, καὶ τὸ τηνικαῦτα τὴν ῥῆξιν ἔσω τοῦ θώρακος γενέσθαι περὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν. εἰ δὲ καὶ παχύτερον εὑρεθείη τὸ πῦον περαιτέρω τῶν εἰρημένων ἡμερῶν, καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος δύναμις ἀσθενεστέρα τετύχηκε, καὶ περὶ τὴν μʹ ἢ ξʹ. καὶ μακρότερον δεῖ προσδοκᾶσθαι τὴν ῥῆξιν γενέσθαι. καὶ ἁπλῶς πρός τε τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν τῆς ὕλης, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος,

DE PVRVLENTIS. Cap. 2.

Quoniam uerò post sanguinis reiectionem puris sputum, magna ex parte interuentu inflammationis, secundum Hippocratis sententiã, comitari solet: necesse est nos cõmunionem orationis sequentes, de inflammatione, quæ in pulmone, & particulis respiratorijs constituitur, pertractare.

Signa, cum inflammatio in pus conuertitur.

Omnia in uniuersum indicia suppurationis talia existunt. Febris uehementior quàm antea: rigor præter rationem, & grauitatis potius quàm doloris multi sensus. Vbi hæc tibi apparuerint, naturam materiem subiectam in pus mutare scito: & si quidem facultas efficiens robusta fuerit, etiam pus non adeò uiscosum repertum iri, & uomicam tunc intra thoracem circa decimũquartum diem futuram esse. Sin autem craßius quoq; pus ultra dies prædictos inuentum fuerit, et ægri uires infirmiores, etiam circa quadragesimum, aut sexagesimum, & longius, uomicæ eruptio expectanda est. Summatim pro copia, & qualitate materiæ, ægri que uiribus uomicæ

eruptionem futuram expectato. Et si quidem intra thoracem pus illapsum, diutius intus manserit, & non fuerit usque ad quadraginta dies expurgatum, ut diuinissimus ait Hippocrates, in phthisim peruenit, pulmone ipsis antea puris acrimonia exulcerato, & computrescente. Internosci autem debet locus affectus, si æger interrogatus dicat, dextram thoracis partem esse calidiorem, magisq; grauitatem sentire, tanquam aliquid ex ea pẽdeat, quando in alterum latus inclinauerit.

De uictu.

Victus igitur omnibus purulentis uarius conuenit, pro diuersitate puris eius quod expuitur, & craßitie ipsius & tenuitate, item pro uomicæ eruptionis modo: ad hæc pro particulæ ipsam comprehendentis natura, & ægri uiribus, alijs aliter transmutatis, si id quod expuitur, succosum fuerit. Qui igitur biliosum pus expuunt, his etiam cremor idoneus est ptisanæ, si supersorbeatur, cremor que auenæ. Quòd si uires imbecillæ sint, cremor halicæ, aut typhæ, aut zeæ: sin autem nihil eiusmodi fuerit, neque aluus citata, etiam succus amygdalarum, uel per se, uel cum prædictorum cremorum aliquo mixtus. Aluo autem citata, nihil prorsus exhibeatur

ex ijs

προσδέχου τὴν προθεσμίαν τῆς ῥήξεως τοῦ ἀποστήματος γενομένην. καὶ εἰ μὲν τὸ ἐμπεσὸν ἔνδον τοῦ θώρακος πῦον ἐγχρονίσει μεῖον ἔνδον, καὶ μὴ ἀνακαθαρθείη ἄχρι τῶν μ ἡμερῶν, ὥς φησιν ὁ θειότατος Ἱπποκράτης, εἰς φθίσιν ἔρχεται τοῦ πνεύμονος αὐτοῖς πρότερον τῇ τοῦ πύου δριμύτητι ἑλκωμένου καὶ διασηπομένου. διαγνωστέον δὲ καὶ τὸν πεπονθότα τόπον, καὶ ἐρωτώμενον τὸν κάμνοντα λέγειν, εἰ τύχοι καὶ τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ θώρακος εἶναι θερμότερον, μᾶλλον καὶ βάρους συναίσθησιν ἔχειν, ὡς κρεμαμένου τινὸς ἐξ αὐτοῦ, ὁπηνίκα πρὸς τὸ ἕτερον μέρος ἀνακλιθείη.

Περὶ διαίτης.

Δίαιτα τοίνυν ἁρμόζει πᾶσι τοῖς ἀναπτύουσι πῦον, ποικίλη πρὸς τὸ διάφορον πῦον τοῦ ἀναπτυομένου, καὶ πρὸς τὴν παχύτητα, καὶ λεπτότητα αὐτοῦ, καὶ τὸν τρόπον τῆς ῥήξεως, καὶ πρὸς τὴν φύσιν τοῦ περιέχοντος αὐτὴν μορίου, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος, ἄλλην ἄλλως μετασχηματιζομένην, ἐὰν χολῶδες εἴη τὸ ἀναπτυόμενον. τοῖς μὲν οὖν χολῶδες πῦον ἀναπτύουσι, ἐπιτήδειός ἐστι καὶ ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης ἐπιρροφούμενος, καὶ ὁ χυλὸς τοῦ βρώμου. εἰ δὲ καὶ ἀσθενὴς, καὶ ὁ χυλὸς τοῦ ἄλυκος, ἢ τίφης, ἢ ζέας. εἰ δὲ καὶ μηδὲν εἴη τοιοῦτον, μηδὲ ἡ γαστὴρ φέροιτο, καὶ ὁ χυλὸς τῶν ἀμυγδάλων, ἢ καθ᾽ ἑαυτὸν, ἢ μετά τινος τῶν εἰρημένων χυλῶν μιγνύμενος. διὰ δὲ γαστρὸς φερομένης, μηδὲν ὅλως ἐπιδιδόσθω

τῶν

τῶν ἐπὶ πλέον αὐτὴν προτρέπειν δυναμένων, μηδὲ ποτὸν ἢ ἔδεσμα τοιοῦτον. ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων διαθέσεων χαλεπὸν τὴν γαστέρα ῥευματίζεσθαι. διὸ καὶ ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης, πλέον τῶν ἀμυγδάλων, καὶ τὸ μελίκρατον, καὶ τὸ ζέμα τῆς γλυκυρρίζης, καὶ τῆς ἴρεως, καὶ τῆς τήλεως, καὶ τὸ ὀξύμελι πλέον πάντων ῥευματίζει. ἔχει γάρ τι καὶ ξυστικὸν τοῦ ἐντέρου. ἐπιδιδόναι δὲ δεῖ μᾶλλον τοὺς ζωμοὺς εἰς σύγκρατον, ἢ τοῦ ἄλικος, ἢ σεμιδάλεως, ἐὰν μὴ πάνυ πυρέττοιεν. αἰσθόμενος δὲ ὅτι παχύτερον ἐγένετο τὸ ἀναπτυόμενον, καὶ τὸ χολῶδες ἀπέθετο, καὶ δυσανάγωγον ἤρξατο γίνεσθαι, τότε πάλιν συμφέρει μεταβαίνειν ἐπὶ τὸ ὑδαρὲς μελίκρατον, ἢ ἀπόμελι, παρέχων αὐτὸ κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἀθρόως. οὕτω γὰρ ἀβλαβὴς ἔσται ἡ χρῆσις αὐτοῦ, καὶ ὠφελεῖν δυναμένη τὰ μέγιστα, καὶ πλέον, εἰ καὶ δυσῶδες εἴη καὶ ῥυπαρὸν ἀναπτυόμενον πῦον. εἰ δὲ τοιοῦτον εἶναι φαίνεται, τὸν τῆς τήλεως χυλὸν ἀφεψηθέντα μετὰ φοινίκων λιπαρῶν. μὴ παρόντων δὲ τούτων, καὶ ἰσχάδας ὀλίγας συνεψεῖν. καὶ συναπορρίπτουσι καλῶς, καὶ εὐανάγωγον ποιοῦσι τὸ ὑγρὸν, ἅμα τῷ καὶ πραΰνειν τὰ φλεγμαίνοντα τὸ ἕλκος. δῆλον δὲ, ὅτι εἰς τὸ τρίτον τῆς τήλεως ζέμα συνεψεῖν δεῖ τοὺς φοίνικας, ἢ ἰσχάδας. κάλλιον δὲ εἰ καὶ μέλι βραχὺ προσπλέξεις· μέλλων δὲ ἐπιδιδόναι τὸν χυλὸν,

ex iis, quæ amplius ipsam irritare possunt, neque potus, neque cibus eiusmodi. Nam id genus affectibus aluum fluxione tẽtari molestum est: quare etiam cremor ptisanæ, plus quàm amygdalarum, item mulsa, decoctum dulcis radiculæ, iridis, & fœnugræci, nec non oximeli, magis quàm omnia alui fluorem citat. Habet enim aliquid quod etiam intestinum abradat. Iuscula autem ex aqua tepida, aut halycæ, aut similaginis, nisi admodum febricitent, exhiberi magis expedit. At cum sputum fieri craßius, & biliosum abiecisse, nec nõ reiectioni contumax fieri incœpisse deprehendis: tunc rursus ad aquosam mulsam, aut apomeli trãsire conducit, exhibendo ipsum paulatim, & non uniuersum. Vsus namque ipsius innoxius erit, & plurimum iuuare poterit: magisq; si etiam pus quod expuitur, fœdi odoris & sordidum fuerit. Sin autẽ tale illud esse appareat, fœnugræci cremorem cum palmulis pinguibus decoctum dare cõfert: horum inopia, ficus quoq; siccas modicas incoquere. Etenim et humorẽ simul egregiè proiiciunt, & eductioni facilẽ reddunt, necnõ etiã quæ ulcus inflãmant, leniunt. Constat autem, palmulas, aut ficus siccas, in tertio fœnugræci iure incoquendas esse. Præstat, si etiã mellis paulum admisceas, ubi cremorẽ exhibiturus es.

Hunc quidem ante cibum potius dato: mulsa uerò quouis tempore exhibita, nihil ægrum offendit.

Viribus infirmis quid agendum sit.

Vires quoq; maximè attendendæ sunt. Nam ob earum imbecillitatem accidit, ut humor ægrè reijciatur, dum ipsæ, quæ in thorace hærent, exprimere nequeũt. Cura igitur illarum habenda est maior, inijciendo ptisanæ cremori aut columbam, aut pullum. Exhibeto autem ægris etiam gallorũ testiculos, ut ne uires deijci permittas. Imbecilles enim, in ualde facilibus quoq; concoctu distribuendis, & probè conficiendis, laborant. Quia uerò ex facili coquũtur, & uentrem ipsi perturbãt, habent aũt nonnihil etiam quod stomacho aduersetur, assos exhibere conuenit, ut quod serosum in eis est, effluat: id quod probè fit, si quis ipsos, dum assantur, acu pungat. Sic etiam cerebella porcellorũ assa præbere satius est, sale modico ipsis asperso: quoniã & ipsi stomacho aduersantur, uentrẽq; perturbant. Quare ijs qui uires habẽt infirmas, solis ipsi exhibẽdi sunt: præterea anserũ alæ, suũ pedunculi, halyca cocta cũ amygdalis, pistaceis, uuis paßis, et quæ alia probè nutrire ægros possunt. Auctis aũt uiribus contrà, ad solidiorem cibum transeundum est.

Quòd

δίδου μᾶλλον αὐτὸν πρὸ τροφῆς. τὸ δὲ μελίκρατον ἐν παντὶ καιρῷ παρεχόμενον οὐδὲν βλάπτει τὸν πάσχοντα.

Ἐὰν ἀσθενὴς ἡ δύναμις εἴη, τί δεῖ ποιεῖν.

Πρόσεχε δὲ καὶ τῇ δυνάμει μάλιστα. συμβαίνει γὰρ διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς, δυσανάγωγον τὸ ὑγρὸν γίνεσθαι, ἀτονούσης ἐκθλίψαι τὰ ἐν τῷ θώρακι. φροντιστέον αὐτοὺς οὖν πλέον ἐμβαλόντας εἰς τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης ἢ περιστερὰν, ἢ πῶλον. παρέχε δὲ αὐτοῖς καὶ τοὺς διδύμους τῶν ἀλεκτρυόνων, ὡς μὴ συγχωρῆσαι καταβληθῆναι τὴν δύναμιν. ἀσθενοῦσα γὰρ, καὶ τὰ πάνυ εὔπεπτα κάμνει διοικῆσαι, καὶ κατεργάσασθαι καλῶς. διὰ δὲ τὸ εὔπεπτον, καὶ φθαρτικοὺς αὐτοὺς εἶναι γαστρὸς, ἔχειν δέ τι καὶ κακοστόμαχον, ὀπτοὺς δεῖ παρέχειν, ὥστε τὸ ὀρρῶδες αὐτῶν ἀπορρυῆναι. γίνεται δὲ τοῦτο καλῶς, ἐάν τις αὐτοὺς ὀπτουμένους βελόνῃ ἐκκεντρίσῃ. οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἐγκεφάλους τῶν μικρῶν χοίρων ὀπτοὺς παρέχειν ἐστὶ κάλλιον, ἁλῶν ὀλίγων προσπαττομένων αὐτοῖς, ὅτι καὶ αὐτοὶ κακοστόμαχοί τε καὶ φθαρτικοὶ γαστρός. διὰ τοῖς ἠσθενηκόσι τὴν δύναμιν μόνοις αὐτοῖς παρέχειν δεῖ. καὶ ἔτι δὲ τὰ τῶν χηνῶν ἄκρα, καὶ τῶν ὑῶν τοὺς πόδας, καὶ ἄλικα ἑφθὸν μετὰ ἀμυγδάλων, καὶ πιστακίων, καὶ σταφίδων, καὶ ὅσα ἄλλα καλῶς τρέφειν οἶδε τοὺς κάμνοντας. αὐξηθείσης δὲ τῆς δυνάμεως, ἀντιμεταβαίνειν δεῖ αὖθις τὸ πρόσφορον.

εἰ δὲ

εἰ δὲ χρονιώτερον εἴη τὸ πάθος, καὶ ἄτροφον, ἄρξεται φανερῶς συντήκεσθαι τὸ πᾶν σῶμα, καὶ μηδὲ πολὺ πῦον ὁ θώραξ ἔχει, καὶ τὸ γάλα δοτέον αὐτοῖς μόνον, εἰ μὴ πυρέττοιεν σφοδρῶς. εἰ γὰρ ἐπιδοθείη πολλῆς οὔσης τῆς θερμασίας, οὐκέτι τρέφειν ἢ ὑγραίνειν δυνήσεται. νικᾶται γὰρ ὑπὸ τοῦ παρὰ φύσιν, καὶ εἰς ἀλλόκοτον καὶ φθαρτικὴν τρέπεται ποιότητα. μετριωτέρας οὖν γενομένης τῆς πυρώδους θερμασίας, οὕτως ἐπιδοτέον αὐτοῖς τὸ γάλα.

Quòd si diuturnior affectus fuerit, & corpus totum alimentum non sentiens, contabescere manifesto incœperit, neq; thorax multum puris contineat, etiam solum ipsis lac dari debet, si non uehementer febricitent: si enim multo infestante calore exhibeatur, nõ item nutrire, aut humectare poterit. Nam ab eo quod contra naturam est, uincitur, & in alienã, corruptricemq; qualitatem mutatur. ubi calor febrilis moderatior euaserit, lac ipsis exhiberi debet.

Ποῖον γάλα δεῖ προσφέρειν, καὶ πότε.

Εἰ μὲν ἀνακαθάρσεως ἔτι χρῆζον φαίνοιτό σοι τὸ ἀναφερόμενον, καὶ οὐ μόνον ῥυπαρὸν καὶ δυσῶδες ὑπάρχον, πάντων τῶν ἄλλων προτιμᾶται τὸ ὄνειον. καὶ γὰρ εἰς ἅπαντα πλεονεκτεῖ καὶ τῷ καθαίρειν καλῶς. καὶ τὸ ἵππειον αὐτοῖς ἐπιδοτέον, τῷ ὄνου παραπλήσιον ὑπάρχον εἰς ἅπαντα. διὸ καὶ δυσπνοϊκοὺς ὠφεληθέντας ἐθεασάμην πολλάκις, αὐτοῦ δοθέντος εὐκαίρως. εὐανάγωγα γὰρ πάντα τὰ προσπεπλεγμένα τοῖς βρόγχοις τοῦ πνεύμονος ἐργάζεται. πρόσκειται δὲ τὸ εὐκαίρως, ἵνα ἐπὶ τούτοις πυρετὸς μὴ παρενοχλῇ, μηδὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ παροξυσμοῦ δοθείη. εἰ δὲ μὴ βούλοιντο τῶν ζώων τούτων λαμβάνειν τὸ γάλα οἱ κάμνοντες, δοτέον αὐτοῖς κατὰ δευτέραν τάξιν τὸ βόειον, ἢ αἴγειον.

Quale lac, & quando offerendum sit.

Sin id quod reijcitur, expurgatione adhuc indigere tibi uideatur, & non modò sordidum, & fœdi odoris existat, asininum omnibus alijs antecellit: quippe etiam eo quòd probè purgat, omnia uincit. Item equinum ipsis propinandum est, quod asinino ad omnia sit persimile. Quare etiam ægrè spirantes eo adiutos subinde cõspexi, cum opportunè esset datum. Omnia enim, quæ pulmonis cauernis infixa sunt, reiectioni reddit morigera. Adiectum autem est opportunè, ut cũ hos febris non infestat, neque accessiõis tẽpore exhibeatur. Quòd si ægri horum animantiũ lac nolint assumere, dabitur ipsis secundo loco bubulum, aut caprillum.

Purulẽtis lac quãdo dandũ.

Etsi enim lac horum non adeò purgantem uim obtineat, tamen nutriendo amplius quiddam alijs præstare potest. Porrò ne lactis potio ægri uentriculum corrumpat, satius est ipsum supra carbones incoquere: sic enim decoctio bonam serosi partem auferet, ut etiam ipsum ad uentrem retinendum magis quàm alia efficax euadat. Sin autem calculos fluuiales candentes, excussosq; ut puluerem nõ contineãt, inijcias, aut ferramenta eodem modo ignita, commodius adhuc, & utile efficies. Cæterùm uarijs modis lac ipsum comedant, interim cum similagine, aliàs cum libo suminali, aut oryza, aut halyca cum ouorum luteis. Sic enim appetitus quoq; cõseruabitur, et usus lactis, qui omnia potest, fastidiosus nõ erit. Etenim ulcus purgare, carne obducere, & totũ corpus plus quàm uniuersa, nutrire poterit.

De pane.

Panis offeratur textuaceus, calidus: si id quod expuitur, humidum ualde & aquosum existit. Sin autem contumax ad reiectionem fuerit, etiam in uinum dulce, aut mulsum intingent: si febris urget uehemens, in hydromelum, aut mulsum. sin autem ægri dulce fastidiant, etiam quædam tenuia uina, aut Sareptinum, aut Gnidium, aut Sabinũ sincerum, aut

εἰ γὰρ καὶ μὴ οὕτως τὸ καθαρτικὸν ἔχει τὸ γάλα τούτων, ἀλλ' οὖν ἐν τῷ δύνασθαι τρέφειν ἔχει τι πλέον τῶν ἄλλων. ὅπως δὲ μὴ φθείρῃ τὴν τῶν καμνόντων γαστέρα τὸ γάλα πινόμενον, κάλλιόν ἐστιν αὐτὸ ἕψειν ἐπ' ἀνθράκων. οὕτω γὰρ ἀφέλοιτο πολὺ τοῦ ὀῤῥώδους ἡ ἕψησις, ὥστε καὶ ἐφεκτικὸν αὐτὸ μᾶλλον τῶν ἄλλων γενέσθαι γαστρός. εἰ δὲ καὶ κόχλακας ἐπιμβάλλεις ποταμίους, πυρώσας τε καὶ ἀποτινάξας, ὥστε μὴ κατέχειν κονίας, ἢ σιδήρια τὸν αὐτὸν τρόπον, ἔτι κάλλιον καὶ ὠφέλιμον τοῦτο ποιήσεις. ἐσθιέτωσαν δὲ ποικίλως αὐτῷ, ποτὲ μὲν μετὰ σεμιδάλεως, ἄλλοτε δὲ σὺν ἰτρίῳ, ἢ ὀρύζῃ, ἢ ἄλυκι μετὰ πυῤῥῶν ὠῶν. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ ὄρεξις φυλαχθήσεται. καὶ οὐ προσκορὴς ἔσται ἡ τοῦ γάλακτος χρῆσις πάντα δυναμένη. καὶ γὰρ καθᾶραι καὶ σαρκῶσαι τὸ ἕλκος, καὶ θρέψαι τὸ πᾶν σῶμα, πλείω τῶν ἁπάντων δυνήσεται.

Περὶ ἄρτων.

Τὸν δὲ ἄρτον προσφερέσθωσαν τὸν κλιβανίτην θερμὸν, εἰ ἔστιν ὑγρὸν πάνυ καὶ ὑδατῶδες τὸ ἀναπτυόμενον. εἰ δὲ δυσανάγωγον εἴη, καὶ εἰς γλυκὺν οἶνον, ἢ οἰνόμελι βρέχοντας· πυρετοῦ δὲ σφοδροῦ παρενοχλοῦντος, εἰς ὑδρόμηλον, ἢ οἰνόμελι. εἰ δὲ πρὸς τὸ γλυκὺ ἀνορέκτως ἔχοιεν οἱ κάμνοντες, καὶ τινα τῶν λεπτῶν οἴνων, ἢ σαρεφθινὸν, ἢ κνίδιον, ἢ σαβῖνον γνήσιον, ἢ ἀδριανὸν

ἢ ἀδριανὸν εἰς σύγκρατον, εἰ καὶ μάλιστα διψώδεις ὦσι καὶ κατάξηροι.

Περὶ λαχάνων.

Τῶν δὲ λαχάνων αἱ μὲν ῥίζαι ἐμβληθεῖσαι καθᾶραι καὶ παχῦναι δυνήσονται τὸ πῦον. λαμβανέτωσαν δὲ τῶν πράσων εἰς οἶνον, εἶτα εἰς οἰνόμελι δὶς ἑφθῶν γενομένων. λαμβανέτωσαν δὲ καὶ τὸ καλούμενον σιναπίδιον πρὸ τροφῆς. εἰ δὲ παχὺ φαίνοιτο, καὶ πολὺ, καλὸν μὲν ἀπέχεσθαι τῆς λαχανώδους τροφῆς πάσης, διὰ τὸ ὑγρὸν αὐτὴν καὶ περιττωματικόν. εἰ δὲ ἄρα ὅμως προσφέροιντο, καὶ τὴν κράμβην δὶς ἑφθὸν γενομένην, καὶ τὸν ἕλειον ἀσπάραγον, καὶ μάλιστα τὸν ἄγριον· πλέον γάρ ἐστιν ὠφέλιμος. εἰ δὲ μηδὲν εἴη τοιοῦτον, σφοδρότερον δὲ ὁ κάμνων φαίνοιτο, καὶ ξηρὸν, ἢ χολῶδες, ἢ ἁλμυρὸν ἀναπτύων, ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑγροτέρᾳ κεχρῆσθαι τροφῇ, καὶ πλέον ἐν λαχάνοις τὸ ἴντυβον ἢ τὴν μαλάχην. καὶ γὰρ ἔχουσα τὸ ὀλισθηρὸν, τὴν ἀρτηρίαν λεαίνει, καὶ τῇ γλισχρότητι τὸ προσηνὲς καὶ μετρίως λεπτῦνον, εὐανάγωγον ἐργάζεται τὸ ἀναπτυόμενον, μετὰ τοῦ καὶ εὐκρασίαν παρέχειν τῷ σώματι. παυσαμένου δὲ τοῦ πυρετοῦ, ἢ καὶ μειωθέντος, οὐ δεῖ καταπεχρῆσθαι τοῖς ψύχουσιν. ἐγχρονίζειν γὰρ ἐπὶ τὸ ἀναπτύειν τὸ πῦον ἐν τῇ τοιαύτῃ διαίτῃ οὐκ ἐπιτήδειον.

Περὶ ὀρνέων.

Ὀρνέων δὲ ἐσθιέτωσαν τήν τε κατοικίδιον ὄρνιν, καὶ τῶν φασιανῶν τὰ μὲν κα-

aut Adrianū ex tepida propinabitur, si illi maximè etiam siticulosi sint, et sicci.

De oleribus.

Olerum radices quidē iniectæ purgare pus, & crassius reddere poterunt. Sumantur autem radices porrorum ex uino, deinde ex mulso bis percoctorum. Assumatur etiam Sinapidion dictum, ante cibū. Si crassū et copiosum pus appareat, ab omni oleraceo nutrimēto abstinere cōfert, eo quod humidum ipsum sit, & recrementitium. Sin autem ægri libenter assumant, etiā brassicam percoctā, et palustrē asparagū, præsertim agrestem comedant: magis enim proficit. Quòd si nihil huiusmodi fuerit, æger aūt uehemētius siccū, aut biliosum, aut salsum expuere uideatur, necesse est humidiore uti cibo, & magis inter olera intybo, uel malua. Etenim cum lubricitatē habeat, arteriam læuiget, lentore blanda sit, & mediocriter extenuet, sputum ad reijciendum facilè reddit, præterquam quòd corpori etiam temperiem conciliet. Finita autē febri, uel etiam imminuta, refrigerantibus utendum nō est: quippe ad sputum emoliendum educendumq; in eiusmodi uictu diu persistere non expedit.

De auibus.

Ex auibus comedant ægri gallinam cohortalem, phasianos non

Aues purulētis aptę.

non pingues, perdices similiter, attagenas, turdos, & alios rurales passeres ex decocto. Nam iura ulcera magis detergent, uentremque humidiorem efficiunt, & febres intendũt: uerùm cum omnes non diu eiusmodi cibum tolerent, pro uiribus laborandum est, ut neque multum olei, neque salis inijciatur: ea uerò quæ ad usum præsentem conueniunt, iusculis misceamus. Si namque sanguis qui expuitur sordidus fuerit, etiam mel & porrum adijciendum est. Sin autem purus tibi appareat, tunc ex glandibus quoque castaneæ, & libum suminale, aut balyca, aut similago indetur: quemadmodũ si etiã ulcus appositione uel impositione opus habeat, cibo misceatur lens Aegyptiaca excorticata, uel braßica per cocta, uel quod ab Alexãdria adfertur phasiolũ exiguũ, uel quod dicitur zyzola, uel panicum.

De piscibus.

Pisces purulẽtis accõmodati

Inter pisces præponantur, si quidẽ uomicæ factæ rupturã promouere uoluerimus, & id quod expuitur, fœdi odoris sit, & sordidũ, indigeatque repurgatione, pisces muria conditi, & præcipuè quæ Encathera dicitur, semel aut bis loco medicamenti dari debet. Nã si quis immoderatius ipsis utatur, magis os uasorũ adaperit, et humidiora excrementa efficit. Quòd

μὴ λιπαρὰ, καὶ περδίκων ὁμοίως καὶ ἀτταγηνῶν καὶ κιχλῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀγρίων στρουθῶν, ἀπὸ ζέματος. οἱ γὰρ ζωμοὶ ῥύπτουσι μᾶλλον τὰ ἕλκη, ὑγροτέραν τε τὴν γαστέρα ποιοῦσι, καὶ τοὺς πυρετοὺς ἐπιτείνουσι, πλὴν ἐπειδὴ πάντες οὐκ ἐπὶ πολὺ τῆς τοιαύτης τροφῆς ἀνέχονται, σπουδάζειν δεῖ, ὡς ἐνδέχεται, μήτε ἐλαίου πολλοῦ, μήτε ἁλῶν ἐμβαλεῖν. τὰ δὲ ἁρμόζοντα πρὸς τὴν ὑποκειμένην χρείαν μιγνύειν τοῖς ζωμοῖς. εἰ μὲν γὰρ ῥυπαρὸν εἴη τὸ αἷμα πτυόμενον, καὶ μέλιτος προσπλέκειν δεῖ, καὶ πράσου. εἰ δὲ καθαρόν σοι φαίνοιτο, τηνικαῦτα καὶ βαλανοκαστάνων, καὶ ἰτρίου, ἢ ἄλυκος, ἢ σεμιδάλεως. ὥσπερ εἰ καὶ παραθέσεως, ἢ καὶ ἐπιθέσεως χρείαν ἔχοιτο ἕλκος, μιγνύσθω τῇ τροφῇ, φακὴ αἰγυπτία λελεπισμένη, ἢ κράμβη δίεφθος, ἢ τὸ ἀπὸ τῆς ἀλεξανδρείας μικρὸν φασίολον, ἢ τὸ λεγόμενον ζιζουλᾶν, ἢ ἔλυμον.

Περὶ ἰχθύων.

Εν δὲ τοῖς ἰχθύσι προτιμάσθωσαν, εἰ μὲν συνεργῆσαι τῇ ῥήξει βουληθείημεν τοῦ γεναμένου ἀποστήματος, δυσώδους ὄντος καὶ ῥυπαροῦ τοῦ ἀναπτυομένου, καὶ ἀνακαθάρσεως δεομένου, ἰχθύων τῶν εἰς ἅλμην ταριχευθέντων, καὶ μάλιστα τῆς καλουμένης ἐγκατηρᾶς, προσάπαξ ἢ δὶς δοτέον, ὡς ἐν τάξει φαρμάκου. τὸ γὰρ ἀμετρότερον αὐτοῖς κεχρῆσθαι, πλέον ἀναστομοῖ καὶ περιττώματα ὑγρότερα διατίθησιν. εἰ δὲ

εἰ δὲ μηδὲν εἴη τοιοῦτον, χολῶδες δὲ φαίνοιτο, φείδεσθαι μὲν χρὴ τῶν ἁλμυρῶν πάντων ἐδεσμάτων, ἐσθιέτωσαν δὲ πλέον ἁπάντων πετραίων ἰχθύων ἀπὸ ζέματος, ἀνήθου μόνον προσειληφότα. εἰ δὲ παχὺ καὶ γλίσχρον φαίνοιτο τὸ φερόμενον, προσέστι δὲ καὶ ἀνορεξία τις πάρεστι, διὰ ὀξυμέλιτος ἡ ἕψησις.

Περὶ ὀστρακοδέρμων.

Τροφὴ τῶν ὀστρακοδέρμων οὐ πάνυ τοι χρήσιμός ἐστι τοῖς περὶ θώρακα μερίοις, ἕλκος ἔχουσι καὶ πῦον ἀναπτύουσιν, ὅμως ἁλμυροῦ τοῦ ὑγροῦ τυγχάνοντος, καὶ χολώδους, οὐδὲν ἄτοπον τηνικαῦτα διδόναι κτενίων, ἢ κηρυκίων, ἢ ἀστακοῦ, ἢ τῶν λεγομένων καραβίδων. εἰ δὲ τὸ ἕλκος ῥυπαρὸν εἴη, καὶ κατ' ὀλίγον τὸ πῦον φερόμενον, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τελείαν τὴν ῥῆξιν τοῦ περιχυθέντος, καὶ ἐχίνου μὴ κώλυε λαμβάνειν ὀλίγον, ἔχει γάρ τι καὶ ἀναστομοῦν καὶ ἀνακαθαίρειν δυνάμενον.

Περὶ ὀσπρίων.

Ὀσπρίων δὲ πυρέττουσι μὲν δῆλον ὡς τὴν πτισάνην διδόναι προσήκει, τὸ ῥυπτικὸν ἔχουσαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν βρῶμον. εἰ δὲ τὰ τῆς θερμασίας οὐ παρενοχλεῖ, καὶ ἄλικος ἔχοντος, ἢ πιστακίων, ἢ ἀμυγδάλων, ἢ σταφίδων ἢ στροβιλίων. εἰ δὲ ῥυπαρὸν καὶ ῥευματιζόμενον φαίνοιτο τὸ ἕλκος, καὶ κυάμων, ἢ φασιόλων

ἢ φασ

Quòd si nullum tale fuerit, sed biliosum appareat, ab omnibus quidem salsis cibis cauendum est: edant autem maximè omnium saxatilem piscē ex iure, aneto tantum assumpto. Sin autē crassum & uiscosum id quod effertur, existat, præterea nausea etiam quædam ægrum torqueat, ex oxymelite decoctio parabitur.

De testacea cute præditis.

Alimentum ex testaceis non ualde ijs qui in thoracis regionibus ulcus habent, et pus expuūt, utile existit: tamen cum salsus humor est, & biliosus, tūc pectines, aut buccina, aut astacū, aut locustas, quæ Græcis καραβίδες dicūtur, dare non est alienū. Sin autē sordidum ulcus fuerit, & paulatim pus efferatur, eo quòd perfecta eruptio circumfusi humoris facta non sit, etiam erinaciū modicum sumere non prohibeto. habet enim aliquid, quod & aperire, & repurgare potest.

De leguminibus.

Inter legumina ptisanā, quæ uim habet abstersoriam, similiter & auenam, febricitantib. quidē rectè dari constat: sin autē calor nō infestet, etiam halycā quæ habeat aut pistacea, aut amygdala, aut uuas passas, aut nucleos pineos. Si ulcus sordidū et fluidū appareat, fabas quoq;, aut phasiola,

aut lentem interim per se, interim uerò cum ptisana decoctam, optimè nimirum exhibes, quemadmodum prædictum est, febri in totum propè finita.

De fructibus pomaceis.

Quòd huiusmodi affectib. fructus pomacei admodũ utiles sint, nõ medicis tantùm, sed etiam omnibus idiotis est in confesso. Veruntamen cum cibi quoq; fastidiũ ægros comitatur, paulo deteriora ex pomis deligere cogimur: quare etiã mala & pira admodum matura, cucumerum medullam, aut peponem, si febris potissimũ, aut sitis affligat, sputumq; biliosius inueniatur, exhibere cõmodũ est. Nã medulla peponis nonnihil abstersorium obtinet.

De bellarijs.

Bellaria puruletis apta.

Bellariorum cibus utilis est, ut qui thoracis affectibus abstergendis uim quandam habeat idoneã. Itaq; amygdala, aut pistacia, aut uuæ passæ, aut nuclei pinei, & quæ ex his cõficiũtur placentæ, assumãtur: uerùm nõ copiosius ex his cibus dari debet. Nã etsi abstergere poßint, ægrè tamẽ cõcoquũtur, et propter oleosam ipsorum partem alios cibos in uetriculo corrũpunt. Tantũ etiã de uictu ipsis idoneo, dictum esto: deinceps autem persequi oportet, quæ item medicamenta composita, ijs qui pus in thorace habent, bene

ἢ φακῆς, ποτὲ μὲν καθ' αὑτήν, ἄλλοτε δὲ μετὰ πτισάνης κατεψηθείσης, εὖ μάλα παρέχει δηλονότι, καθὰ προείρηται, τοῦ πυρετοῦ τελέως σχεδὸν ἀποπαυσαμένου.

Περὶ ὀπώρας.

Ὅτι δὲ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ὡς πάνυ τοι χρήσιμος ἡ ὀπώρα, πρόδηλον οὐ μόνον ἰατροῖς, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἰδιώταις ὑπάρχει. πλὴν ἐπεὶ δὴ καὶ ἀνορεξία παρέπεται τοῖς κάμνουσιν, ἀναγκαζόμεθα τὰς μικρῷ χείρονας ἐν ὀπώραις ἐπιλέγεσθαι. διὸ καὶ μήλων ἐπιδιδόναι, καὶ ἀπίων πάνυ πεπείρων, καλόν, σικύων δὲ ἐντεριώνης, ἢ πέπονος, εἰ μάλιστα πυρετὸς ἐνοχλεῖ, ἢ δίψα, καὶ χολωδέστερον τὸ ἀναπτυόμενον εὑρεθείη. ἡ γὰρ ἐντεριώνη τοῦ πέπονος ἔχει τι ῥυπτικόν.

Περὶ τραγημάτων.

Ἡ δὲ τῶν τραγημάτων τροφὴ χρήσιμός ἐστι. ἔχει γάρ τι καὶ ῥυπτικὸν τῶν κατὰ τὸν θώρακα παθῶν. ἀμυγδάλων οὖν λαμβανέτωσαν, ἢ πιστακίων, ἢ σταφίδων, ἢ στροβίλων, καὶ τὰς ἐκ τούτων συγκειμένας κοπτάς. δεῖ δὲ μὴ πολλὴν τροφὴν ἐκ τούτων ἐπιδιδόναι. καὶ γὰρ εἰ τὸ ῥύπτειν ἔχει, ἀλλ' οὖν δύσπεπτοί εἰσι καὶ φθαρτικαὶ τροφῶν τῶν ἄλλων ἐν τῇ γαστρί, διὰ τὸ ἐλαιῶδες αὐτῶν. τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς ὠφελούσης αὐτοῖς εἰρήσθω διαίτης. λοιπὸν δέ, ὅσα καὶ ἐν φαρμάκοις σύγκειται, καλῶς ἁρμόζειν δυνάμενα τοῖς ἔχουσι πῦον ἐν τῷ θώρακι, ἀναγκαῖον

ἀναγκαῖόν ἐστι γράφειν. εἴρηται μὲν οὖν ἅπαντα σχεδὸν ἐν τῷ περὶ βηχὸς λόγῳ, καὶ τὰς πλείστας τῶν ἐκεῖ γεγραμμένων ἀντιδότων εὑρήσεις καὶ πρὸς ἐμπυϊκοὺς ποιεῖν δυναμένας. ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα μνημονεύσομεν τῶν κυρίως πρὸς ἐμπυϊκοὺς ἁρμοζόντων βοηθημάτων, πρότερον τὰς ἁπλουστέρας ἐκτιθέμενοι δυνάμεις· εἶθ' οὕτω καὶ τῶν συνθέτων μνημονεύσομεν. ὕσσωπον τοίνυν μετὰ μέλιτος καλῶς ποιεῖ. ὁμοίως δὲ καὶ θύμος, ἢ ἶρις κεκομμένη, ἢ ὄροβοι φρυγέντες εἰς βούτυρον, ἢ γλήχων. καὶ πάντα ταῦτα κατ' ἰδίαν κοπέντα, ἢ μετὰ μέλιτος μιγέντα, καλῶς ποιεῖ παρεχόμενα. γενναίως γὰρ ἀνακαθαίρει.

Πρὸς ἐμπυϊκούς.

Καὶ πάντα τὰ περὶ τὸν θώρακα καὶ τοὺς φθόῃ κατεχομένους, καὶ οἷς ἀρτηρία πέπονθε, πάνυ καλὸν καὶ ἡδὺ φάρμακον, κινναμώμου δράχ. δ. λιβάνου δραχ. α. γλυκυῤῥίζης οὐγ. α S, σμύρνης δράχ. δ. τραγακάνθης οὐγ. ϛ. νάρδου ἰνδικῆς δράχ. α. ἀμμωνιακοῦ δραχ. δ. κρόκου δράχ. α. μέλιτι ἀναλάμβανε.

Πρὸς τὰ ἐν τῷ θώρακι, καὶ περιττὰ πάντα.

Στρόβιλον λαβὼν πολλὴν ἔχοντα ἰδίαν περικειμένην ῥητίνην, ἕψησον μετὰ πρασίου προσφάτου, εἶτα τῷ ἀφεψήματι μίγνυε μέλι σύμμετρον,

καὶ

bene sint accommodata. Dicta igitur sunt uniuersa propè, ubi de tussi egimus, plurimaq; illic scripta antidota reperies, purulētis quoq; efficacia. Sed hic etiam eorum mentionem faciemus, quæ propriè ad purulentos conueniunt, ita ut prius simpliciora auxilia exponamus, deinde sic composita quoq; in memoriam reuocemus. Hyssopum igitur cum melle benefacit: similiter etiam thymum, aut iris contusa, aut erui fricti ex butyro, aut pulegium, omniaq; hæc seorsim contusa, aut cū melle mixta, si exhibeatur, bene faciūt: nā generosè repurgāt.

Ad purulentos.

Ad omnia thoracis uitia, et eos qui tabe detinentur, quibusq; arteria affecta est, admodū salutare et suaue medicamentum est, quod sequitur. Cinamomi, myrrhæ, singulorum drachmæ quatuor: thuris drachma: dulcis radiculæ sescuncia: tragacanthæ unciæ sex: nardi Indicæ drachma: ammoniaci drachmæ quatuor: croci drachma: melle excipito. Cóposita purulétorum remedia.

Ad ea quæ in thorace hærent, & omnia recrementa.

℞ Nucem pineam, quæ copiosam resinam peculiarem sibi circundatam habeat, cum marrubio recēti coquito: deinde mellis modicum decocto misceto:

&

& rursus hoc usque ad melleam craßitiem incoquito. Ac ad thoracis pulmonis'que affectus utitor.

καὶ ἕψησον πάλιν τοῦτο μέχρι μελιτώδους συστάσεως, καὶ χρῶ πρὸς τὰς τοῦ θώρακος καὶ πνεύμονος διαθέσεις.

Ad purulentos, phthisicos, & eos qui ex pulmone, aut thorace, aut membrana septi transuersi, feculenta & sordida expuunt. item ad eos qui iam phthisim sentiunt, optimum presidium. habet autem in hunc modum.

Πρὸς ἐμπυϊκοὺς καὶ φθισικοὺς, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ πνεύμονος ἢ θώρακος, ἢ τοῦ ὑμένος τοῦ διαφράγματος ἀναπτύοντας ῥυπώδη καὶ ῥυπαρὰ, καὶ τοὺς ἤδη φθίσιν μελετῶντας, ἄριστον βοήθημα. ἔχει δὲ οὕτως.

Semperuiui succi, paßi Cretici, mellis Attici, singulorum cyathi duo, urticæ seminis cõtusi uncia, cucumeris satiui seminis uncia, cupreßi seminis uncia. Omnia simul usque ad dimidias coquito, sorditiesq; proijcito. iuri decocti picis liquidæ cyathũ addito, coquitoq; ad mellis spißitudinem: nec non nardi Syriacæ drachmam admisceto, thuris drachmas tres, croci drachmas duas, piperis albi drachmas duas. Fabæ instar lingendum dato. Quòd si affectus prædicti uehementer increscant & intendantur, nucem pineam torridam adhuc, probè contusam, coniectam'que in ollam recentem, aquæ quod satis est ei superfundens, incoquito usque ad tertias, & percolato. iure in uicem reliquæ aquæ utitor.

Ἀειζώου χυλοῦ, γλυκέος κρητικοῦ, μέλιτος ἀττικοῦ, ἀνὰ κυ. β. κνιδοσπέρματος κεκομμένου οὐγγ. α. σικύου ἡμέρου σπέρματος οὐγγ. α. κυπαρίσσου σπέρματος οὐγγ. α. ἕψε πάντα ὁμοῦ, ἕως καταλειφθῇ τὸ ἥμισυ, καὶ τὸ πιτυρῶδες ῥίψον. εἰς δὲ τὸ ὑγρὸν πρόσθες πίσσης ὑγρᾶς κυ. α. καὶ ἕψε ἕως συστάσεως μελιτώδους, καὶ πρόσβαλλε νάρδου συριακῆς δραχ. α. λιβάνου δραχ. γ. κρόκου δραχ. β. πεπέρεως λευκοῦ δραχ. β. ἡ δόσις, κυάμου τὸ μέγεθος ἐκλεικτόν. ἐὰν δὲ σφοδραὶ ὦσιν αἱ ἐπιτάσεις τῶν προειρημένων παθῶν, στροβίλινον ὀπτὸν ἔτι γενναίως θλάσας, καὶ βαλὼν εἰς χύτραν καινὴν, ἐπιχέων ὕδωρ τὸ ἀρκοῦν, ἕψε ἕως οὗ καταλειφθῇ τὸ τρίτον, καὶ διηθήσας, χρῶ τῷ ὑγρῷ ἀντὶ τοῦ λοιποῦ ὕδατος.

Antidotum

Ἀντίδοτος

Ἀντίδοτος καλὴ πάνυ, πρὸς στομάχου ῥευματισμὸν, ἀναφορικοὺς, βηχικοὺς, καὶ περιπνευμονικούς. βοηθεῖ διὰ τάχους, καὶ ἀλύπως.

Κρόκου, φύλλου ἀνὰ δραχ. α'. πρασίου, ἴρεως, πεπέρεως λευκοῦ, γλήχωνος, ὑσσώπου ἀνὰ δραχ. β'. ὀροβίνου ἀλεύρου ξε. α'. ἀμυγδάλων πικρῶν ξε. α'. μέλιτος καλοῦ ξε. α'. χρῶ ὡς πάνυ καλλίστῳ βοηθήματι.

Ego sanè noui uiscerum duritiem humectantibus & tẽperatis me curasse, nempe balneis et hydrelæo usum: necnon rosaceo oleo et chamæmelino: similiter etiã balneis temperatis, quemadmodum in alijs superfusionibus ex nardino, gleucino & anethino oleo: item Marciato, & horum similibus: adhæc uictu calefaciẽte, utpote pipere cibis iniecto, & aniso, & alijs quæ eiusdem sunt facultatis: insuper potione ex spica nardi, asaro, & id genus antidotis, quæ extenuare & calefacere possunt. Quoniam igitur non pauca à contrarijs euenire solẽt, attendendum est diligenter: etenim acores in stomacho subinde non solum ex frigiditate, sed etiã calore oriuntur. Nouimus autem plerosq; medicos putare, omnem acorem à sola frigiditate prouenire: qua de causa semper his calefacientia adhibent. Video rursus multos etiam à refrigerantibus cibis adiutos fuisse, qui antea à calefaciẽtibus plurimum offenderentur. Nam uinum potius ipsis magis acescebat, quàm calidiores potiones factitiæ, quæ ex pipere aut aniso, aut alio quodam huiusmodi parantur medicamẽto. Quare talib. repudiatis, contrarijs usi, temperata aqua largiore, cibis boni succi, & qui ægrè confici possunt, ut bulbio et sternio

Acidus uictus.

sternio, aut anserum uentriculis, iuuencæ pedib. ex posca: et ex pisculẽtis, orpho, isicijs, pectinibus, ostreis non coctis, celerrimè tali affectu liberati sunt, ut neq; acidos ructus, neq; aliam cruditatem in posterum sustinerent. Ex talibus igitur uniuersis cõiectura aßequi licet, idem accidens à cõtrarijs sæpe causis oboriri. Quẽadmodum autẽ in acido ructu, ita rursus cura habẽda est, ubi æger amaritudinem causatur, & non statim humidis in totum & refrigerantibus utẽdum. Fieri namq; potest, ut uiscosi abundent humores, in quib. bilis, dum ad superiores partes effertur, huiusmodi cõsensum, etiamsi non admodũ copiosa fuerit, ægro præbet. Omnes igitur arquatos amaritatem percipientes uidere licet, attamẽ non omnes à refrigerantibus adiuuantur. Multi siquidem etiã allijs liberalioribus usi, arquato liberati sunt, ita ut neq; reliquo tẽpore amaritudinẽ perceperint: id quod meritò accidit, cum neq; ab eadem causa arquati fiant, sed alij ob iecoris inflammationem, alij ex uentriculi intemperie, alij à uiscosis humoribus: sed hi curari nequeunt, nisi extenuantibus & calefacientibus, quemadmodum rursus considerandũ est, etiã in ijs qui copiosiora expuũt, et frigidũ putantur stomachũ habere.

Arquati nõ una est causa.

Non

στερνίῳ, ἢ χηνῶν κοιλίαις, καὶ δαμαλοποδίοις σὺν ὀξυκράτῳ, καὶ ὀρφῷ, ἰσικίοις, καὶ κτενίοις, καὶ ὀστρέοις ἀνέψθοις, τάχιστα δὲ τοιαύτης διαθέσεως ἀπηλλάγησαν, ὡς μηδὲ ὀξυρεγμίαν, μηδὲ ἄλλην ἀπεψίαν ὑπομεῖναι τοῦ λοιποῦ. ἐκ τῶν τοιούτων οὖν ἁπάντων ἐστὶ στοχάσασθαι, ὡς τὸ αὐτὸ σύμπτωμα πολλάκις ὑπὸ τῶν ἐναντίων αἰτίων γίνεται, καθάπερ ὑπὸ δὲ ὀξώδους ἐρυγῆς, οὕτω πάλιν δεῖ πολυπραγμονεῖν καὶ ἐφ᾽ ὧν πικρίαν ὁ κάμνων αἰτιᾶται, καὶ μὴ πάντως εὐθὺς τοῖς ὑγραίνουσι καὶ ἐμψύχουσι χρήσῃ. καὶ γὰρ ἐνδέχεται γλίσχρους πλεονάζειν χυμοὺς, ἐφ᾽ ὧν ἡ χολὴ βασταζομένη πρὸς τὰ ἄνω μέρη, τοιαύτην συναίσθησιν, εἰ καὶ μὴ πολλή τις εἴη, πάνυ παρέχει τῷ κάμνοντι. πάντας οὖν τοὺς ἰκτεριῶντας ἐστὶ θεάσασθαι πικρίας αἰσθανομένους, ἀλλ᾽ ὅμως οὐχ οἱ πάντες ὑπὸ τῶν ἐμψυχόντων ὠφελοῦνται. πολλοὶ γὰρ καὶ σκόρδοις χρησάμενοι πλείοσιν, ἀπηλλάγησαν τοῦ ἰκτέρου, καὶ τοῦ πικρίας ἔχειν τοῦ λοιποῦ συναίσθησιν. εἰκότως δὲ τοῦτο συμβαίνει. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ δὲ αὐτῆς αἰτίας γίνονται, ἀλλ᾽ οἱ μὲν διὰ φλεγμονὴν τοῦ ἥπατος, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς δυσκρασίας τῆς γαστρὸς, ἕτεροι δὲ ὑπὸ γλίσχρων χυμῶν. ἀλλ᾽ ἀδύνατον ἰάσασθαι, εἰ μὴ τοῖς λεπτύνουσι καὶ θερμαίνουσιν, ὥσπερ πάλιν δεῖ λογίζεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἀποπτυόντων πλείονα, καὶ ψυχρὸν οἰομένων ἔχειν τὸν στόμαχον.

οὐ γὰρ

οὐ γὰρ πάντως ὑπὸ πολλῆς ὑγρότητος γίνεται τὸ τοιοῦτον. ἐνδέχεται γὰρ καὶ διὰ θερμότητα συμβαίνειν. νηστεύοντες γὰρ καὶ ὀλιγοσιτοῦντες πάσχουσι τοῦτο πολλάκις, καὶ οὐ παύονται σιελίζοντες καὶ ἀποπτύοντες πολλά, ἕως οὗ τροφὴν προσενέγκωνται. δῆλον δέ, ὅτι διὰ θερμασίας ἀναλυούσης τὰ ἐν τῷ βάθει ὑγρὰ συνέβαινε τοῦτο. ἐπειδὰν γὰρ ἡ φύσις ἡ πέττουσα τὴν τροφὴν ἀναλώσῃ τὴν προσενεχθεῖσαν, ἀναγκάζεται τηνικαῦτα πάλιν ἀναλύειν ἃ προσέθηκε. καὶ διὰ τοῦτο πλείονα πτύουσι, τηκομένης αὐτῆς τῆς ἐν τῷ βάθει ὑγρότητος. ὅτι δὲ διὰ θερμότητα γίνεται τὸ πτυαλίζειν αὐτοὺς πλεῖον, ἔνεστιν ἰδεῖν κἀπὶ τῶν καιομένων ξύλων. ἀποστάζουσι γὰρ καὶ αὐτὰ ὑγρόν, δηλονότι τοῦ πυρὸς ἐκκενοῦντος τὸ ἐν τῷ ξύλῳ περιεχόμενον ὑδατῶδες. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὀπτωμένων κρεῶν μάλιστά ἐστι συμβαῖνον θεάσασθαι.

Περὶ θεραπείας.

Θεραπεύειν οὖν χρὴ τοὺς διὰ θέρμην πολλὰ πτύοντας, διά τε τῶν ἐμψυχόντων καὶ δυσκατεργάστων τροφῶν, ὥσπερ πάλιν τοὺς δι' ὑγρότητα, τοῖς θερμαίνουσιν. ἀνδρὸς οὖν τετριμμένου κατὰ τὴν τέχνην χρεία πανταχοῦ, τοῦ δυναμένου τὴν ἀκριβῆ κρῖναι αἰτίαν. καὶ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐναντίων αἰτιῶν, ὡς εἰρήκαμεν, τὸ αὐτὸ γίνεται σύμπτωμα. ῥιγοῦσιν οὖν οἱ πολλοὶ καὶ ψύχονται τὸ σῶμα, τινὲς

μὲν

Non enim eiusmodi à copiosa in totum humiditate accidit, cùm etiam ob caliditatem euenire possit. Nam cùm ieiunant, & cibo modico utuntur, hoc sæpe experiuntur, nec desinunt saliuam emittere, & copiosa expuere, donec cibum aßumant. Clarum aūt est id accidere, dum caliditas humores qui in alto latent, dissoluit. Postquam enim natura cibum cōcoquens, oblatum insumpserit, tunc rursus quæ apposuit, dissoluere cogitur: atque idcirco copiosiora spuunt, humiditate quæ in alto hæres cit, liquescente. Quòd autem ob calorem crebrius expuere ipsos accidit, uidere licet in lignis cùm comburuntur: quippe humor ex eis destillat, nimirum igne, id quod aquosum in illis continebatur, euacuante. Idē etiā in carnib. dum assantur, potißimum euenire cernimus.

De curatione.

Curandi ergo sunt, qui ob calorem copiosa expuunt, cibis refrigerantib. & qui difficulter cōfici possunt: quemadmodum rursus eos qui ob humiditatem, calefacientibus. Opus igitur uiro est in arte omnifariā exercitato, qui exquisitè causā dijudicare queat. Etenim idem accidens à contrarijs, ut diximus, causis oritur. Quare plerique rigorem et frigus in corpore sentiunt: quidam

sanè

sanè à crudis humoribus, qui in eo superant: quidam uerò ob siccitatem, et inediam: alij propter bilē, quemadmodū alij rursus in externis partib. ob magnam inflammationē, quæ calidum sanguinem totum ad se attrahit, perfrigescūt. Multa sanè etiam alia exempla licet adducere, quòd eadem res à contrarijs, ut dictum est, subinde causis efficitur: uerùm hæc quoq; sufficiunt. Nam in febrium curationibus copiosius de hac re agetur: quia medici plurimùm ab eis decipiuntur, errantq́;.

De singultu.

Cap. 13.

CVm singultus etiā stomachicus sit affectus, his coniungere eū decet, ut omnis stomachicorum disputatio in idem sit collecta. Nam totus stomachus conuulsorio more, dum nonnulli mouentur, affici uidetur, ubi facultas ipsius expultrix illic largius ad recrementa quæ insident, grauant & rodunt, expellenda incitatur. Non rarò in euacuatione etiam ipsa ob siccitatem comitatur, nimirum ut in dysentericis, uel quocunq; alio modo largius euacuatis, et febri tētatis immodica, tale fieri spectamus. Fit aūt, ut etiā ob acrem quampiam qualitatem homo singultiat, sicut qui hydrogarū aßumpserit,

Singultus causæ.

aut

μὲν ὑπὸ τῶν πλεοναζόντων ὠμῶν χυμῶν, ἕτεροι δὲ διὰ ξηρότητα καὶ ἀσιτίαν, καὶ ἄλλοι διὰ χολήν. καθάπερ ἄλλοι πάλιν ψύχονται τὰ ἐκτὸς διὰ φλεγμονὴν μεγάλην, ὡς ἑαυτὴν ἐπισπωμένην πᾶν τὸ θερμὸν αἷμα. πολλὰ γοῦν καὶ ἄλλα παραδείγματα παρέχειν ἐστίν, ὅτι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ὑπὸ τῶν ἐναντίων, ὡς εἴρηται, πολλάκις αἰτιῶν ἀποτελεῖται. ἀλλ᾽ ἀρκεῖ καὶ ταῦτα. ἐπὶ πλέον γὰρ ἐν ταῖς τῶν πυρετῶν θεραπείαις ῥηθήσεται. καὶ γὰρ ὑπ᾽ αὐτῶν ἡ μεγίστη γίνεται πλάνη τοῖς ἰατροῖς.

Περὶ λυγμοῦ. ιγ.

ΚΑὶ τὸν λυγμὸν στομαχικὸν ὑπάρχοντα πάθος, ἐνταῦθα προσήκει συνάπτειν, ἵνα πᾶς ὁ τῶν στομαχικῶν συνειλεγμένος πρὸς αὐτὸν εἴη λόγος. φαίνεται γὰρ σπασμωδῶς ὅλος ὁ στόμαχος κινουμένων τινῶν σπώμενος, ὡς ἔοικε, τῆς ἐκεῖσε ἀποκριτικῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐπὶ πλέον ἐπεγειρομένης, εἰς τὸ ἀπώσασθαι τὰ ἐγκείμενα καὶ βαρύνοντα καὶ δάκνοντα περιττώματα. σπανίως δὲ καὶ ἐπὶ κενώσεως ἑπομένη αὐτῇ, δηλονότι ὑπὸ ξηρότητος· καθάπερ ἐπὶ τῶν δυσεντερικῶν, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ἐπὶ πλέον κενωθέντων, καὶ τῶν ἀμέτρως πυρεξάντων ἐστὶ θεάσασθαι τὸ τοιοῦτον γινόμενον. συμβαίνει δὲ ὑπό τινος δριμείας ποιότητος λύζειν τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἐπὶ τῶν προσαραμένων ὑδρόγαρον,

ἢ ἄλλο τι τί τοιοῦτον δῆξιν φέρον, καὶ μᾶλλον ἐφ' ὧν ἐστι καὶ ὁ στόμαχος αἰσθητικώτερος. καὶ αὗται μὲν αἱ αἰτίαι τοσαῦται καὶ τοιαῦται τοῦ λυγμοῦ. θεραπευτέον δὲ αὐτὸν οἰκείως πρὸς τὴν ποιοῦσαν διάθεσιν. εἰ μὲν γὰρ γλίσχρα καὶ παχέα τυγχάνοιεν ὄντα τὰ αἴτια, δῆλον ὅτι τοῖς λεπτύνουσιν καὶ τέμνουσι χρηστέον. τέμνει δὲ καλῶς καὶ μόνον ὄξος ὀλίγον ἐπιρροφούμενον, καὶ μάλιστα τὸ σκιλλητικὸν καλούμενον, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ κιρνώμενον ὀξύμελι. παρεθέμην δὲ καὶ τούτου τὴν σύνθεσιν καλλίστην, ἀνάγουσαν πρὸς πᾶσαν, καὶ πολλὰ ποιεῖν δυναμένην διάθεσιν, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ τὸν στόμαχον παθήμασι, καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις, καὶ ὀξυρεγμίας. ἔστι δὲ αὕτη.

aut aliud quid eiusmodi rosionem inferens, ac magis ubi stomachus quoq; est sensibilior. Atq; hæ sanè singultus causæ, tot et tales existunt: curari aũt ipsæ remedijs ad causam eum facientẽ propriè accõmodatis debet. Si enim causæ fuerint uiscosæ et crassæ, extenuantibus, et incidentib. utendum esse cõstat. Incidit aũt probè acetũ quoq; solũ, si modicè sorbeatur, et præcipuè quod uocatur scilliticũ: itẽ oxymeli, quod ex eo tẽperatur. Adieci autem huius quoq; cõpositionem optimã, quæ multis cõferre potest, præsertim stomachi affectib. et inflationib. acidisq; ructibus: est autem hæc.

Ὀξυμέλιτος σκευασία.

Σκίλλης τῶν ἐντὸς τῶν ἁπαλῶν λιτ. β. ὄξους δριμέος λευκοῦ ξε. ιε. πεπέρεως οὐγ. β. δαύκου κρητικοῦ σπέρματος δραχ. δ. μαράθρου σπέρματος δραχ. δ. κυμίνου δραχ. δ. σελίνου σπέρματος δραχ. η. πετροσελίνου μακεδονικοῦ οὐγ. β. σιλφίου οὐγ. β. ζιγγιβέρεως οὐγ. α. πυρέθρου οὐγ. α. νάρδου κελτικῆς δραχ. δ. λιβυστικοῦ δραχ. δ. ὑσσώπου δρ. α. γλήχωνος δραχ. α. ἡδυόσμου χλωροῦ δέσμην α. σελίνου χλωροῦ, δέσμην α. καρδαμώμου δραχ. β. πηγάνου χλωροῦ κλῶνας ε. μέλιτος ξε. α. φύλλου δραχ. δ. κόστου οὐγ. α. ἑψήματος ξε. β. ἀγαρικοῦ οὐγ. α. ναρδοστάχυος, ἀμώμου ἀνὰ οὐγ. α.

Oxymelitis confectio.

Scillæ partis internæ tenerioris libræ duæ: aceti acris albi sextarij quindecim: piperis unciæ duæ, dauci Cretici seminis, fœniculi seminis, cumini, singulorũ drachmæ quatuor, apij seminis drachmæ octo, petroselini Macedonici unciæ duæ, laseris unciæ duæ: gingiberis uncia: pyrethri uncia, nardi gallicæ drachmæ quatuor, ligustici drachmæ quatuor, hyssopi Cretici drachma, pulegij drachma, mentæ uiridis fasciculus, apij uiridis fasciculus, cardamomi drachmæ duæ, rutæ uiridis turiones quinq;, mellis sextarius, folij drachmæ quatuor, costi uncia, sapæ sextarij duo, agarici, spicæ nardi, amomi, singulorum uncia.

Omnia hæc contusa diligenter, seorsim habeto, et scillam in acetum coniectã per dies septem macerari sinito, deinde ea sublata, reliqua omnia contusa, ubi validè læuigaueris unà, acetoq; indideris, alios dies septem sinito, deinde per linteolũ densum expressis etiã ad affectũ prædictũ utitor. Cæterũ et raphani radices in ipsũ tingere cõuenit, uomitũq; ciere. Adhæc mulsa, et spicæ nardi rutæq; decoctum potu ipsis auxiliatur: nec non panis ex condito comestus. Omnia namq; hæc adhibui, & in magno adeò singultu, ut æger è lecto exilire cogitaret, perfeci. Vsus autem sum præter hæc etiam extrinsecus in stomacho, castoreo, styrace et mastiche, oleo ipsa incoquens, et stomachum uehemẽter ex eo fouẽs. agitabam autem inter coquẽdum oleum ruta. Porrò castoreum, et potum & olfactum in his probè opitulatur: item nardus gallica, asarũ, spica nardi, anisum, cuminum, & ligusticum. Quòd si recrementa rodentia & corrupta fuerint, ijs utendum esse constat, quæ contemperant, & simul id quod rodit, abstergere possũt. Vinum his circumcidendum est, atque omnia acria decocta: tẽperata autem aqua utendũ, et pane ea imbuto, ptisanáque copiosa, pisciculo qui aceti paulum habeat, &

πάντα ταῦτα κόψας, ἐπιμελῶς ἔχε κατ᾽ ἰδίαν. καὶ βαλὼν εἰς τὸ ὄξος τὴν σκίλλαν, ἔασον ἐμβραχῆναι ἡμέρας ἑπτὰ, ἔπειτα λαβὼν τὴν σκίλλαν, ῥίπτε. τὰ ἄλλα δὲ πάντα τὰ κοπέντα συλλειώσας ἰσχυρῶς, καὶ βαλὼν εἰς τὸ ὄξος, ἔασον ἄλλας ἡμέρας ζ. ἔπειτα διὰ ὀθονίου πυκνοῦ ἐκθλίψας χρῶ, καὶ πρὸς τὴν εἰρημένην διάθεσιν, λοιπὸν καὶ ῥαφανίδας ἐμβάπτειν εἰς αὐτό. προσσήκει καὶ ἔμετον ποιεῖν. καὶ τὸ μελίκρατον δὲ, καὶ τὸ ζέμα τοῦ ναρδοστάχυος καὶ τοῦ πηγάνου πινόμενον ὠφελεῖ, καὶ ἄρτος εἰς κονδῖτον ἐσθιόμενος. πάντα γὰρ ἐποίησα ταῦτα καὶ ἐπὶ μεγάλου λυγμοῦ τοσοῦτον, ὡς ὑπονοεῖν ἐκτὸς κλίνης ἐξάλλεσθαι τὸν κάμνοντα. ἐχρώμην δὲ καὶ κατὰ τοῦ στομάχου πρὸς τούτοις ἔξωθεν καστορίῳ, καὶ στύρακι, καὶ μαστίχῃ, συνεψῶν ἐλαίῳ, καὶ πυριῶν αὐτοῦ τὸν στόμαχον σφόδρα. ἐκίνουν δὲ ἐν τῷ ἕψεσθαι τὸ ἔλαιον πηγάνῳ. τὸ καστόριον καὶ πινόμενον, ἢ ὀσφραινόμενον ἐπὶ τούτων καλῶς ποιεῖ, ἢ νάρδος κελτικὴ, ἢ ἄσαρ, ἢ ναρδόσταχυ, ἢ ἄνισον, ἢ κύμινον, ἢ λιβυστικόν. εἰ δὲ δακνώδη ἢ διεφθαρμένα εἴη τὰ περιττώματα, δῆλον ὅτι τοῖς ἐπικιρνῶσι ἢ ἅμα ἀπορρίπτειν τὸ δακνῶδες δυναμένοις ἀναγκαῖον κεχρῆσθαι. τὸν δὲ οἶνον ἐπὶ τούτων ἀνακοφίζειν δεῖ, ἢ πάντα τὰ δριμέα ἀποζέματα. τῷ δὲ εὐκράτῳ καταχρηστέον ἢ ἄρτῳ ἀποβεβρεγμένῳ ἐν αὐτῷ, καὶ πτισάνῃ πολλῇ, ἢ ἰχθύϊ ὀλίγον ὄξος ἔχοντι, καὶ

ἔχουσι, καὶ νεοττοῖς περιστερῶν, καὶ μὴ καθαίρειν τούτους οὐδὲν ἄτοπον. εἰ δὲ καὶ διὰ κένωσιν ἢ πυρετὸν ὁ λυγμός ἐστι, δηλονότι καὶ ἐπιμόνως εἴη γεγενημένος. τηνικαῦτα γὰρ ὑπὸ ξηρότητι συμβαίνει τὸ πάθος ἀμέτρως· κινδυνώδης μὲν εἰκότως ὁ τοιοῦτος. δεῖ οὖν τοῖς ὑγραίνουσι καὶ ψύχουσιν ὑπὸ τῶν τοιούτων κεχρῆσθαι βοηθήμασι, καὶ μάλιστα συνεχεστάτῳ εὐκράτῳ καὶ ἀλοιφῇ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ κενώσει. οἶδα δέ τινας τῶν ὑπὸ ταύτῃ τῇ δυσκρασίᾳ λυζόντων, ψυχρὸν ἐπιρροφήσαντα καὶ σωθέντα. ἀλλ' ὑπὸ φλεγμονῆς φεύγειν δεῖ τὰ ἐνεργείᾳ ψυχρά. μᾶλλον δὲ τὸ συνεχεῖ κεχρῆσθαι χλιαρῷ, κατ' ὀλίγον ἐπιρροφοῦντα. βρέχειν δὲ δεῖ θερμοτάτων χειρῶν ἄκρα συνεχέστερον, καὶ τοὺς πόδας ἐπιδεσμεῖν, καὶ διακατέχειν οὐδὲν ἄτοπον, καὶ πταρμοὺς ἐπιτηδεύειν, ἐφ' ὧν μάλιστα τῷ στομάχῳ ἐμπέπλασται ὑγρά. οὕτω γὰρ ἀπωθεῖται τὸ πνεῦμα στενοχωρούμενον, καὶ βίᾳ προσπταῖον, περιεχόμενον κατὰ τὸν στόμαχον, * καὶ καταιονήσεσιν. ἐφ' ὧν μάλιστα καὶ φλεγμονὴν ἐν ἥπατι ἢ στομάχῳ κατανοήσεις εἶναι, προφλεβοτομήσας, εἰ μὴ παντελῶς τὰ τῆς δυνάμεως ἀντικράττει. τοῖς τοιούτοις οὖν χρηστέον ἐμμεθόδως καὶ τεχνικῶς προσέχοντα καιρῷ, καὶ τάξει, καὶ ποιότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οἷς οἱ δοκιμώτατοι τῶν ἰατρῶν προσεῖχον.

& pullis columbarũ: atq; huiuſmodi ſingultientes purgãdi non ſunt. Sin aũt ob euacuationẽ aut febrim ſingultus accedat, nõ dubiè etiam firmiter perſeuerans, tunc enim ob ſiccitatem immodicam affectus oritur, talis meritò quidem periculoſus eſt. Quare in eiuſmodi humectantibus & refrigerantib. auxilijs, præſertim temperata aqua creberrima, unctione, et omnibus, quæ euacuatis adhibẽtur, utendũ. Noui autẽ quẽdam ex ijs qui ob hanc intemperiem ſingultiũt, frigida ſorbitione conſeruatũ. At in inflãmatione ea quæ actu frigida ſunt, uitari debent: magis etiam continuẽ tepida utendũ, paulatim eam ſorbendo: extremas autẽ manus calidiſsimas frequentius madefacere oportet: et pedes deligare, cõtinereq;, non eſt alienũ. Inſuper ſternutamenta accommodare, in quibus maximè humida ſtomacho infixa ſunt. Ita namq; ſpiritus, dum in anguſtias redigitur, et uiolentia incidit, humorem qui in ſtomacho cõtinetur, propellit. Adhæc ſuperfuſionib. ad ſtomachũ uti confert, in quibus potiſsimum etiam inflammationẽ illius aut iecoris eſſe conſideraueris, uena prius ſecta, niſi omnino uires diſſuadeant. Talib. igitur ratione et artificio utendũ eſt, ita ut animũ aduertas tẽpori, ordini, qualitati, et alijs omnibus, quib. celeberrimi medici aduertendum eſſe putarunt.

At ſi

At si multis atq; multis tentatis, æger nihil sentiat adiumenti solatijq;, dũ nihil ex ijs quæ ab arte suppeditantur, morbi difficultati succurrere potest, etiam naturalibus, quæ alligantur, uti alienum non est, ut ægrum conseruemus. Etenim impium est talem desere re, & prohibere ea quæ ægro ad salutem conferunt, cum etiam diuinißimus Galenus, & qui eum præcesserunt, his sint usi. Quare sapientißimus ille Didymus in libro qui Octaiomus uocatur, scri ptum reliquit.

εἰ δὲ πολλῶν καὶ πολλῶν γιγνομένων, ἀπαραμύθητος ὁ κάμνων εἴη, μηδενὸς τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης ἰσχυόντων βοηθῆσαι τῇ δυστροπίᾳ τοῦ νοσήματος, καὶ τοῖς φυσικοῖς περιάπτοις οὐδὲν ἄτοπον κεχρῆσθαι, χάριν τοῦ σῶσαι τὸν κάμνοντα. καὶ γὰρ ἀσεβὲς ἐστι τοιοῦτον παραλιπεῖν, καὶ γίγνεσθαι κώλυσιν τῶν εἰς σωτηρίαν συντελούντων τῷ κάμνοντι, ὁπότε καὶ ὁ θειότατος γαληνὸς, καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ τούτοις ἐχρήσαντο. ὁ μὲν οὖν σοφώτατος δίδυμος εἶπεν ἐν τῇ ὀκτατόμῳ αὐτοῦ βίβλῳ οὕτω καλουμένῃ.

Aliud.

Festucam, aut lapillum, aut fimum ex terra sublatum singultientis capiti, ipso ignorante, imponito, ac statim singultus desinit. In Cyrene hoc quoq; didici.

Ἄλλο.

Κάρφος, ἢ λιθάριον, ἢ κόπριον ἐκ τῆς γῆς ἄρας, ἔνθες ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ λύζοντος, λαθὼν αὐτὸν, καὶ εὐθέως παύεται. ἐν δὲ κυρήνῃ καὶ τοῦτο ἔμαθον.

Aliud.

Singultiens contineat manu sinistra calculos suffragiorum quadraginta, & capiti superim ponat, ac statim singultire desinet. Castoreum autem alligatũ citò singultum finit. Adhæc cuminum quoque panniculo lineo inditũ brachiali sinistræ manus alligato: hoc Aethiopes ad austrũ habitantes facere dictitant. Cretẽses tessarã manib. cõtinere, Γ ϱ ς γ & narib. offerre. Nõnulli uerò panis fracti micã auri singultientis tacitè imponũt, et fragmentũ olfaciunt, liberanturq;: alij

Ἄλλο.

Λύζων κρατείτω ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ψήφους μ. καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς ἐπιτιθέτω, καὶ εὐθέως παύσεται. καστόριον δὲ περιαπτόμενον παύει ταχέως. πρὸς τούτοις δὲ καὶ κύμινον δήσας ῥάκει λινῷ, περίαψον ὧδε τὸν καρπὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς. τοῦτο λέγουσι ποιεῖν τοὺς πρὸς νότον αἰθίοπας. κρῆτας κρατεῖν ψῆφον ταῖς χερσὶ, γ ϱ ς γ'. καὶ προσφέρειν τοῖς μυκτῆρσι. τινὲς δὲ καὶ κλάσαντες ἄρτον, καὶ ψιχίον λαμβανόμενοι εἰς τὸ οὖς ἐπιτιθέασι τοῦ λύζοντος σιγῇ, καὶ ὀσφραίνονται τοῦ ἀποκλάσματος, καὶ ἀπαλλάσσονται. ἄλλοι

ἄλλοι δὲ πήγανον μετὰ οἴνου ἑψήσαντες, ἢ μελικράτου, πίνειν διδόασιν. ἕτεροι σέλινον, ἢ καστόριον, ἢ δαῦκον κρητικὸν, ἢ ἄσαρ, ἢ νάρδον κελτικὴν, ἕκαστον ἰδίᾳ ἢ ὁμοῦ παρακελεύονται σὺν μελικράτῳ, ἢ ἀποζέσαντας διδόναι πίνειν, ἢ σίλφιον ὀσφραίνεσθαι. ἐξαιρέτως δὲ ποιεῖ καὶ ἀναγαργαρισμὸς, καὶ κατοχὴ τῶν ὤτων, καὶ τοῦ στόματος. πολλὰ δὲ μὴ καταφρονεῖν, ἀλλὰ πάντα προσάγειν μετὰ καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας, ἣν ἡ τέχνη παρακελεύεται πράττειν.

Περὶ χολέρας. ιδ.

Ὅτι μὲν ἡ χολέρα τῶν ὀξυτάτων ἐστὶ παθῶν, καὶ συγκοπὴν ἀξίαν ἐπιφέρουσα, καὶ κατάλυσιν ἄμετρον τῆς δυνάμεως, ἅπασιν ὡμολόγηται. διὰ τοῦτο οὖν εἰκότως ἀκριβοῦς τε διαγνώσεως καὶ ταχίστης θεραπείας χρεία. ἀναβολὴ μὲν γὰρ ἐπὶ πάντων τῶν ὀξέων νοσημάτων κακόν. ἐπὶ δὲ τοῦ πάθους τούτου ἡ τυχοῦσα τῆς θεραπείας ὑπέρθεσις οὐχ ἁπλῶς βλαβερὰ, ἀλλὰ καὶ παντελῆ φθίσιν ἐπιφέρει πολλάκις. χρὴ οὖν γινώσκειν, ὅτι χολέρα ἐστὶν ἡ ἄμετρος ἐκτάραξις ἡ διὰ γαστρὸς καὶ ἐμέτων γινομένη, ἐπ' ἀναρροπῇ καὶ κακώσει τοῦ στομάχου. μὴ ὑπολάβῃ δέ τις χολέραν καλεῖσθαι τὸ πάθος, ὅτι ὑπὸ χολῆς εἴωθε γίνεσθαι πάντως, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ τῶν ἐντέρων ἐθεώρουν ἐκκρινομένην τὴν διὰ γαστρὸς προσφερομένην ὕλην, τὰ δὲ ἔντερα, χολάδας ἐκάλουν οἱ παλαιοί,

alij uerò rutam ex uino, aut mulsa coctã potui præbent: alij apiũ aut castoreum, aut daucum Creticum, aut asarum, aut nardum Gallicam, singula priuatim, aut simul cũ mulsa, uel decocta potui, aut laser olfaciendũ exhibent. Eximiè facit etiam gargaryzatio, et auriũ orisq; detẽtio. Nõ autem oportet pleraq; contemnere, sed omnia etiã cum alia curatione, quã ars præstare iubet, adhibere.

De cholera. Cap. 14.

QVòd cholera sanè acutissimus sit affectus, syncopen insignẽ, immodicamq; uiriũ resolutionem inducens, omnibus in cõfesso est. Idcirco accuratè internosci, et celerrimè curari, meritò postulat. Etenim dilatio in omnibus acutis morbis nociua est: in hoc autẽ affectu etiam exigua ac leuis curandi mora, haud simplicem offensam, sed etiam absolutam subinde tabẽ, quæ phthisis dicitur, cõciliat. Cholerã itaq; immoderatã esse pturbationẽ, quæ per aluũ & uomitũ propter stomachi subuersionẽ, offensionẽq; proueniat, intelligẽdũ est. Ne autem quis affectũ hunc ideo Cholerã uocari putet, quòd à bile omnino fieri cõsueuerit, sed quia materia quæ per uentrem adfertur, ex intestinis uidetur excerni: intestina uerò choladas ueteres

appellabant, ut etiam Homerus testatur his uerbis, κέχυντο χαμαὶ χολάδες. quod est, Fusa erãt humi intestina. huius gratia etiam affectum choleram nuncuparunt. At non solum de una fit causa, sed etiam multis, nempe ob copiosiorem cibum assumptum, & quia concoqui non potuerit, corruptum: item ob prauorum humorum, aut ciborum, aut potionum, præsertim stomachum offendẽtium qualitatem, qualis est & pepon, & pingues dulcesq; & oleosi cibi. Gignitur etiam ex copia bilis, naturam sursum, aut infra ad exercendum irritantis: nec non ob nonnulla frigida applicata, ut epithemata quædam, aut frigidarum aquarum usum, si eas bibant, aut in eis diu natauerint. Quæ cum ita habeant, necesse est etiam de curatione tractare, quæ ad unamquamq; huiusmodi causam accommodetur.

Cholerę causę uarię

Curatio eorũ qui ex copia ciborũ cruditate laborarũt, inciderũtq; in cholerã.

Si igitur ciborũ corruptio per initia tibi appareat, & æger nihil ferè per uentrẽ aut uomitũ excernat, sed nauseet uelliceturq;, tũc ipsis exhibere conabimur quæ potius uomitũ prouocare largius possunt, qualis est mulsa, quæ ambo sine noxa præstare potest, nẽpe & aluum et uomitũ incitare.

Quòd

παλαιοὶ, ὥς φησι καὶ Ὅμηρος, λέγων· Κέχυντο χαμαὶ χολάδες. τούτου χάριν καὶ τὸ πάθος χολέραν ἐκάλεσαν. γίνεται δὲ οὐ μόνον μιᾶς χάριν αἰτίας, ἀλλὰ πολλῶν ἕνεκα. καὶ γὰρ διὰ πλείονα τροφὴν προσενεχθεῖσαν, καὶ τῷ μὴ δυνηθῆναι πεφθῆναι διαφθαρεῖσαν, καὶ διὰ ποιότητα δὲ μοχθηρῶν χυμῶν ἢ ἐδεσμάτων, ἢ πομάτων, καὶ μάλιστα τῶν κακούντων τὸν στόμαχον, οἷός τέ ἐστιν ὁ πέπων, καὶ τὰ λιπαρὰ, καὶ γλυκέα, καὶ ἐλαιώδη τῶν ἐδεσμάτων. γίνεται δὲ καὶ διὰ πλῆθος χολῆς ἄνω ἢ κάτω πρὸς ἔκκρισιν ἐρεθιζούσης τὴν φύσιν, καὶ διά τινας ψυχούσας προσφορὰς, οἷον ἐπιθεμάτων τινῶν ψυχρῶν ἢ ὑδάτων κατάχρησιν, πινόντων, ἢ νηξαμένων ἐπὶ πολύ. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τῆς θεραπείας εἰπεῖν πρὸς ἑκάστην αἰτίαν τῶν τοιούτων ἁρμοζομένης.

Θεραπεία τῶν διὰ πλῆθος σιτίων ἀπεπτησάντων, καὶ ἐμπεπτωκότων εἰς τὸ τῆς χολέρας πάθος.

Εἰ μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ φαίνοιτό σοι τὰ τῆς φθορᾶς, καὶ μηδὲν ἀξιόλογον ὁ κάμνων ἐκκρίνων διὰ γαστρὸς, ἢ δι᾽ ἐμέτων, ἀλλὰ ναυτιῶν τε καὶ σπαραττόμενος, σπουδάζειν δεῖ τηνικαῦτα παρασχεῖν αὐτοῖς ὅσα μᾶλλον προτρέψαι τὸν ἔμετον ἐπὶ πλέον δύναται, οἷόν ἐστι τὸ μελίκρατον ἀμφότερα ποιεῖν δυνάμενον ἀλύπως, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὸν ἔμετον παρορμᾶν.

εἰ δὲ

εἰ δὲ μὴ ἔχοιεν ἡδέως τὸ μελίκρατον, εὔκρατον αὐτοῖς ἐπιδοτέον πλεῖον. καὶ ἀναγκάζειν δεῖ αὐτοὺς ἐμεῖν, ἢ τοὺς δακτύλους, ἢ πτερὰ χηνῶν εἰς ὑδρέλαιον καθιέντας, ἕως ἂν τῶν διαφθαρέντων ἱκανὴ δόξῃ σοι γεγονέναι κένωσις. καὶ εἰ μὲν οὕτω σοι φανῇ, ὡς μηδὲν οὐδὲ πολὺ διαλιμπάνεσθαι περιττὸν ἐκ τῶν ἤδη φθασάντων ἐν τῇ γαστρὶ διαφθαρῆναι, ὕπνον τούτοις ἐπιτρέπειν ἐστὶν ἀναγκαῖον, ἡσυχίαν τε καὶ θάλψιν τῶν καθ' ὑποχόνδρια μορίων. ἀσθενούντων οὖν τούτων, γλυκὺ ἔλαιον θερμὸν ἐπιβαλλόμενον ὠφελήσει, εἰ γε χειμὼν εἴη, καὶ νάρδινον, ἢ γλεύκινον, ἢ μαρκιάτον. παυσαμένης δὲ τῆς κενώσεως μετὰ τὸν ὕπνον, μηδὲ πυρετοῦ παρόντος, οὐδὲ τὸ λουτρὸν ἄγειν σπουδάζειν αὐτούς, ἀνατρέφειν τε αὐτοὺς κατ' ὀλίγον, φυλαττομένους ἀπεψίαν μόνον. εἰ γάρ τι μὴ συμβῇ γενέσθαι παρεμποδίων, τάχιστα πάλιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανέρχονται, οἷα μηδὲ τοῦ στομάχου πεπονθότος, ἀλλὰ διὰ πλῆθος σιτίων φθορᾶς ἐπιγενομένης. ὅθεν οὐδὲ κυρίως ὀνομάζουσι τὸ τοιοῦτον εἶδος χολέραν.

Quòd si uerò mulsam non libenter sumant, tepida aqua ipsis liberalior dari debet, atque uomitus sollicitari aut digitis, aut pennis anserum ex hydrelæo in os inditis, donec corrupta abundè euacuata tibi esse uideantur. Et si quidem ita tibi apparuerit, ut nullum recrementum ex ijs quæ iam in uentre corrupta fuerant, copiosum remanserit, somnum ægris præcipere oportet, quietemq́; & præcordiorum fotum. Cum igitur hæc imbecillia sunt, dulce oleum calidũ iniectum adiuuabit: per hyemem autem etiam nardinum uel gleucinum, uel marciatum. At uacuatione post somnum finita, neque febri urgente, ad balneum duci debẽt, paulatimque cibo refici, ita ut cruditas tantum uitetur. Nisi enim quid impedimenti fuerit, celerrimè rursus ad naturalem statum reuertuntur, qualia neque stomacho affecto accidũt, sed corruptione ob copiam ciborũ oborta: unde neq; huiusmodi propriè choleram nominant.

Θεραπεία τῆς διὰ κάκωσιν στομάχου συμβαινούσης χολέρας.

Curatio choleræ ex uitiato stomacho prouenientis.

Εἰ δὲ μὴ διὰ πλῆθος σιτίων, ἀλλὰ διὰ κένωσιν, ἢ δι' ἀτονίαν γένοιτο τοῦ στομάχου προηγησαμένην, ἥτις καὶ

At si non ex ciborum copia, sed inanitione, aut imbecillitate stomachi prægressa euenerit, quæ etiam

etiã propriè Cholera uocatur, cũ sit immoderata per uentrẽ uomitumq; ut diximus, euacuatio, stomachus uitiatus atq; imbecillis reficiis deuoratis, si fieri potest, debet, quæ corroborent, et recreare queãt, nẽpe uictu et medicina. Dicamus igitur prius de uictu, qui hoc præstare possit, atq; ita tãdem de unctionibus quæ extrinsecus imponuntur.

De uictu.

Panis igitur his ante omnia idoneus est, si ex uino detur, aut myrteo, aut omphacomelite, aut palmatiano, siue sareptino, præsertim si æger non febricitet, sed etiam perfrixisse uideatur, & imbecillis sit uiribus, copiosoresq; pepones comederit. Hi enim cũ stomacho pluscululum aduersentur, uomitumq; immoderatius comesti moueant, choleræ affectũ gignunt. Quòd autem uomitum cieant, & stomacho sint inimici, experientia id licet cognoscere. Nam si duos sicci seminis scrupulos illi, qui uomitu opus habet, potui offeras, uidebis eum qui deuorauerit ex ipsis nauseare, uellicari que, & statim in uomitum prorumpere. At si æger febricitet quidem, ætate autem floreat, neque stomachus eius à frigidis, sed potius pinguibus, aut dulcibus, aut oleosis subuersus fuerit, & ructus nidorosi oriantur, his panis

καὶ κυρίως χολέρα καλεῖται, κένωσις ἄμετρος οὖσα διὰ γαστρὸς καὶ ἐμέτων, ὡς εἰρήκαμεν, κακωθέντα καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα τὸν στόμαχον τοῖς ῥωννῦσι καὶ ἀνακαλεῖσθαι δυναμένοις, εἰ δύνασαι, καταπεπωκότα προσαναπτήσασθαι, διά τε διαίτης καὶ φαρμακείας τοῦτο πράττοντα. εἴπωμεν οὖν πρότερον περὶ διαίτης, ἥτις τοῦτο ποιεῖν πέφυκε· καὶ οὕτω περὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων ἀλειμμάτων.

Περὶ διαίτης.

Ἄρτος μὲν οὖν ἐπιτήδειος τούτοις πρό γε πάντων εἰς οἶνον διδόμενος, ἢ μυρτίτην, ἢ ὀμφακομέλι, ἢ παλματίαν, χωρὶς σαρεφθίνου, καὶ μάλιστα εἰ μὴ πυρέττοι ὁ κάμνων, ἀλλὰ καὶ κατεψυγμένος εἶναι φαίνοιτο, καὶ ἀσθενὴς τὴν δύναμιν, καὶ βεβρωκὼς πλείονας πέπονας. οὗτοι γὰρ ἔχοντες ἐπὶ πλεῖον τὸ κακοστόμαχον, καὶ ἐμετικὸν, ἀμέτρως βρωθέντες, τὸ τῆς χολέρας ἐργάζονται πάθος. ὅτι δὲ τὸ ἐμετικὸν ἔχουσι καὶ κακοστόμαχον, ἔνεστι τῇ πείρᾳ τοῦτο γνῶναι. εἰ γὰρ ξηροῦ σπέρματος ἐπιδώσεις δύο γε. πιεῖν τῷ γε χρείαν ἔχοντι ἐμέτου, θεάσῃ παρ' αὐτὰ τὸν πεπωκότα, ναυτιῶντα καὶ σπαραττόμενον, καὶ εἰς ἔμετον εὐθὺς ῥιπτόμενον. εἰ δὲ πυρέττει μὲν ὁ κάμνων, ἀκμαστικὸς δὲ τὴν ἡλικίαν, καὶ μήτε ἀπὸ ψυχρῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ λιπαρῶν, ἢ γλυκέων, ἢ ἐλαιωδῶν ἀνατραπεὶς τὸν στόμαχον, καὶ ἐρυγαὶ κνισώδεις ἐπιγίνονται, οὐ δεῖ τὸν ἄρτον

ἄρτον αὐτοῖς εἰς οἶνον παρέχειν, ἀλλ' εἰς ὀμφακόμελι, ἢ εἰς τὸ κιβυρειακὸν ὑδρόμηλον, ἢ εἰς ὀξύκρατον, ἢ εἰς ὑδροροσάτον, ἐπιτρέπειν τε ἐπιρροφᾶν κατ' ὀλίγον ἐκ τούτων. εἰ δὲ ἐπιμένει τὰ τῶν ἐμέτων ἐπὶ πλεῖον γινόμενα, καὶ τοῦ ἡδυόσμου ζέμα δοτέον αὐτοῖς, ὡς μέγιστον βοήθημα. καὶ γὰρ πρὸς τῷ εὐστόμαχον εἶναι καὶ φυσικὴν ἐπιτηδειότητα πρὸς τὸ πάθος τοῦτο κέκτηται. εἰ δὲ κατεπείγει τὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τῶν ἄκρων καταψύξεις τε καὶ σπασμοὶ καὶ συστολὴ γένοιτο, καλόν ἐστι καὶ οἴνου προσπλέκειν τῷ ζέματι. πλέον γὰρ ἁπάντων ὀξέως τε καὶ ταχέως ἀνακαλεῖσθαι οἶνος οἶδε καταπεπτωκυῖαν δύναμιν· καὶ πολλοὺς εἶδον ἐκ μόνης τῆς τοῦ οἴνου πόσεως ὑπὲρ ἐλπίδα τὸν τοῦ θανάτου κίνδυνον ἐκφυγόντας.

panis nõ ex uino, ſed omphacomelite, aut cibyriaco hydromelo, aut poſca, aut hydroroſato dari debet, permittiq; ut paululũ ex his ſorbeat. Quòd ſi uomitus perſeueret diutius, etiam mentæ decoctũ, ut ſaluberrimum medicamentũ, ipſis dãdũ eſt. Etenim præterquã quòd ſtomacho illa grata ſit, etiam naturaliter ad hunc affectũ accommodata eſt. Sin aũt uires urgeãt, et extremorũ perfrictiones, conuulſionesq; & animi defectio oriatur, ſalutare eſt etiã uinum decocto admiſcere. Nam uinum omnium maximè ſubitò & celeriter uires collapſas refocillare poteſt, ac multos noui, ex ſola illius potione præter ſpem mortis periculum euaſiſſe.

Περὶ ἀλείμματος.

Χρὴ δὲ καὶ ἀνατρίβειν τὰ κατεψυγμένα μόρια, ἰρίνῳ μύρῳ, ἢ γλευκίνῳ, ἢ ναρδίνῳ, ἢ αἰγειρίνῳ, ἢ σικυωνίῳ, ἢ τινι τῶν ἐχόντων μάλιστα τὸ καστόριον, καὶ τὸν ἐλάφειον μυελόν. ταῦτα γὰρ ἅπαντα τοῖς τε σπωμένοις καὶ καταψύχεσθαι κινδυνεύουσιν, εἰσὶ πάνυ κατάλληλα.

De unctione.

Particulas autem refrigeratas perfricare irino unguento cõuenit, aut gleucino, aut nardino, aut populeo, aut ſicyonio, aut quodã alio quod recipit præſertim caſtoreum, & medullam ceruinam. Hæc enim omnia ijs qui conuelluntur, & propè perfrigeſcunt, admodum ſunt conuenientia.

Περὶ ἐπιπλασμάτων.

Δεῖ δὲ καὶ ἐπιπλάσμασι κεχρῆσθαι. εἰσὶ μὲν οὖν ἐπιτήδεια, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς μὴ κατέχοντας τὴν τροφήν, ὅ,τε ἄρτος ὁ σιλιγνίτης εἰς οἶνον ἑψόμενος, ἐσβαλλομένου ἐλαίου μηλίνου. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλφιτα εἰς

De Epiplaſmatis, ſiue Cataplaſmatis.

Vtendum etiam eſt epiplaſmatis, quæ ad eos præſertim idonea ſunt, qui cibũ nõ cõtinẽt, panis ſiligineus ex uino coctus, oleo melino adiecto, & polenta ſimiliter

Epiplaſmata idẽ q̃ cataplaſmata.

ex uino myrteo incocta. Quòd si desideretur myrteũ, ex uno prædictorum, aut palmatiano, aut Tyrio, aut Sareptino. Prius autẽ decoquatur in eo absynthiũ Ponticũ, rosæ, mala cotonea, palmulæ, iuncus rotundus siccus, & œnanthe: si tempus autem patitur, etiam capreoli uitis. deinde sic polenta coquatur: inter coquẽdum adijciatur etiam mastiche, et melinum oleum. Hæc enim omnia sunt apta, tum ad corroborandum, tum ad prohibendum ne aliud in ipsum influat.

De epithematis.

Multa sunt ad huiusmodi affectus prodita: quorũ autẽ nos habemus experientiam, hæc sunt.

Epithema dia œnanthes laudatissimum.

Oenanthæ drachmæ duæ, omphacij drachmæ quatuor, styracis itẽ drachmæ quatuor: acaciæ drachmæ octo, rosarũ siccarum drachmæ octo: gallæ omphacitidis drach. quatuor: palmularum drach. sex: uini austeri, olei myrtei, picis, singulorum drachmæ sedecim. Hoc medicamentum ad hepaticas, dysenterias, uomitiones, & eos qui cibũ retinere nequeunt, præstantissimum existit.

Epithema quod ex malis constat, Diamelon Græcè dictum.

At si multis in uentre collectis flatibus

εἰς τὸν μυρτίτην οἶνον ἑψόμενα. εἰ δὲ μὴ παρῇ μυρτίτης, εἰς ἕνα τῶν εἰρημένων, ἢ παλματιανὸν, ἢ τύριον, ἢ σαρεφθινόν. προαποζεννύσθω δὲ τὸ ποντικὸν ἀψίνθιον, καὶ ῥόδα, καὶ μῆλα, καὶ κυδώνια, καὶ φοίνικες καὶ σχοινάνθια ξηρὰ, καὶ οἰνάνθη. εἰ δὲ ἔχει ὁ καιρὸς, καὶ οἱ ἕλικες τῶν ἀμπελῶν, εἶθ' οὕτως ἑψέσθωσαν τὰ ἄλφιτα, ἐπιβαλλέσθω δὲ ἐν τῇ ἑψήσει καὶ μαστίχη καὶ μήλινον ἔλαιον. ταῦτα γὰρ εἰσιν ἅπαντα ἐπιτήδεια καὶ ῥῶσαι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἕτερον εἰς αὐτὴν ἐπιῤῥεῖν.

Περὶ τῶν ἐπιθεμάτων.

Πολλὰ μὲν εἰσιν εἰρημένα πρὸς τὰς τοιαύτας διαθέσεις. ὧν δὲ ἡμεῖς ἔχομεν πεῖραν, εἰσὶ ταῦτα.

Ἐπίθεμα τὸ δι' οἰνάνθης κάλλιστον.

Οἰνάνθης δραχ. β. ὀμφακίου δρ. δ. στύρακος δραχ. δ. ἀκακίας δρ. η. ῥόδων ξηρῶν δραχ. η. κηκῖδος ὀμφακίτιδος δραχ. δ. φοινίκων δρ. ς. οἴνου αὐστηροῦ, ἐλαίου μυρσινάτου, πίσσης ἀνὰ δραχ. ις. τοῦτο καὶ πρὸς τὰς ἡπατικὰς δυσεντερίας ἄριστον, καὶ πρὸς τοὺς ἐμοῦντας, καὶ τὴν τροφὴν μὴ δυναμένους κατέχειν.

Ἐπίθεμα τὸ διὰ τῶν μήλων.

Εἰ δὲ στρόφοι καὶ διατάσεις ἐπιτείνονται πολλῶν ἀθροισθέντων ἐν τῇ γαστρὶ πνευμάτων,

πνευμάτων, εὔλογόν ἐστι καὶ σικύας ἐπιβάλλειν. αὗται γὰρ οὐ παραμυθοῦνται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὠφελοῦσι. συμβάλλονται δὲ καὶ τοῖς μὴ κατέχουσι τὴν τροφὴν, εὐθὺς μετὰ τὸ τραφῆναι τὸν κάμνοντα τιθέμεναι κατὰ τοῦ στομάχου. βιαίως γὰρ ἀνθέλκουσαι κωλύουσιν ἐπιγίνεσθαι ἔμετον. ἔτι δὲ καὶ χρονίζουσαι καὶ πέττεσθαι ποιοῦσι, καὶ τὴν γαστέρα δὲ πλείονα φερομένην ἐπέχουσι. καλὸν δὲ θερμοτέραις κεχρῆσθαι, ἐκτὸς κατασχασμοῦ. εἰ δὲ φλεγμονή τις εἴη χρονία καὶ σκιῤῥώδης περὶ τὰ ὑποχόνδρια γινομένη, τότε μετὰ κατασχασμοῦ κεχρῆσθαι οὐδὲν ἄτοπον.

flatibus tormina et distentiones oboriantur, ratio est etiam cucurbitulas admouere: hæ enim nō solum leniunt, sed etiam plurimum iuuant: ijs etiam conferunt, qui cibum non retinent, si statim cum æger illum assumpserit, stomacho adglutinentur. Nam ualidè retrahendo, uomitum fieri prohibent: præterea si diutius adhærent, etiam concoctionem iuuāt, & uentrem, ne amplius profluat, cohibent. At calidioribus citra scarificatū uti conducit. sin autē inflammatio quædā diuturna, & scirrosa circa præcordia orta fuerit, tunc cum scarificatu eas admouere non est absurdum.

Περὶ τῶν διὰ χολῆς πλῆθος ὑπομεινάντων τὸ τῆς χολέρας πάθος. ιε.

Εἰ δὲ πλεονάσασα ἡ χολὴ, καὶ φερομένη ποτὲ μὲν ἄνω, ποτὲ δὲ κάτω, τὸ τῆς χολέρας ἐργάζοιτο πάθος, ἔσται σοι δῆλον ἐκ τε τοῦ δήξεως καὶ θερμότητος περί τε τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὑποχόνδρια πολλῆς αἰσθάνεσθαι. εἶναι δὲ καὶ τὰ διὰ γαστρὸς φερόμενα καὶ διὰ τῶν ἐμέτων ἅπαντα χολώδη, καὶ διψᾶν σφοδρῶς, καὶ τὴν γλῶτταν ἔχειν τραχεῖαν. εἰ δὲ θέρος εἶναι τύχοι, καὶ τὸν νοσοῦντα νέον, τῇ θερμοτέρᾳ διαίτῃ πρῶτον χρησάμενον, πολὺ πλέον ἐκ τούτων ἡ διάγνωσις ἀληθεστέρα καὶ φανερὰ, ὡς διὰ τὸ πλεονάζειν τὸν χολώδη χυμὸν, τεχθῆναι συνέβη τὸ προκείμενον πάθος.

De ijs qui ob bilis copiam choleram sunt experti.

Cap. 15.

Quòd si bilis copiosior nunc sursum, nunc infrà choleræ affectum excitet, clarum tibi erit, eam ex rosione & caliditate circa uentrem ac præcordia ampliore percipi: ea uerò quæ per aluum & uomitus efferuntur, omnia etiam esse biliosa, ægrum uehementer sitire, & linguā habere scabram. Si æstas fuerit, & æger iuuenis, calidiore uictu primùm usus, multo magis ex his ueram notionem, manifestamq; consequêris, quòd affectus prædictus ex biliosi humoris abundantia procreatus fuerit.

Curatio.

Causam itaque efficientem obseruans, per contraria semper curabis, quæ refrigerare & humectare possunt, cibos, potus, & epithemata, quæ eiusdem sint facultatis. Proinde ptisanæ cremor refrigeratus his est idoneus: item lactuca eodem modo refrigerata, paulo aceti adiecto: similiter etiam intybus & troxymus: item panis ex aqua assumptus. inter testacea, pectines & buccina, lota sæpius: item bulbium & sternium, astacus discoctus, & pisces duri, quodq; ex ipsis fit isicium: necnon anserum & gallinarum cohortalium uentriculi.

De fructibus pomaceis.

Ex fructibus conducunt, qui non admodum maturuit, & mediocrem habet astrictionem: præsertim mala, pira, mala punica, & uua pensilis.

De bellariis.

Ex bellarijs, castaneæ et uuæ passæ expediunt.

De potione.

Aqua frigida cholerijs.

Potus his omnium maximè aqua frigida conuenit, quæ nō uniuersa, sed paulatim, & in cibi sumendi medio tempore bibatur. Quòd si ex symptomatis nimium infestātib. uires imbecilliores fieri cōtingat, nō alienū est hydromelū et omphacomeli eis exhibere, aut paulum uini, uel Sabini, uel

Θεραπεία.

Θεραπεύειν οὖν χρὴ πρὸς τὴν ποιοῦσαν αἰτίαν ἀποβλέποντα, τοῖς ἐναντίοις ἀεὶ χρώμενον, τοῖς ἐμψύχειν καὶ ὑγραίνειν δυναμένοις, καὶ σιτίοις καὶ πόμασι, καὶ ἐπιθέμασι τῆς αὐτῆς οὖσι δυνάμεως. πτισάνης τοίνυν χυλὸς ψυχρανθεὶς, ἐπιτήδειός ἐστι τούτοις, καὶ θριδακίνη ὡσαύτως ψυχρανθεῖσα, καὶ προσλαβοῦσα ὄξους βραχέος. ὁμοίως δὲ καὶ ἴντυβον, καὶ τρώξιμον, καὶ ἄρτος ἐξ ὕδατος, καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων τὰ κτένια, καὶ τὰ κηρύκια πλυθέντα πολλάκις, καὶ βοῦλβα, καὶ στόρνιον, καὶ ἀστακὸς δίεφθος, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ σκληροὶ, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ἰσικὸς, χηνῶν τε καὶ τῶν κατοικιδίων ὀρνέων αἱ κοιλίαι.

Περὶ ὀπωρῶν.

Καὶ τῶν ὀπωρῶν ἡ μὴ πάνυ πέπειρος, καὶ μετρίαν ἔχουσα στύψιν, καὶ μάλιστα μῆλα καὶ ἄπιοι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ κρεμαστὴ σταφυλή.

Περὶ τραγημάτων.

Τῶν δὲ τραγημάτων τὰ κάστανα, καὶ ἡ σταφίς.

Περὶ πόματος.

Πόμα δὲ τούτοις ἁρμόζει πλέον ἁπάντων, τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, πινόμενον μὴ ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν, καὶ ἐν μέσῳ τροφῆς. εἰ δὲ ἐκ τῶν ὀχλησάντων ἐπὶ πολὺ συμπτωμάτων, ἀσθενεστέραν συμβῇ γενέσθαι τὴν δύναμιν, οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ὑδρόμελον, καὶ ὀμφακόμελι τούτοις ἐπιδιδόναι, ἢ βραχέος οἴνου, ἢ σαβίνου,

ἢ

ἢ κνιδίου. εἰ δὲ καὶ ἀγρυπνία πολλὴ παρενοχλείη διὰ τὴν ἐκ τῶν κενώσεως συμβαίνουσαν ξηρότητα, δέον ἐστὶ καὶ τὸ διὰ κωδειῶν αὐτοῖς διδόναι, τὸ διὰ τοῦ κρητικοῦ σκευαζόμενον, εἰς δὲ ὕπνον τρεπομένοις, ἐπιμιγνύντας ὀλίγον ἐξ αὐτοῦ, τοῖς εἰρημένοις πόμασι.

Περὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων.

Ἐπιτιθέσθωσαν δὲ κατὰ τοῦ στομάχου καὶ τῶν ὑποχονδρίων, ἀείζωόν τε καὶ θριδακίνη, μετὰ ψιχῶν καὶ ῥοδίνου ἀναληφθέντα. καὶ κηρωτὴ δὲ καλῶς σκευασθεῖσα τὰ μέγιστα ὠφελεῖ. εἰ γὰρ ὁ καιρὸς ἔχει, ἐπιμιγνύειν αὐτῇ χυλὸν ἐκ τῶν ἑλίκων τῶν ἀμπέλων, ἢ ὄμφακος, ἢ πολυγόνου. κάλλιον γὰρ ἔσται καὶ ἰσχυρότερον πρὸς ἅπερ βουλόμεθα, καὶ γὰρ ἐμψύξαι καὶ τονῶσαι καὶ ἀποκροῦσαι τὸ συῤῥέον ἐν τῷ στομάχῳ, ἐπισχεῖν τε τὴν κάτω γαστέρα, καὶ εἰς εὐκρασίαν μεταβάλλειν τὸ πᾶν, καὶ τὴν ὄρεξιν ἐπεγεῖραι, ταῦτα πάντα, καὶ ἄλλα πλείονα ποιῆσαι δύναται. οὕτω μὲν οὖν αὐτοὺς θεραπεύειν δεῖ, ἐφ' ὧν εἴτε ἔμετοι πλείονές τε καὶ συνεχέστεροι γίνονται, καὶ ἡ γαστὴρ ἀμετρότερα ἐκκρίνουσα φαίνεται, σπασμούς τε καὶ συγκοπὰς ἐπιφέρουσα, ὥστε κινδυνεύειν ἀπολέσθαι τὸν κάμνοντα, τῆς τε διὰ τῶν ἐμέτων καὶ διὰ γαστρὸς ἐκκρίσεως ἀμετροτέρας γινομένης.

uel Cnidij. Sin aũt uigiliæ quoque multæ infeſtauerint propter ſiccitatem, quæ ex inanitione accidit, diacodyon, quod ex ſapa Cretica paratur, dare ipſis quoque commodum eſt; & cum ſomnum capturi ſunt, paululum ex eo prædictis potionibus admiſcendo.

De ijs quæ extrinſecus imponuntur.

Imponantur autem ſtomacho, & præcordijs, ſemperuiuum, & lactuca, cum mica panis, roſaceo'que excepta: item ceratum probè confectum, optimè & maximè iuuat: ſi tempus ferat, capreolorum uitis, aut uuæ acerbæ, aut polygonij ſuccus ei miſcebitur. Præſtantius enim erit, & ad ea quæ uolumus efficacius. Etenim refrigerat, corroborat'que, & id quod in ſtomachum influit, repellit: necnon inferiorem uentrem cohibet, totum'que corpus ad bonam temperiem mutat, & appetentiam excitat. hæc omnia alia'que plura præſtare poteſt. Hac igitur ratione ipſos curare oportet, in quibus & uomitus copioſiores, crebrioresq; fiunt, & uẽter immoderatius excernere, atq; conuulſiones ſyncopasq; inducere uidetur, ut æger de uita periclitetur, dũ immoderatior per uomitus & aluum excretio accidit.

De cholera, quæ citra noxam excitatur. Cap. 16.

QVòd si bilis ad excretionem procliuis, naturam irritare uideatur, nihil autem mẽtione dignum uel per aluum descendat, uel per uomitũ erũpat, nõ absurdũ est, tũc etiã medicamẽto purgante uti, quod humorẽ biliosum purgare queat, præcipuè si æger iuuenis fuerit, & priori tẽpore purgari cõsueuerit, nũc autẽ cessauerit. Maximè igitur hoc *efficere potest citra noxam scammoniæ liquor ex pòsca, cum exiguo admodum mentæ succo, aut hydrorosato, aut hydromelite datus. At si bilis in uentriculi tunicas absorpta fuerit, etiã picra ipsis exhiberi debet, adiecta ei scãmoniæ lachryma, pro ut ægri uires permittunt. His igitur ad corpus purgandum uti debemus. Vbi uacuatio facta fuerit, & totũ corpus deinceps recrementis uacuum, ut nihil in uentrem posit influere, nauseæ statim cessabũt, & cibus qui offertur non corrũpetur, prauitate humoris iam euicta, minoreq́; facta: & in totũ corpus distribuetur, ipsumq́; probè nutriet, ut æger sequẽti tempore immunis à morbo, & sanus conseruetur. Cæterùm nosse oportet, frictionem per manus adhibitam, quietam, calidam*

Περὶ τῆς ἀλύπως κινουμένης χολέρας.

Εἰ δὲ ὀργῶσα μὲν ἡ χολὴ φαίνοιτο, καὶ ἐρεθίζουσα τὴν φύσιν, μηδὲν δὲ ἄξιον λόγου ὑποχωρῇ, μήτε διὰ τῆς κάτω γαστρὸς, μήτε διὰ τῶν ἐμέτων, οὐδὲν ἐστιν ἄτοπον τηνικαῦτα καὶ καθαρσίῳ κεχρῆσθαι τῷ δυναμένῳ καθαίρειν τὸν χολώδη χυμὸν, καὶ μάλιστα εἰ καὶ νέον εἶναι συμβῇ τὸν κάμνοντα, καὶ εἰωθότα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον καθαίρεσθαι· νῦν δὲ παυσάμενος εἴη. μάλιστα οὖν τοῦτο ποιεῖν δύναται ἀλύπως ὁ τῆς σκαμμωνίας ὀπὸς εἰς φοῦσκαν ἐπιδιδόμενος, μετὰ ὀλίγου πάνυ ἡδυόσμου, ἢ ὑδροροσάτου, ἢ ὑδρομέλιτος. εἰ δὲ καὶ δόξει ἀναπεπῶσθαι ἐν τοῖς γαστρὸς χιτῶσι τὴν χολὴν, καὶ τὴν πικρὰν αὐτοῖς ἐπιδοτέον, προσπλέκοντας αὐτῇ τὸ δακρύδιον, πρὸς τὴν δύναμιν ἀφορῶντας τοῦ κάμνοντος· τούτοις δεῖ κεχρῆσθαι πρὸς τὴν κάθαρσιν. κενώσεως οὖν γενομένης, καὶ τοῦ ὅλου λοιπὸν ἀπερίττου ὄντος, καὶ μηδενὸς ὑποῤῥεῖν δυναμένου περὶ τὴν γαστέρα, ταχέως αὐτε ναυτίαι παύσονται, καὶ ἡ προσφερομένη τροφὴ ἀδιάφθορος ἔσται, τῆς κακοχυμίας ἤδη νικηθείσης, καὶ ἐλάττονος γενομένης, καὶ πρὸς τὸ πᾶν ἀναδοθήσεται σῶμα. καὶ θρέψει χρηστῶς αὐτὸ, ὥστε τὸ λοιπὸν ἄνοσόν τε καὶ ὑγιεινὸν φυλαχθῆναι τὸν κάμνοντα. εἰδέναι δὲ δεῖ ὡς πλεῖον ἁπάντων τοῖς τὴν χολέραν ὑπομένουσιν ἡ διὰ τῶν χειρῶν ῥῖψις συμβάλλεται, ἡσυχῆ καὶ θερμὴ

καὶ πραεῖα. προσέτι καὶ ἡ ἐπίδεσις τῶν ἄκρων· καὶ εἰ μετὰ τῆς γαστρὸς κατεπείγει, πλείονες ἐπὶ τοὺς βραχίονας καὶ καρποὺς ἐπιβαλλέσθωσαν οἱ δεσμοί. εἰ δὲ τὰ τῶν ἐμέτων, οἵ τε μηροὶ καὶ τὰ σφυρὰ ἀποσφιγγέσθωσαν, καὶ πρὸς βραχὺ λύοντα αὐτοὺς, πάλιν ἐπιδεσμεῖν δεῖ. εἰ δὲ θεάσῃ ψυχομένους τοὺς πόδας ἢ σπωμένους, καὶ εἰς θερμὸν αὐτοὺς καὶ ὕδωρ ἐπιτρέπειν ἐμβαλεῖν, καὶ αὐτλεῖν μέχρις οὗ θερμανθῇ τὰ μόρια, καὶ σφόδρα ἐρυθρὰ γένηται. μετὰ δὲ τὴν προσάντλησιν, καὶ ἐρίοις ἐπιβαλλέσθωσαν, ὡς μὴ ἀποψύχεσθαι. μᾶλλον δὲ ταῦτα ποιητέον ἐστὶ μᾶλλον, ὅταν καὶ τὰ τῶν ἐμέτων κατεπείγῃ, καὶ ἡ ὕλη πρὸς τὰ ἄνω ὁρμῶσα φαίνοιτο, ὥσπερ εἴπομεν, τοὺς βραχίονας σφοδρῶς δεῖ πάλιν ἐπιδεῖν καὶ καταντλεῖν, κἂν ἡ τὰ τῆς γαστρὸς κατεπείγῃ. ἵνα ἀεὶ πρὸς τὸ ἐναντίον ἀντισπῶμεν τὴν ὕλην. καὶ τὰ ἄλλα δεῖ πράττειν ἐπιμελῶς ἅπερ εἴρηται. καὶ οὕτω μὲν οὐκ ἀποτεύξῃ τοῦ τὴν χολέραν θεραπεύειν. ὀξυτάτη γὰρ εἰ τυγχάνει, ἀθρόως ἐπιφέρει κίνδυνον.

Τέλος.

ΚΕΦΑ-

& mitem, ijs omnium maximè qui choleram sustinent cõducere: præterea etiam extremorum deligaturam. & si quidem aluus urget, plura brachijs & iuncturis, quibus illa cum manibus committuntur, uincula inijciēda esse: sin autem uomitus, tum femora, tum talos constringi, & paululum ipsa dissoluendo, rursus deligari oportere. Si pedes refrigerari aut cõuelli spectaueris, etiam permittes, ut calidæ ipsos aquæ imponant, ac fouebis, quousque particulæ incaluerint, uehementerq; rubescãt. A fotu lanis quoque obtegentur, ne refrigescant. atque hæc potius fieri debent, cũ etiam uomitus urget, & materia sursum erũpere uidetur, quẽadmodũ diximus, brachia uehementer uincire, & superfundere iterum oportere, si aluus item urserit: ut materiam semper in contrarium reuellamus: nec non alia, ut dictum est, diligenter administrari decet. atque eo pacto choleræ curatione non frustraberis. acutißima namque si oboritur, subitò periculum inducit.

LIBRI SEPTIMI
Finis.

CAPI-

CAPITA LIBRI octaui, & appendices.

ΚΑΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ὀγδόου βιβλίου.

Ἀντίδοτος ἡπατικὴ πρὸς τὰς μεγάλας ἐμφράξεις τοῦ ἥπατος, καὶ σκιῤῥώδεις διαθέσεις, διὰ πείρας.	Antidotum hepaticũ ad magnas iecoris obstructiones, & scirrosos affectus usu comprobatum.
Πρὸς ἥπατος ἔμφραξιν, ξηρίον δόκιμον, ὅπερ πολλάκις δέδωκα.	Ad iecoris obstructionẽ puluis nobilis, quem frequenter dedi.
Πρὸς ἥπατος καὶ σπληνὸς μεγάλην ἔμφραξιν, ὥστε καὶ σκληρίας μαλαχθῆναι μεγάλας.	Ad magnam iecoris & lienis obstructionem, ut etiã insignes duritias emollierit.
Πρὸς ἥπατος ἔμφραξιν.	Aliud ad iecoris obstructionẽ.
Ἄλλο διὰ πείρας, τὸ διὰ λαγωοῦ.	Aliud cõprobatũ, quod à lepore dia lagou dicitur.
Ἄλλο τὸ διὰ τοῦ βακάνου.	Aliud dia bacanu.
Ὅσα πρὸς ἧπαρ ἁπλᾶ βοηθήματα.	Simplicia ad iecur medicamẽ(ta.
ΠΕΡΙ ΑΤΟΝΙΑΣ ΗΠΑτικῆς καὶ δυσεντερίας. κεφ. γ.	DE IMBECILLITATE, & dysenteria hepatica. Cap. III.
Διάγνωσις.	Notæ.
Περὶ θερμῆς δυσκρασίας.	De calida intemperie.
Περὶ ψυχρᾶς δυσκρασίας.	De frigida intemperie.
Περὶ ξηρᾶς δυσκρασίας.	De sicca intemperie.
Περὶ ὑγρᾶς δυσκρασίας.	De humida intemperie.
Περὶ θεραπείας θερμῆς δυσκρασίας ἥπατος.	Quomodo calida iecoris intemperies curetur.
ΠΕΡΙ ΗΠΑΤΙΚΗΣ ΔΥσεντερίας, ἀπὸ ψυχρᾶς δυσκρασίας. κεφ. δ.	DE HEPATICA DYsenteria ex frigida intemperie. Cap. IIII.
Ὅσα συμφέρει τῇ ἀπὸ θερμῆς δυσκρασίας ἡπατικῇ δυσεντερίᾳ.	Quę hepaticæ dysenteriæ ob calidam intemperiem ortæ conferant.
Περὶ ἀντιβροχῆς πρὸς θερμὴν τοῦ ἥπατος δυσκρασίαν.	De fotu ad calidam iecoris intemperiem.
Ἀντίδοτος κυφοειδής, ποιοῦσα πρὸς ψυχρὰν δυσκρασίαν ἥπατος.	Antidotum cyphoides, ad frigidas iecoris intemperies utile.
Περὶ ἐπιβροχῆς καὶ καταπλάσματος.	De fotu & cataplasmate.
Ἐπίθεμα τονωτικὸν ἥπατος, συμπέττον φλεγμονάς.	Epithema tonoticõ, quod iecur corroboret, & inflammationes concoquat.

Ποτὸν Potio

Signa

Διάγνωσ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ βιβλίον θ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΗΠΑΤΟΣ φλεγμονῆς. κεφ. α.



Ὅτι μὲν ὥσπερ ἅπασα φλεγμονὴ ἐκ ζέοντος αἵματος ἔχει τὴν γένεσιν, οὕτω καὶ ἡ ἐν τῷ ἥπατι, ἅπασιν ὁμολόγηται. ὅπως δὲ χρὴ διαγινώσκειν αὐτὴν, ἐπιβλέψειν δεῖ, καὶ διακρίνειν αὐτὴν, εἴτε κυρίως αὐτῷ συμβέβηκε γενέσθαι τὴν φλεγμονὴν τῷ ἥπατι,

εἴτε

ALEXANDRI TRALLIANI liber octauus, IOANNE GVINTERIO Andernacho interprete.

DE INFLAMMATIONE iecoris. Cap. I.



Quod sanè, ut omnis inflammatio ex feruẽti sanguine trahit originem, ita etiã ea quæ in iecore oboriri solet, exordiũ sumat, oẽs fatentur. Quomodo aũt ipsa internosci debeat, discerniq́; nũ ipsi iecori propriè acciderit,

an tunicis ipsius, uel musculis extrinsecus ambientibus, considerare oportet. Et si iecur inflammatur, inspiciendum rursus est, & inquirendum, gibba'ne potius, an caua ipsius pars, uel etiam utraq; simul affecta sit. Si enim id cognitum discretúq; probè fuerit, curatio quoq; celeriter, sineq; impedimento administrari poterit.

Notæ, an gibbā iecoris partem inflāmatio obsideat.

Si igitur inflammatio in gibbis cōstiterit, facilè internosci potest, præsertim si magna sit. Nā secundum ambitū circumscriptū inflāmationis species ferri tunc uidetur: ac febrim inuehit ardentem, uomitum biliosum & erugínosum: frequenter iugulum detrahit, tussiculam mouet: septum transuersum coarctat: & grauitatis potius quàm inflammationis sensum infert. Si enim in tunicis aut ambientibus uasis constiterit, acriorem dolorem excitat. Quare si uniuersa iecoris inflammatio magna fuerit, ita ipsam nosse tum oculis ipsis, tum tactu, tum alijs prædictis indicijs expedit. Quòd si inflammationē non magnam, sed exiguam esse contigerit, ægrè ipsa internosci potest. Neq; enim febrim statim inducit, nisi insignem quandam magnitudinem acquisierit: neq; oculis hæc spectari, neq; tactu mani-

festò

ἄτε ἐν τοῖς χιτῶσιν, ἄτε ἐν τοῖς ἔξωθεν περικειμένοις μυσί, εἰ δὲ καὶ φλεγμαίνει τὸ ἧπαρ, ἐπισκέπτεσθαι δεῖ πάλιν, καὶ ζητεῖν ἆρά γε τὰ κυρτὰ πεπόνθασι μᾶλλον ἢ τὰ σιμὰ, ἢ καὶ τὸ συνάμφοτερον. ἐὰν γὰρ γνωσθῇ καὶ διακριθῇ καλῶς, καὶ ἡ θεραπεία ταχεῖα καὶ ἀνεμπόδιστος γενήσεται.

Διάγνωσις τοῦ εἶναι εἰς τὰ κυρτὰ τὴν φλεγμονήν.

Εἰ μὲν οὖν ἡ φλεγμονὴ περὶ τὰ κυρτὰ συστῇ, ῥᾳδίαν ἔχει τὴν διάγνωσιν, καὶ μάλιστα ἐὰν ᾖ μεγάλη. κατὰ περιγραφὴν γὰρ ὁρᾶται τηνικαῦτα τὸ εἶδος τῆς φλεγμονῆς ἄλλο φερόμενον, καὶ πυρετὸν ἐπιφέρει καυσώδη, καὶ ἔμετον χολώδη, καὶ ἰώδη πολλάκις, καὶ κατασπᾷ τὴν κλεῖν, καὶ βηχία κινεῖ, καὶ συγχωρεῖ τὸ διάφραγμα, καὶ μᾶλλον βάρους ἢ ὀδύνης συναίσθησιν ποιεῖ. εἰ γὰρ ἐν τοῖς χιτῶσιν, ἢ τοῖς πέριξ ἀγγείοις συστῇ, ὀξυτέραν τὴν ὀδύνην ἐργάζεται. εἰ μὲν οὖν μεγάλη σύμπασα περὶ τὸ ἧπαρ φλεγμονὴ, οὕτως αὐτὴν διαγινώσκειν δεῖ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῖς, καὶ τῇ ἁφῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰρημένοις σημείοις. εἰ δὲ μὴ μεγάλην τύχῃ εἶναι τὴν φλεγμονὴν, ἀλλὰ μικρὰν, δυσδιάγνωστος γίνεται. οὔτε γὰρ πάντα εὐθὺς ἐπιφέρει, εἰ μή τι ἀξιόλογον ἐπικτήσεται μέγεθος, οὔτε τοῖς ὀφθαλμοῖς ταῦτα θεάσασθαι, οὔτε τῇ ἁφῇ σα-

φῶς

φῶς ἐπιτεῦναι δυνατὸν, ἀλλ' ἔστιν αὐτὴν γνωρίζειν ἐξ ἄλλων. ἐὰν γὰρ ἐπιτρεψάντων ἡμῶν ἀναπνοῦσαι μεγάλως τῷ κάμνοντι, φαίη τινὸς αἰσθάνεσθαι βάρους καὶ ὀδύνης, γινώσκειν δεῖ φλεγμονὴν μικρὰν ἔνδοθεν εἶναι περὶ τὰ σπλάγχνα τοῦ ἥπατος.

Περὶ τοῦ εἶναι εἰς τὰ σιμὰ τὴν φλεγμονήν.

Εἰ δὲ περὶ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος συστῇ φλεγμονὴ, διαγινώσκεις ἐκ τοῦ πρῶτον περὶ τὰ κάτω μᾶλλον ὁρᾶσθαι τὸν ὄγκον, ἢ ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι, καὶ ἐκ τούτου λειποθυμίας ἐπιγίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀτροφεῖν τὸ σῶμα, καὶ ἄχροον καὶ λεπτὸν φαίνεσθαι, ὥστε τῷ χρόνῳ καταψυχομένου αὐτοῦ, καὶ ὑδερικὴν λοιπὸν παρέγχυσιν ὑφίστασθαι. οὕτω μὲν καὶ τὴν ἐν τοῖς σιμοῖς φλεγμονὴν διακρίνειν δεῖ τὴν ἀπὸ τῶν κυρτῶν.

τὴν δὲ ἐν τοῖς μυσὶν, εὐκαίρως γνωρίζειν ἐστίν. οὐδὲν γὰρ ὑποφέρουσι τῶν εἰρημένων συμπτωμάτων, καὶ προσέτι κατ' εὐθεῖαν ὁρᾶται σχηματιζομένη τοῖς μυσὶν ἡ φλεγμονὴ, καὶ ἔξωθεν φανερῶς ὑποπίπτει, οὐχ ὥσπερ ἐν τοῖς σιμοῖς ἔνδον ἐγκειμένη. θεραπεύειν δὲ δεῖ τοῦ ὅλου σώματος προνοουμένους. εἰ γὰρ αἷμα πλεονάζει ἐν τῷ παντὶ σώματι, χρὴ συντόμως ποιεῖσθαι τὴν θεραπείαν, καὶ

festò cognosci, sed ex alijs ipsa animaduerti potest. Si namq; æger, ubi nos præceperimus, ut magnam respirationem edat, grauitatem se quandam, et dolorem percipere dixerit, inflãmationẽ exiguã interius in iocinore, aut circa eius gibba existere sciendũ est.

Signa inflãmationis cauam iecoris partem occupãtis.

At si in caua iecoris parte inflammatio constituta fuerit, inde cognoscitur, quòd tumor primum in imis potius, quàm in supernis partibus conspiciatur: atq; hinc animi defectio succedat, imò etiam corpus alimentum non sentiat, pallidum et tenue appareat, ut tandem ipso refrigescẽte etiam aquæ subter cutem suffusio deinceps sequatur. Ita sanè inflammationem caua iecoris infestantem, ab ea quæ gibba exercet, discernere conuenit. At in musculis inflammationem tempestiuè cognoscere licet. Nullum enim ex prædictis accidentibus ægri sustinent: & præterea inflammatio è directo musculorum figurata conspicitur: necnon extrinsecus manifestò conspectui se offert, non quemadmodũ in caua iecoris parte intus delitescens. Curare aũt eam oportet ita, ut toti corpori prospiciamus. Si namq; sanguis in uniuerso eo superet, curatio protinus administrãda est, &

ſin autem fuerit, adijciatur huic ſapa, aut uinũ odoratum, tenue. ſimiliter etiã ſtomachus uino melino irrigãdus eſt. Adhæc utatur æger maximè inter initia balneo crebriore, & calidiore ſolio, magisq́; ſi aquæ potio & frigidorum ciborum eſus præceſſerit, ac pituitæ ſuſpicio ſit. Hoc ſi contigerit, paulum ad calidiorem uictus rationem inclinandum eſt: & uinum exhibendum Sareptinum, aut Tyrium, aut ex his quæ in Campania naſcuntur, Britianum aut Palmatianum. At ne te decipiant ea quæ deijciuntur, quemadmodũ uulgares pituitam illa eſſe putãtes: ſæpe enim eiuſmodi deſcendunt, interim ſanè à raſura, aliàs ab acrimonia albedinem nitoremq́; inteſtinorũ deradente, ac uocãt eiuſmodi ignorantes pituitam, & frigidum humorem: qui meritò cum in notatione decipiantur, etiam calidiorib. ægrum cibis uti potius cõpellunt. atq; euenit multo magis, inteſtinum ob malam medicantium rationem deradi & intumeſcere. Idcirco non ſolum ab excrementis, ſed etiam prægreſſo uictu & natura ægri accuratè internoſcas, quòd pinguedo reuera excernatur, uel à raſura. Ita etiam ipſe totum uictum inſtituito, nũc ad calidius, nunc ad frigidius, ea quæ adhibentur, conuertens.

Hæc

εἰ δὲ εἴη, προσπλεκέσθω τούτῳ σίραιον ὃ λέγεται καὶ ἕψημα, ἢ οἶνος εὐώδης λεπτός. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν στόμαχον οἴνῳ μηλίνῳ καταβρεκτέον. κεχρήσθω δὲ μάλιστα κατ' ἀρχὰς συνεχεστέρῳ λουτρῷ, καὶ τῇ ἐμβάσει θερμοτέρᾳ μᾶλλον εἰ ψυχροποσία τις εἴη προηγησαμένη, καὶ ψυχρῶν ἐδεσμάτων προσφορά, καὶ φλέγματος ὑπόνοια εἶναι. τούτου γὰρ συμβάντος, μικρὰ δεῖ ῥέπειν ἐπὶ τὸ θερμότερον, καὶ οἴνου παρέχειν σαρεφθίνου, ἢ τυρίου, ἢ τῶν ἐν καμπανίᾳ γινομένων οἴνων, βριττιανοῦ, ἢ παλματιανοῦ. μὴ ἐξαπατάτω δέ σε καθάπερ τοὺς πολλούς, οἰομένους εἶναι τὰ διαχωρούμενα φλέγματα. πολλάκις γὰρ τὰ τοιαῦτα προχωρεῖ, ποτὲ μὲν ὑπὸ ξύσεως, ἄλλοτε δὲ ὑπὸ δριμύτητος ἀναξυούσης τὸ γάνωμα τῶν ἐντέρων. καὶ καλοῦσι τὸ τοιοῦτον ἀγνοοῦντες, φλέγμα καὶ ψυχρὸν χυμόν, οἵτινες εἰκότως ἀπατώμενοι περὶ τὴν διάγνωσιν, καὶ θερμοτέροις ἀναγκάζουσι κεχρῆσθαι μᾶλλον ἐδέσμασι τὸν κάμνοντα, καὶ συμβαίνει μᾶλλον διὰ τὴν κακὴν τῶν ἰατρευόντων ἀγωγὴν ἐπὶ πλέον ἀναξύεσθαί τε καὶ ὀγκοῦσθαι τὸ ἔντερον. διὰ τοῦτο γοῦν μὴ μόνον ἀπὸ τῶν ἐκκρινομένων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς προηγησαμένης διαίτης καὶ φύσεως τοῦ κάμνοντος, ἀκριβῶς διαγνώσῃ, ὅτι πιμελῶδες ἐκκρίνεται ταῖς ἀληθείαις, ἢ ὑπὸ ξύσεως, οὕτω καὶ αὐτὸς τὴν ὅλην ποιοῦ δίαιταν, ποτὲ μὲν ἐπὶ τὸ θερμότερον, ἄλλοτε δὲ ἐπὶ τὸ ψυχρότερον μεταβάλλων τὰ προσαγόμενα.

τοσαῦτα

τοσαῦτα περὶ διαίτης εἰρήσθω, μόνον ἁρμόζειν δυναμένης ἐπὶ τῶν ἐχόντων ἕλκωσιν, οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀπευθυσμένου ἐντέρου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάσης δυσεντερίας.

Ποίοις ἐνέμασι χρηστέον ἐπὶ τῶν τὸ ἀπευθυσμένον παθόντων.

Εἰ μὲν νεαρὸν εἴη τὸ ἕλκος, καὶ καθάρσεως δεόμενον, κλύζειν δεῖ μελικράτῳ μόνῳ. εἰ δέ τις εἴη ὑπόνοια ῥευματισμοῦ, προσπλεκέσθω τῷ ὕδατι φακῇ καὶ ῥόδα, καὶ βάτου ῥίζα, καὶ οὕτω κλυζέσθω. καθαροῦ δὲ τοῦ ἕλκους γενομένου, τοῖς ἁπλουστέροις κέχρησο πρῶτον, οἷον ἀμύλῳ καὶ τῇ λημνίᾳ σφραγίδι, καὶ τῷ χυλῷ τῆς ὀρύζης, εἰ δὲ τὸ ἕλκος ἐπιρρεόμενον φαίνοιτο, ἐπιμιγνύσθω τῷ ἀμύλῳ καὶ ἀκακία μετὰ οἴνου βραχεῖσα, καὶ τοῦ χυλοῦ τοῦ ἀρνογλώσσου. καλῶς δὲ ποιεῖ καὶ ὁ σάμιος ἀστὴρ ἐπὶ τῶν τοιούτων. εἰ δὲ χρεία σαρκώσεως, προσβαλλέσθω καὶ ὁ λιβανωτός. γίνεται γὰρ κάλλιστον βοήθημα, σαρκῶσαι, καὶ εἰς οὐλὴν τὰ ἕλκη παράγειν δυνάμενον. ἔχει δὲ τὴν σύνθεσιν οὕτω, λημνίας σφραγίδος, γῆς σαμίας, πομφόλυγος, ἀκακίας, λιβανωτοῦ, κόμμεως ἀνὰ οὐγγ. α. λειώσας οἴνῳ παράπεμπε κρᾶσιν μίαν. ποιεῖ γὰρ καλῶς.

Ὑποθετὰ κάλλιστα πολλὴν ἡμῖν πεῖραν δεδωκότα.

Ἐφ' ὧν δὲ συνεχεῖς ἐξαναστάσεις, καὶ ἀγρυπνία πολλή, ὡς καὶ διὰ

Hæc ſolum de uictu dicta ſint, qui exulceratione͂ ſuſtinentib. cõuenire poteſt, nõ ſolum in recto inteſtino, ſed etiam in omni dyſenteria.

Quibus enematis in recti inteſtini affectu utendũ ſit.

Si recens ſit ulcus, & purgatione indigeat, eluere ſola aqua mulſa per clyſterem oportet: ſin autẽ ſuſpicio quædã fluxionis extiterit, adijciatur aquæ lẽticula, roſæ, rubi radix, atq; ita per clyſterẽ eluatur. Puro aũt ulcere facto, ſimplicioribus primũ utitor, ut amylo, lemnia ſphragide, hoc eſt ſigillo, et cremore oryzæ. Quòd ſi ulcus fluxionẽ experiri uideatur, amylo etiã acacia uino macerata, & ſucco plantaginis admiſceatur. Probè aũt facit etiam terra Samia quæ dicitur aſter, in eiuſmodi affectibus. At ſi carnem inducere opus ſit, lachryma thuris quoq; adijciatur. fit enim optimũ medicamentũ, quod carnem generare, & ulcera ad cicatricem perducere poßit. Cõponitur aũt in hunc modũ. Lemnij ſigilli, terræ Samiæ, põpholygis, acaciæ, lachrymæ thuris, gũmi, ſingulæ unciæ. trita uino una miſtura inſpergito: nã bene proficit.

Præſtãtiſsima quæ ano ſubijciũtur, longo uſu à nobis comprobata.

In quib. crebra deſidendi cupiditas, multaq; uigiliæ urgẽt, ut etiã hinc

hinc uires infirmētur. Bene quoque faciunt quæ Græci Hypotheta appellant, ex quib. & hæc multis adeò experimentis probauimus. scriptura ipsorum in hūc modum habet: Croci, thuris, myrrhæ, glaucij, singulæ unciæ, acaciæ unciæ duæ, uini quod satis est ad læuigandum. Penicilla nucleis pineis similia, paulo oblongiora formato, ac dextrè subijcito.

Alia glans, quæ etiam Clidion nominatur, ad tenesmos & alui profluuia efficax: nam doloris leuationē adfert quam primùm apponitur, somnū suauem inducens.

Myrrhæ troglodytidis, glaucij, opij, singulorum drachmæ duæ. uino modico odorato excipito, ac nucum pini magnitudine formato, subijcitoq́. Eximiè confert ijs qui tenesmo infestantur.

Cataplasma ad recti intestini inflammationem.

Micarū panis siliginei aqua maceratarum, croci, olei rosacei, oui tosti, palmularum Nicolai sapa maceratarū, purgatarumq́, omnium æqualem modum probè læuigatū, duplici pāniculo illinito: ac ubi calefeceris, tepidū ano subijcito. Confert etiam rosaceū per se stuppa iniectum, impositūq́: itē in balneo illitum. Similiter decoctum rosarum, & lenticulæ tepidum

διὰ τοῦτο τὴν δύναμιν ἀποκάμνουσι. καλῶς ποιοῦσι καὶ τὰ ὑποθετὰ καλούμενα, ὧν εἰσι καὶ ταῦτα πολλὴν πάνυ δεδωκότα πεῖραν. ἔχει δὲ τούτων ἡ γραφὴ οὕτω· κρόκου, λιβάνου, σμύρνης, γλαυκίου ἀνὰ οὐγ. α. ἀκακίας οὐγ. β. οἴνου τὸ ἀρκοῦν εἰς τὴν λείωσιν, ποιήσας κολλύρια στροβιλίοις παραπλήσια, μικρὸν ὑπομηκέστερα, εὐφυῶς παρατίθει.

Ἄλλο ὑποθετὸν, ὃ καὶ κλειδίον ὀνομάζεται, ποιοῦν πρὸς τεινεσμοὺς, καὶ ῥευματισμοὺς κοιλίας. ἀνωδύνους γὰρ ποιεῖ, ἅμα τῷ προστεθῆναι ὕπνον ἡδὺν ἐπάγον.

Σμύρνης τρωγλίτιδος δραχ. β. γλαυκίου δρ. β. ὀπίου δρ. β. οἴνῳ βραχεῖ εὐώδει ἀναλάμβανε. καὶ ποίει πυρήνων ἢ στροβιλίων μεγέθει, καὶ ὑποτίθει. ποιεῖ ἐξαιρέτως τοῖς ὑπὸ τεινεσμοῦ ὀχλουμένοις.

Κατάπλασμα ἐπὶ τῶν ἐχόντων φλεγμονὴν εἰς τὸ ἀπευθυσμένον.

Ψιχῶν σιλιγνίτου βραχέντων εἰς ὕδωρ, κρόκου, ῥοδίνου, ὠοῦ ὀπτηθέντος, φοινίκων νικολάου εἰς ἕψημα βραχέντων καὶ καθαρθέντων, πάντων ἴσως, καλῶς λειώσας ἐπίπλασσε εἰς ῥάκος διπλοῦν, καὶ θερμάνας, χλιαρὸν ὑποτίθεσο. ποιεῖ καὶ τὸ ῥόδινον καθ᾽ ἑαυτὸ ἐν στυπίον ἐμβαλλόμενον καὶ ἐπιτιθέμενον, καὶ ἐν λουτρῷ χριόμενον. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ζέμα τῶν ῥόδων καὶ τῆς φακῆς

χλιαρὸν ἀποσπογγιζόμενον, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν τὸ ἀπευθυσμένον ἐχόντων ἡλκωμένον καὶ φλεγμαῖνον, καὶ συνεχεῖς ἐξαναστάσεις.

Περὶ τῶν ἐν τοῖς παχέσιν ἢ μέσοις ἐντέροις ἕλκος ἐχόντων.

Εἰ δὲ συμβῇ τὴν ἕλκωσιν ἀνωτέρω τοῦ ἀπευθυσμένου γίνεσθαι, καὶ συνεχεῖς ἐξαναστάσεις, καὶ ἰχῶρας σηπεδονώδεις φαίνεσθαι, τηνικαῦτα καὶ τοῖς δραστικοῖς χρηστέον, καὶ ἐνέμασι, καὶ ὑποθετοῖς, καὶ ἔξωθεν ἐπιπλάσμασιν. ἀλλ' ἔστωσαν ἐν μὲν ὑποθετοῖς καὶ τὰ προειρημένα, καὶ ταῦτα δὴ πεῖραν ἱκανὴν δεδωκότα.

Ὑποθετὸν ἐπὶ δυσεντερικῶν.

Προαπολύσαντας τὸ ἔντερον τῷ προειρημένῳ ζέματι τῆς τε φακῆς, καὶ τῶν ῥόδων, καὶ τῶν ἄλλων στυμμάτων, καὶ οἷον ἀποσπογγίσαντας, ὑποτιθέναι ὑποθετὸν τοῦτο, τὴν σκευασίαν ἔχον ταύτην· κρόκου, σμύρνης, ὀπίου μήκωνος, λιβάνου ἄρρενος, ἐξ ἴσου βαλόντες, καὶ ὁμοίως τοῖς προτέροις σκευάσαντες, ὑποτίθεται. τοῦτο καὶ πρὸς κωλικοὺς ποιεῖν πεπίστευται.

Τροχίσκος δυσεντερικός.

Ἐφ' ὧν ἕλκος ἐν τοῖς ἐντέροις, καὶ νομὴ μεγάλη τις ἐστὶν, ἀνάγκη τοῖς διὰ ἀρσενικοῦ καὶ σανδαράχης καὶ τιτάνου κεχρῆσθαι τροχίσκοις. εἰσὶ δὲ πολλοὶ πρὸς τοιαύτας διαθέσεις

αὐτῶν

tepidum per spongiam, & quae his sunt similia adhibeto. Haec sanè recto intestino exulcerato, inflammatoq;, & crebris desidendi cupiditatibus conducunt.

Si crassa aut media intestina exulcerata sint.

Si exulcerationē superius quàm rectum intestinum est, & crebram desidendi cupiditatem fieri contingat, saniesq; putridae appareant, tum etiā efficacibus utendum & iniectionib. & glandibus, nec nō iis quae extrinsecus inducuntur: uerùm illa etiā quae praedicta sunt, glandium numero ascribantur. Atq; haec sanè usu satis sumus experti.

Medicamentū quod in dysentericis ano subiicitur.

Vbi intestinum praedicto lenticulae rosarum, & aliorum spissamentorum decocto antea per clysterem elueris, & ueluti spongia absterseris, hoc ano subiiciendum est, quod ista recipit. Croci, myrrhae, lacbrymae papaueris, thuris masculi, pares portiones. Hoc prioribus similiter paratum, ano subiicitur: item colicis bene facere creditum est.

Pastillus dysentericus.

In quib. ulcus, & nome quaedam magna intestina affligit, necesse est pastillis uti ex auripigmēto, sandaracha, et calce. Sunt aūt plerique ad huiusmodi affectus

inscripti.

inscripti, è quibus est & Faustinus, et dia arnoglossu dictus. sed nullus adeò ualidè ulcera depascētia lenire solet, ut qui à me paratur pastillus, cuius uim pleriq; præstantissimi medici in ipsis operibus admirati sunt: recipit autem hæc. Auripigmenti, sandarachæ, squāmæ æris, singulorū drachmas quatuor. Leuigatis ipsis collyriorū instar per æstum caniculæ, ita adijcito opij drachmam, calcis uiuæ drachmas duodecim: balaustij, hypocistidis succi, chartæ cōbustæ, singulorum drachmas decē. Læuigato rursus ex uino myrteo, aut spatithe, aut aminæo ad dies uiginti. excepta in pastillos redigito, datoq; uiris drachmas tres, mulierib. duas, pueris unam, ac refrigerato in umbra, utitorq;. præstantior aūt pastillus fit, si uetustescat. Porrò in hunc modū ipso utitor: postquam ex decocto lenticulæ clysterē ægro prius inieceris, tēpore interposito sic cū cremore oryzæ pastillū cū modico adipe hircino immittas, ex uino generoso antea læuigatū. Modus aūt esto eius quod immittetur, misturæ dimidiū. Cæterùm ægrū prius nutrito, atq; ita medicamentū ei indito, ac continendū permittito. Post hunc pastillū, alterius meminisse superfluū est. Tantū de dysenteria ob exulcerationē crassiorū, aut mediorū intestinorū proueniēte dictū esto.

ἀναγεγραμμένοι, ὧν ἐστιν ὁ, τε Φαυστῖνος λεγόμενος, καὶ ὁ διὰ ἀρνογλώσσου. ἀλλ' οὐδεὶς οὕτως ἰσχυρῶς οἶδε παύειν νομὰς, ὡς ὑπ' ἐμοῦ σκευαζόμενος τροχίσκος, οὗ τὴν δύναμιν ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων οἱ πολλοὶ τῶν ἀρίστων ἰατρῶν. ἔχει δὲ αὐτοῦ ἡ γραφὴ οὕτως, ἀρσενικοῦ, σανδαράχης, λεπίδος χαλκοῦ ἀνὰ δρ. δ. λειοτριβήσας αὐτὰ δίκην κολλουρίων ἐν τοῖς καύμασιν, οὕτως ἐπίβαλε, ὀπίου δραχ. α. ἀσβέστου ζώσης δραχ. ιβ. βαλαυστίου δραχ. ι. ὑποκυστίδος χυλὸν δραχ. ι. χάρτου κεκαυμένου δραχ. ι. καὶ λεάνας πάλιν σὺν οἴνῳ μυρτίτῃ ἢ σπαδίτῃ, ἢ ἀμιναίῳ, ἐπὶ ἡμέρας κ. καὶ ἀναλαβὼν ποίει τροχίσκους, ἀνδρείους μὲν δραχ. γ. γυναικείους δραχ. β. παιδικοὺς δὲ δραχ. α. καὶ ψύχειν σκιᾷ, καὶ χρῶ. κάλλιων δὲ γίνεται ὁ τροχίσκος ἐγχρονίζων. ποιοῦ δὲ αὐτοῦ τὴν χρῆσιν οὕτω, προκλύσας τὸν πάσχοντα τῷ ζέματι τῆς φακῆς, καὶ διαστήσας, οὕτω παράπεμπε μετὰ χυλοῦ ὀρύζης, καὶ ὀλίγου στέατος τραγείου τὸν τροχίσκον προλειώσας μετὰ οἴνου καλοῦ. τὸ δὲ μέτρον ἔστω τοῦ παραπεμπομένου, κράσεως ἥμισυ. προτρέφε δὲ τὸν κάμνοντα, καὶ οὕτως ἐνίει τὸ βοήθημα· καὶ συγχώρει κρατεῖν. μετὰ τοῦτον τὸν τροχίσκον περιττόν ἐστιν ἄλλου μεμνῆσθαι. τοσαῦτα περὶ τῆς δι' ἑλκώσιν ἐν τοῖς παχέσιν ἢ μέσοις ἐντέροις γινομένης δυσεντερίας εἰρήσθω.

Περὶ δὲ ἐν τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις συνισταμένης δυσεντερίας.

Εἰ δὲ συμβῇ γενέσθαι τὴν διάβρωσιν περὶ τὰ λεπτὰ τῶν ἐντέρων, τὰ διὰ στόματος ἁρμόζει μᾶλλον διδόναι βοηθήματα. τοιαῦτα δέ εἰσιν ἐν μὲν ἁπλοῖς, ἥ τε λημνία σφραγὶς ἐν ὀξυκράτῳ πινομένη, καὶ τὸ τυρῶδες γάλα κάλλιστόν ἐστιν ἐπὶ πάντων τῶν κατὰ γαστέρα δριμέων ῥευμάτων. χρὴ δὲ προαφεψημένῳ διαπύρους κόχλακας ἐμβάλλειν, καὶ πάλιν ἕψειν ἠρέμα, μέχρις ἂν ἐκδαπανηθῇ τὸ πολὺ τὸ ὀρῶδες αὐτοῦ περίττωμα. τινὲς δὲ καὶ σιδήρια προπυρώσαντες μᾶλλον ἀντὶ τῶν κοχλάκων, ἐνέβαλον τῷ γάλακτι. στυπτικὸν γὰρ ἔχων ὁ σίδηρός τι, μεταδίδωσιν αὐτῷ, καὶ πλέον ἐφεκτικώτερον ἀπεργάζεται. τινὲς δὲ καὶ κυνείαν κόπρον αὐτῷ λεπτοτάτην προσέμιξαν. ἀλλ᾽ οὐκ εὔλογον τοῦτο ποιεῖν, ἀφθόνως ἡμῖν διδομένων ὑπὸ τῆς φύσεως ἐδεσμάτων τε καὶ βοηθημάτων, καὶ βοτανῶν, ἅτινα σὺν ὄξει ἑψηθέντα καὶ ποθέντα, ξηραίνει τὰ κατὰ γαστέρα ῥεύματα. κάλλιον δ᾽ ἂν γένοιτο, προσμιχθέντος αὐτῷ τινος τῶν πρὸς δυσεντερίαν καὶ κοιλιακὰς διαθέσεις ἁρμοζόντων, καὶ ἐπὶ ἀκάπνου πυρὸς τηγανισθέντων. τὰ δὲ βαλλόμενα, ῥοῦς ἐστιν ὁ ἐρυθρὸς, ὅ, τε χυλὸς αὐτοῦ, καὶ ὀμφάκιον, καὶ σίδια, καὶ κηκὶς, καὶ ἡ τέφρα τῶν ὀπτηθέντων κοχλιῶν. ἐπιτήδεια δὲ καὶ γίγαρτα σταφυλῶν, καὶ

Si dysenteria in tenuibus intestinis constituatur.

Quòd si erosionem in tenuib. intestinis fieri contingat, medicamēta potius quæ per os aßumuntur, dare cōuenit. Eiusmodi autē sunt, inter simplicia quidē Lemnium sigillū ex pōsca potū: item lac caseosūm in omnibus uentris fluxionib. acribus saluberrimum est remedium. oportet autē prius decocto candentes calculos marinos inijcere, ac rursus sensim coquere, donec maior serosi recrementi portio consumpta fuerit: nonnulli etiam ferramēta potius candentia prius calculorum uice lacti iniecerunt. Cùm enim ferrū astringens quippiam habeat, hoc impertit ei, ac magis ad retinendum uentrē efficax reddit. Nonnulli etiā caninū stercus tenuissimū ei admiscuerunt. uerùm hoc ratio nō exigit ut faciamus, cùm & cibi et medicamenta à natura nobis donentur, nec non herbæ quæ cum aceto coctæ potæq; uentris fluorem desiccent. Commodius autem erit, admixto ei quodam ex ijs quæ dysenteriæ et cœliacis affectibus conueniunt, et in igne fumi experte frixa sunt. Quæ uerò inijciuntur, sunt hæc: rhus rubrum, succusq; eius, omphacium, malicorium, galla, & cochlearum tostarum cinis. Apti uerò sunt etiam acini uuarum, myrta,

myrta, meſpila, corna, & cotonea. Portulaca uerò dyſentericis ſalutaris cibus eſt, ſuccus ipſius potus efficacior. Plantago ſimiliter, caloribus potiſſimum conuenit: item rubi ſemen & flores, nec non lenticula bis aut ter decocta, exhibitaq́;. Iã in quercu liber qui cortici et ligno intercedit, aut tunica putamini glandis ſubiecta, potui ægris propinantur. Mori fructus ſubitò exiccatus, medicamentum fit abundè aſtrictoriũ, ut etiam dyſenteriæ & cœliacis affectibus opituletur. Contunditur autem, miſceturq́; obſonijs, quemadmodum rhois ſemen, ſi ex aqua ipſum, aut uino, aut ut dilutum quis bibere uoluerit, cœliacos & dyſentericos adiuuat. Porrò etſi aliorum complurium ſimplicium medicamentorum meminiſſe liceat, ſatis tamẽ eſt ad ſubiectam materiam iſta deligere, & contra præſentem affectum eadem componere. Non abſurdum autem eſt etiam ea nos meminiſſe, quæ frequenter ſumus experti.

Medicamẽta compoſita ad dyſentericos & cœliacos.

Medicamentum quod ex fructibus pomaceis conſtat, prædicto affectui eſt commodiſſimum: in quibus etiam potiſſimum intemperies uentris, iecoris, aut ſtoma-

καὶ μύρτα, καὶ μέσπιλα, καὶ κράνια, καὶ κυδώνια. ἀνδράχνη δὲ δυσεντερικοῖς ἀγαθὸν ἔδεσμα. δραστικώτερος δὲ αὐτῆς ὁ χυλὸς πινόμενος. ἀρνόγλωσσον ὁμοίως ἁρμόζει μάλιστα ταῖς θερμαῖς, βάτου καρπὸς, καὶ τὰ ἄνθη, φακὴ δὶς ἢ τρὶς ἀποζεσθεῖσα καὶ προσφερομένη, δρυὸς τὸ ὑπὸ τὸν φλοιὸν τοῦ πρέμνου τὸ ὑμένωδες, ἢ τὸ κέλυφος τῆς βαλάνου, ἀποζεννύμενα, καὶ τὸ ζέμα πινόμενον. μορέας ὁ καρπὸς ἀθρόως ξηρανθεὶς, στυπτικὸν ἱκανῶς γίνεται φάρμακον, ὥστε καὶ πρὸς δυσεντερίαν ἁρμόζειν, καὶ κοιλιακὰς διαθέσεις. κόπτεται δὲ, καὶ τοῖς ὄψοις μίγνυται, καθάπερ ὁ τοῦ ῥοῦ καρπὸς, εἰ δὲ ὕδατός τις αὐτὸν θέλει πίνειν, ἢ οἴνου, ἢ οὕτως ὡς ἀπόβρεγμα. κοιλιακοὺς γὰρ καὶ δυσεντερικοὺς ὀνίνησι. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἔστι μεμνῆσθαι ἁπλῶν βοηθημάτων, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ καὶ ταῦτα πρὸς τὴν ὑποκειμένην ὕλην ἀναλέγεσθαι τῷ βουλομένῳ, καὶ συντιθέναι πρὸς τὴν ὑποκειμένην διάθεσιν. οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ ἡμᾶς τῶν ἐκ πείρας πολλάκις ἀνυσάντων μνημονεῦσαι γραφῶν.

Πρὸς δυσεντερικοὺς καὶ κοιλιακοὺς σύνθετα βοηθήματα.

Τὸ διὰ τῶν ὀπωρῶν σύνθετον βοήθημα, χρησιμώτατον πρὸς τὴν ὑποκειμένην διάθεσιν, ἐφ᾽ ὧν ἡ μάλιστα δυσκρασία γαστρὸς ἢ ἥπατος, ἢ στο-

τοῦ στομάχου πάρεστι, ῥευματίζεσθαι μᾶλλον τὰ ἔντερα παρασκευάζουσα. ῥοιαὶ ὁλόκληροι, καὶ μῆλα κυδώνια ἀνὰ κ. ῥόδων ξηρῶν ξε. α. προύμνων ἀγρίων ξε. β. οὔων ἐφεκτικῶν ξε. β. ἀπίους καὶ μῆλα λ. ῥοῦ συριακοῦ ξε. γ. ξυλοκέρατα μ. μύρτων μελάνων ξε. α. γλεύκους ἀμιναίου τὸ ἀρκοῦν, ἀφεψημένα εἰς ὄστρακον, ἢ εἰς κάκαβον, ἕως οὗ σχῇ μέλιτος πάχος, καὶ βάλε εἰς κεράμιον, καὶ παρέχε.

Καταπότια κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς πεποιημένα.

Κηκίδος ὀμφακίτιδος ἀτρήτου, ὀπίου ἀνὰ οὐγγ. β. πετροσελίνου οὐγ. α. ἀναλάμβανε ὕδατι, καὶ ποίει καταπότια, καὶ δίδου ὀρεβίνθου μέγεθος, πρὸς τὴν δύναμιν ἀποβλέπων, καὶ τὸ ποσὸν στοχάζου. τοῦτο τὸ βοήθημα ἐπὶ τὰς πάνυ θερμὰς δυσκρασίας καλῶς ποιεῖ. πρὸς δὲ τὰς ἤδη πλέον θερμὰς καὶ ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης μετὰ ἀλφίτων καὶ οἴνου ποτιζόμενος. ἐφ᾽ ὧν δὲ τὸ ἧπαρ πάνυ ἀτονεῖ, καὶ ῥευματίζει τὴν γαστέρα, ἢ ἔμφραξιν ἔχον ἐμποδίζει τῇ ἀναδόσει, καλῶς ποιεῖ καὶ ἡ πικρά, πλέον πάντων ἡ ἀλόη πλυνομένη, καὶ γενομένη καταπότια. πρὸς δὲ τὴν διὰ ψύξιν δυσεντερίαν, οἱ ὄλυνθοι δὲ συνεχῶς πινόμενοι, καὶ θαυμασίως πῶς συντελοῦσι.

δεῖ

stomachi existit, quae intestina magis fluxionib. opportuna reddit. Mala punica integra, mala cotonea, singula uiginti: rosarum siccarum sextarius: prunorũ syluestrium sextarij duo: sorborum aluum astringentiũ sextarij duo: pira & mala triginta: rhus Syriaci sextarij tres: siliquae, quas Graeci Xylocerata dicunt, quadraginta: myrtorum nigrorum sextarius: musti Amynaei, quod satis est. decoquito omnia testa, aut cacabo, donec mellis habuerint spißitudinem, conijcitoq; in uas fictiles: & cum usus postulat, exhibeto.

Catapotia ad dysentericos & cœliacos.

Gallae omphacytidis nõ perforatae, opij, singulorũ unciae duae: petroselini uncia. Excipito aqua, fingitoq; catapotia, ac dato ciceris instar: ad uires respiciens, etiam modum conijcito. Hoc medicamentum calidis admodum intemperamentis opitulatur, calidioribus autem etiam cremor ptisanae cum polenta & uino potus. At in quibus iecur ualde infirmum est, & uentri fluxionem trãsmittit, aut obstructione laborans distributionem impedit, bene facit etiam picra: omnium maxime aloe elota, & in catapotia redacta. Porrò ad dysenteriam ex frigiditate contractam, großi potae mirũ est quàm cõueniant.

opor

oportet aũt ipsas uase æreo cõburere, atq; ita ex eis quod tribus digitis comprehendi potest, exhibere: atq; id tertiò facere. Detur autem ex uino generoso, præsertim in diuturnis affectib. ac ualidiorib. agricolarũq; corporibus.

Dysentericus pastillus per os datus ad omnia interna, omnemq́; fluxionem ualet.

Anisi drach. duæ: alterci drachmæ quatuor: apij seminis totidem, opij drachmæ duæ: febri carentibus ex uino: febricitantibus autem, & superioribus intestinis affectis, si multæ uigiliæ urgẽt, ex aqua datur. Potus uerò ante medicamenta quæ inferius indũtur, stomachũ ab enematis subuerti iam sinit.

De epithematis & unctionibus.

In dysentericis affectibus ab illis, unde morbus excitatus sit, per totam curationem incipiendum est, & ægro succurrendum. Solet enim mortis periculum comitari, tum copia excrementorum, tum frequentia desidendi, et quæ ex his sequitur uirium imbecillitate & cibi fastidio. Vnde non solum contentum esse oportet ijs quæ per os exhibentur, & per Enemata inijciuntur: sed etiam per ea quæ extrinsecus imponuntur, opitulari conandum est.

Con•

δεῖ δὲ καίειν αὐτοὺς ἐν ἀγγείῳ χαλκῷ, καὶ οὕτω παρέχειν ἐξ αὐτοῦ ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις δυνατόν ἐστι λαβεῖν, καὶ τοῦτο ποιεῖν ἐκ τρίτου. διδόσθω δὲ μετὰ οἴνου καλοῦ, μάλιστα ἐπὶ τῶν χρονίων διαθέσεων, καὶ ἰσχυροτέρων, καὶ γεωργικῶν σωμάτων.

Δυσεντερικὸς τροχίσκος διὰ στόματος διδόμενος, ποιεῖ πρὸς πάντα τὰ ἐντὸς, καὶ πᾶν ῥεῦμα.

Ἀνίσου δραχ. β. ὑοσκυάμου δρ. δ. σελίνου σπέρματος δραχ. δ. ὀπίου δραχ. β. ἀπυρέτοις μετὰ οἴνου, πυρέττουσι δὲ καὶ τὰ ἄνω πεπονθόσιν ἔντερα, καὶ ἀγρυπνοῦσι πολλὰ, μετὰ ὕδατος. προπινόμενος δὲ τῶν κλυστηρικῶν, οὐκ ἐᾷ τὸν στόμαχον ὑπὸ τῶν ἐνεμάτων ἀνατρέπεσθαι.

Περὶ ἐπιθεμάτων καὶ χρισμάτων.

Ἐπὶ δὲ τῶν δυσεντερικῶν διαθέσεων ὅθεν ἂν εἴη γεγονὸς τὸ νόσημα, διὰ πάσης προσήκει θεραπείας ἄρχεσθαι, καὶ σπουδάζειν βοηθεῖν τῷ κάμνοντι. κίνδυνος γὰρ ἐπακολουθεῖν εἴωθε θανάτου, καὶ διὰ τοῦ πλήθους τῶν ἐκκρινομένων, καὶ τὴν πυκνότητα τῶν ἐξαναστάσεων, καὶ τὴν ἐκ τούτων ἑπομένην τῆς δυνάμεως ἀσθένειάν τε καὶ ἀνορεξίαν. ὅθεν οὐ μόνοις ἀρκεῖσθαι δεῖ τοῖς διὰ στόματος παρεχομένοις, καὶ δι' ἐνεμάτων ἐνιεμένοις, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων πειρᾶσθαι βοηθεῖν.

ἀσὶν

ἀσὶν οὖν ἐπιτήδεια τά τε πόματα καὶ ἐπιθέματα, ὧν τὰς συνθέσεις ἀναγκαῖον ὑμῖν ἡγησάμην ἐκθέσθαι.

Ἐπίθεμα δυσεντερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς.

Ὑοσκυάμου λευκοῦ σπέρματος οὐγ. δ. ἀνίσου, ῥόδων ἄνθους, ῥοῦ συριακοῦ, ὑποκυστίδος χυλοῦ, βαλαυστίων ἀνὰ οὐγ. β. ὀπίου, κρόκου ἀνὰ οὐγ. α. τούτων ἕκαστον λειώσας μετὰ οἴνου μυρτίτου, καὶ μίξας ὁμοῦ, ἀνάπλασον τροχίσκους, καὶ ψύχε ἐν σκιᾷ. ἐν δὲ τῇ χρήσει κόπτων καὶ σήθων ὅσον ἐξαρκεῖ, ἀναλάμβανε φοίνιξι πατητοῖς. καὶ ἐπιπλάσας εἰς ὀθόνιον, ἐπίθες.

Κηρωτὴ καλλίστη.

Ἐφ' ὧν δὲ μάλιστα ὁ στόμαχος ἀσθενῶν ῥευματίζει τὰ ἔντερα, κέχρησο καὶ τῇ κηρωτῇ ταύτῃ ἐχούσῃ ταῦτα· φοινίκων λιπαρῶν οὐγ. α. μαστίχης οὐγ. α. στυπτηρίας ὑγρᾶς οὐγ. ς. ἀλόης οὐγ. α. οἴνου καὶ ῥοδίνου τὸ ἀρκοῦν. σκευάσας ἐπιμελῶς, ἐπίθες.

Τὸ διὰ οἰνάνθης ἐπίθεμα.

Καλῶς ποιεῖ καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον πρὸς δυσεντερίαν, ἐφ' οἷς καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς πέπονθε, καὶ ῥευματίζει τὰ ἔντερα· οἰνάνθης δρ. β. ὀμφακίου δραχ. δ. στύρακος δρ. δ. ἀκακίας δραχ. η. ῥόδων ξηρῶν δραχ. η. κηκίδος ὀμφακίτιδος δραχ. δ. φοινίκων δραχ. ς. οἴνου

Conueniunt igitur potiones, & epithemata, quorum compositiones exponendas uobis censui.

Epithema dysentericis & cœliacis efficax.

Alterci albi seminis unciæ quatuor: anisi, rosarũ floris, rhus Syriaci, hypocistidis succi, balaustiorum, singulorũ unciæ duæ: opij, croci, singulæ unciæ. Hæc singula ex uino myrteo læuigata mixtaq; simul in pastillos redigito, atque in umbra refrigerato. Cum usus postulat, contundes & incernes quantum satis est. Palmulis patetis excipito, ac in linteolum illita imponito.

Ceratum optimum.

At in quibus stomachus potissimum infirmus fluxionem intestinis transmittit, hoc quoq; utitor cerato, quod ista recipit. Palmularum pinguium unciam: mastichæ tantundem: aluminis liquidi uncias sex: aloes unciam, uini & rosacei quod satis est: confecta diligenter imponito.

Epithema diaœnanthes.

Hoc quoq; medicamentum ad dysenteriam bene facit, in quib. etiam os uentriculi affectum est, et intestinis fluxionem transmittit. Oenãthes drachmæ duæ, uuæ immaturæ succi drach. quatuor: styracis totidem: acaciæ drach. octo: rosarum siccarum totidem: gallæ omphacitidis drachmæ quatuor, palmularum drachmæ sex:

uini austeri, & olei myrtei quod satis est: picis drachmæ sex, ceræ drachmæ sedecim. Mirabiliter confert.

οἴνου αὐστηροῦ, καὶ μυρσίνου ἐλαίου τὸ ἀρκοῦν, πίσσης δραχ. ϛ. κηροῦ δραχ. ιϛ. ποιεῖ θαυμασίως.

Epithema ad tenesmos potissimũ, & cruentas excretiones cũ frigiditate.

Ἐπίθεμα πρὸς τεινεσμοὺς μάλιστα, καὶ αἱματώδεις ἐκκρίσεις μετὰ ψύξεως.

Ceræ unciæ sex: picis, croci, aloes, acaciæ, amomi, anisi, singulæ unciæ: styracis sescũcia: adipis unciæ quatuor: carpobalsami totidẽ: gleucini unciæ duodecim.

Κηροῦ οὐγ ϛ. πίσσης, κρόκου, ἀλόης, ἀκακίας, ἀμώμου, ἀνίσου ἀνὰ οὐγ. α. στύρακος οὐγ. α. S. στέατος οὐγ. δ. καρποβαλσάμου οὐγ. δ. γλευκίνου οὐγ. ιβ.

Vnctio dysenterica.

Χρίσμα δυσεντερικόν.

Rhei drachmæ quatuor, omphacij drach. duæ: hypocistidis, gallarum, myrtorum, singulorũ unciæ quatuor. Vino myrteo excipito: bene facit illitum, & iecori robur adijcit. Item oryzam ex uino tritã oblinito, et antè & pòst. Hoc ad tenesmos ex frigiditate contractos omniũ maximè ualet: adhæc Masuchas cũ malicorijs, gallis, acacia, myrrha, ladano, aloe, iunci rotundi floribus, rosis, spica nardi, & horum similibus conuenire admodum ad huiusmodi affectus creditur. Oportet autem artificem ad dysenteriæ speciem etiã remedij misturã accommodare: ut si uitiũ ex calida quidem intemperie prouenerit, frigidorum facultas præpolleat. Sin autem ex frigida causa, calefacientium roborantium que modus intendatur. Talis porrò est materia omnium odoratorum,

Ῥέου δραχ. δ. ὀμφακίου δραχ. β. ὑποκύστιδος, κηκίδων, μύρτων ἀνὰ οὐγ. δ. οἴνῳ μυρτίτῃ ἀναλάμβανε. καλῶς ποιεῖ ἐπιχριόμενον, καὶ *τὸ ἥπατι τόνον ἐντιθέναι. καὶ ὄρυζαν δὲ ῥίψας μετ' οἴνου, ἐπίπασσε καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. τοῦτο πρὸς τοὺς ὑπὸ ψύξεως τεινεσμοὺς καλῶς ποιεῖ παντὸς πλέον, καὶ ὁ μάσουχας σὺν σιδίοις, καὶ κηκίσι, καὶ ἀκακίᾳ, καὶ σμύρνῃ, λαδάνῳ, ἀλόῃ, σχοινανθίοις, ῥόδοις, ναρδοστάχυϊ, καὶ τοῖς ὁμοίοις τούτων, ἁρμόζειν πεπίστευται πάνυ πρὸς τὰς τοιαύτας διαθέσεις. δεῖ δὲ τὸν τεχνίτην πρὸς τὸ τῆς δυσεντερίας εἶδος, καὶ τὴν μίξιν τοῦ βοηθήματος ποιεῖσθαι. ἵνα εἰ μὲν ἐκ θερμῆς δυσκρασίας εἴη τὸ πάθος γεγονὸς, ἡ τῶν ψυχροτέρων ἐπικρατῇ δύναμις. εἰ δὲ διὰ ψυχρὰν αἰτίαν, ἡ τῶν θερμαινόντων καὶ τονούντων ἐπιτείνηται κρᾶσις. τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ τῶν ἀρωματιζόντων πάντων ὕλη

τουτέστι, κάλαμος ἀρωματικὸς, σχοίνου ἄνθος, ναρδόσταχυς, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια καταπλάσματα. ἐφ' ὧν δὲ τῶν ἐντέρων μάλιστα ῥευματισμὸς, κρίθινον ἄλευρον, ἕψημα, ὄξος ἕψε πάνυ καὶ κατάπλασσε. τοῦτο καὶ πρὸς αἱμόρῥοιαν θαυμασίως, καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ἀλφίτων, καὶ τῶν εἰρημένων ἀρωματικῶν καταπλασμάτων, ὁμοίως ποιεῖν πεπίστευται. δεῖ δὲ σὺν οἴνῳ στύφοντι, οἷον σχινίνῳ, ἢ μηλίνῳ ἑψήσαντας, τιθέναι χλιαρόν. εἰδέναι δὲ δεῖ, ὡς οὐκ ἐνδέχεταί ποτε τὴν τῶν ἐντέρων ἕλκωσιν ἰαθῆναι, εἰ μὴ πρότερον κωλύσει τις τὴν ἐπιῤῥέουσαν ὕλην ἐξ ἑτέρων μορίων. συμβαίνει γὰρ, ὡς εἴρηται, καὶ σπλάγχνων ἐκκαθαιρομένων, ἢ φλεγμαινόντων, ἢ ἀτονούντων, ῥευματίζεσθαι τὰ ἔντερα, καὶ ἑλκοῦσθαι. καὶ δὴ ὅλον δὲ τὸ σῶμα συντηκόμενον, ἔσθ' ὅτε καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιπέμπουσαν, καὶ τὸν στόμαχον ῥευματιζόμενον. ἐπὶ γὰρ τῶν κατὰ συμπάθειαν δυσεντεριώντων κατὰ παντὸς σώματος συντηκομένου, φεύγειν προσήκει τοῖς ἀπὸ σανδαράχης, καὶ * τιτάνεως, καὶ τῶν τοιούτων κατασκευαζομένους τροχίσκους, δύσκρατον μᾶλλον ἀποτελοῦντας τὸ σῶμα, καὶ μᾶλλον αὐτὸ συντήκοντας. ἐπ' ἐκείνων δὲ χρηστέον αὐτοῖς μόνον, ἐφ' ὧν ἐκνεμομένους καὶ σηπεδονώδους ἕλκους τὰ διαχωρήματα φαίνεται φερόμενα. ἐγὼ γοῦν τινας

ut calamus aromaticus, iunci odorati flos, spica nardi, atq; his similia cataplasmata. In quibus intestinorum maximè fluxio molesta est, ordeaceam farinam, sapā & acetū coquito plurimùm, et obducito. Hoc et ad sanguinis profluuium mirificè cōfert: item ex polenta et prædictis odoratis medicamentis cataplasma similiter facere creditur. Oportet autē ex uino astringenti, ut lentiscino, aut melino coctū tepidum apponere. At scire licet, fieri non posse unquam, ut intestinorum exulceratio curetur, nisi quis materiā ex alijs particulis influentem prius coerceat. Accidit enim, ut dictū est, etiam dum uiscera expurgantur, aut inflammationem, aut imbecillitatem experiuntur, intestina fluxione laborare, exulcerariq; ad hæc ob totum corpus contabescens, interdum quoque ob caput materiam transmittens, & stomachum fluxioni obnoxium id euenit. Nam in ijs qui dysenteria per consensum totius corporis contabescentis laborant, uitandi sunt pastilli, qui ex sandaracha, calce & similibus parantur, intemperatum magis corpus reddentes, magisq; ipsum colliquantes. In illis autem utendum ipsis tantum est, in quibus deiectiones depascentis & putridi ulceris efferri uidentur. Ego sanè

quendam conspicatus ex ijs qui contabuerant, à pastillis ei oblatis magis irritari, iussi hæc quidem abijcere, balneis autem potius uti, & cibis refrigerantibus, ut pepone sine medulla, intybis, bulbio & isicio: atque hoc uictu citra medicamentū, ægrum morte ipsi expectata liberaui. Ac multos alios qui ulcerib. curatu difficilibus & magnis infestarentur, uictu etiam solo ad superantem intemperiem accommodato curatos noui. Non igitur festinandum est, ut dixi, ulcus depascens, cùm foris, tum intrinsecus & antidotis & pastillis medicari.

De lienis affectibus, ex libris Philagrij.

Cap. 10.

QVemadmodum & reliqua corporis uiscera, ita & lien intemperies experitur. Nam refrigescit, calefit, siccescit & humectatur. Deinde ut omnibus intemperierum generibus affligitur, ita & alios sæpe morbos sustinet. Nam obstruitur, augescit, & inæqualiter intumescit, extenuatur, ad partes aliquas protenditur, inflammatur, indurescit, & scirro obducitur. Nunc igitur singulas eorum notas & curationes persequemur.

τινα θεασάμενος τῶν συντηξιν ἐσχηκότων, καὶ ὑπὸ τῶν προσφερομένων αὐτῷ τροχίσκων ἔτι πλέον παροξυνόμενον, ἐκέλευσα ταῦτα μὲν ἀπορρίψαι, λουτροῖς δὲ μᾶλλον καταχρήσασθαι, καὶ ἐμψυχοῦσιν ἐδέσμασιν, οἷον πέπονι χωρὶς τῆς ἐντεριώνης, καὶ ἰντύβοις, καὶ βολβῷ, καὶ ἰσικῷ. καὶ οὕτω διαιτηθέντα χωρὶς φαρμακείας ἀπήλλαξα τὸν κάμνοντα τοῦ προσδοκηθέντος αὐτῷ θανάτου. καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς ἐκ διαίτης καὶ μόνης οἶδα θεραπευθέντας, ἐσχηκότας ἕλκη δυσίατα καὶ μεγάλα, πρὸς τὴν κρατοῦσαν ἁρμοσάμενος δυσκρασίαν. οὐ δεῖ οὖν, ὡς εἴρηται, σπουδάζειν, εἰ μὴ νεμόμενον εἴη τὸ ἕλκος ἔξωθεν, ἀλλὰ καὶ ἔσωθεν καταφαρμακεύειν ἀντιδότοις τε καὶ τροχίσκοις τὸ σῶμα.

Περὶ τῶν τοῦ σπληνὸς παθῶν, ἐκ τῶν τοῦ φιλαγρίου. ι.

ΩΣπερ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος σπλάγχνα, οὕτω καὶ ὁ σπλὴν δυσκρασίαις ἐνοχλεῖται. καταψύχεται γὰρ, καὶ θερμαίνεται καὶ ξηραίνεται, καὶ ὑγραίνεται. εἶτα καθάπερ πάσαις δυσκρασίαις ἁλίσκεται, οὕτω καὶ ἄλλα νοσήματα πολλάκις ὑπέχει, ἐμφραττόμενος, καὶ πλέον τοῦ δέοντος αὐξανόμενος, καὶ ἀνίσως ἐξοιδούμενός τε καὶ λεπτυνόμενος, καὶ εἰς μέρη τινὰ προσοτεινόμενος, φλεγμαινόμενος, σκληρούμενος, καὶ σκιρρούμενος. νῦν δὲ πάσας ἑκάστων διαγνώσεις καὶ θεραπείας διεξελεύσωμεν.

Διάγνωσις περὶ ψυχρᾶς δυσκρασίας.

Ὁ σπλὴν τῶν δυσκρασιῶν τῇ ψυχρᾷ καὶ ὑγρᾷ πολλάκις ἀσθενεῖ, μάλιστα δὲ διὰ τροφήν τε ὁμοίαν, καὶ πότον, οἷον ὕδωρ ψυχρὸν, ὄστρεα, βόλβιον, κρέα χοίρεια, ὀπώρας πλείστας, καὶ ποικίλας, ἄλλως τε θέρους. τὸ γὰρ θερμὸν τοῦ σπληνὸς διὰ ταῦτα, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς ὑγροῖς χώροις γινόμενα μειοῦται, καὶ διὰ χρῆσιν βαλανείου μετὰ τροφὴν, καὶ ἀφροδίσια, οὐ μόνον σύχνα, καὶ πλείονα τοῦ δέοντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ στομάχου σιτίων καὶ ποτοῦ πληρωθέντος, καὶ ἀπεπτεύοντος ἔτι γινόμενα, ἐπεὶ ἡ ψυχρὰ δυσκρασία, ῥᾷδιον ἢ θερμὴ ὡς εἴρηται, αὐξάνεται ἐν σπληνὶ, ἄλλως τε ἐν τοῖς πληθωρικοῖς σώμασιν ὀδυνωμένοις καὶ ἐνοχλουμένοις ὄγκῳ τοῦ μορίου ἐκείνου παρὰ φύσιν αὐξηθέντος. χρῶμα δὲ οὐ παντελῶς μέλαν, ἀλλὰ ὑποπέλιδνον καὶ μολιβδαῖον συμβαίνει.

Διάγνωσις περὶ θερμῆς δυσκρασίας.

Ἡ θερμὴ τοῦ σπληνὸς δυσκρασία, διὰ τοὺς πυρετοὺς, καὶ τὴν ἄγαν ἔγκαυσιν γίνεται. ἐπειδὴ δὲ ὁ σπλὴν τὴν φύσιν ἀραιὸς καὶ χαῦνος ὢν τυγχάνει, τῷ αἵματι ἐν πυρετῷ ἐγκαυθέντι καὶ ζέσαντι εἰς αὐτὸν καταῤῥέοντι μεγάλως ἐξογκοῦται, καὶ διατείνεται. θέρος γὰρ καὶ θερμὴ τοῦ περιέχοντος κατάστασις τὸν σπλῆνα βλά-

Notæ frigidæ intemperiei.

Lien frequẽter intẽperie, præsertim frigida & humida laborat. idq́; magna parte ex cibo & potu frigido subinde assumpto, qualia sunt aqua frigida, ostrea, bulbium, caro porcina, fructus pomacei copiosi, uarijq́;, præcipuè per æstatem. Quippe calor in liene ex his, præsertim si locis humidis proueniant, imminuitur: nec non balnei usu post cibũ, & uenere nõ modò frequẽti, & amplíore quàm res postulat, uerùm cũ stomacho cibis potu'ue repleto, & crudo adhuc exercetur. Nam frigida intẽperies facilius quàm calida (ut dictũ est) in liene augescit: præsertim autẽ in illis corporibus, quæ humoribus redundant, cruciantur, dolentq́;, tumore partis præter naturalem modũ adaucto. His color nõ ex toto niger, sed subliuidus & plumbeus accidit.

Signa calidæ intemperiei.

Calida lienis intemperies maximè ex febribus, & nimio solis æstu contrahitur. In febrib. enim sanguine accenso lien extenditur & intumescit. Et quia natura rarus est, ideo sanguis adustus feruens'que in eum defluens, in magnum tumorem ipsum extollit, distendit'que. Aestas enim, & calida aeris constitutio, lienem of-

offendunt, cū homo plus iusto fuerit calefactus. Quemadmodum igitur in hyeme frigidi aeris, ita & humidi & sicci qualitates facere consueuerunt. Quae ex praecedentib. aere, cibo & potu proueniunt, à prudēte cognosci possunt: quia hinc defluxiones augentur, flatus generantur, & morbi increscunt.

Curatio calidæ & siccæ intemperiei.

Calida & sicca intemperies frigidis et humidis adiuuatur auxilijs, siue extrinsecus, siue intus per cibos et potus adhibitos. Ex oleribus cōueniunt lactuca, blitum, atriplex, cucurbita: itē cremor ptisanæ. Balneū autē aquæ dulcis admoueatur. Extrinsecus oleum rosaceū, melinumq́; & ex eis epithemata confecta prosunt. Ad hæc etiā succus uuæ immaturæ, aut portulacæ, aut semperuiui, et teneri uitis turiones.

Curatio frigidæ & humidę intemperiei.

Frigidæ humidæq́; intemperiei calida & sicca præsidia conueniūt: uerùm sicca et frigida intemperies magis quàm humida & frigida cōsiderari debet: quibus illa extrinsecus adhiberi oportet medicamēta, quæ cū butyro, cera noua, œsypo, oleo cyprino uel irino conficiuntur: aut horū similibus, cum adipe anserino, uel

βλάπτει, τῷ πλέον τοῦ δέοντος ἐκθερμαίνοντα. καθάπερ καὶ κατὰ τὸν χειμῶνα τοῦ ψυχροῦ ἀέρος, καὶ ὑγροῦ, καὶ ξηροῦ ποιότητος, ἱκανὴ ποιεῖν αὐτὸν πεφύκασιν. τὰ δὲ ἐκ τῶν προηγουμένων, οἷον ἀέρος ἡμᾶς περιέχοντος, ῥοφῆς καὶ πότου γινόμενα παρὰ συνετοῦ ἰατροῦ διαγινώσκεσθαι δύναται, ἐπεὶ καταῤῥεύσεις διὰ ταῦτα αὐξάνονται, πνευματώσεις γίνονται, καὶ τὰ πάθη παροξύνονται.

Θεραπεία τῆς θερμῆς καὶ ξηρᾶς δυσκρασίας.

Ἡ θερμὴ καὶ ξηρὰ δυσκρασία, ψυχροῖς καὶ ὑγροῖς βοηθήμασι θεραπεύεται, εἴτ' ἔξωθεν, εἴτ' ἐντὸς διὰ σιτίων καὶ ποτῶν. τῶν μὲν λαχάνων προσήκει ἡ θριδάκινη, βλῖτον, ἀτράφαξις, κολοκύνθη, καὶ ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης. βαλανεῖον δὲ, δι' ὕδατος γλυκέος παραλαμβανέτω. ἔξωθεν ῥόδινον καὶ μήλινον ὠφελεῖ, τά τε δι' αὐτῶν ἐπιθέματα. πρὸς τούτοις καὶ ὀμφακίου, ἢ χυλὸς ἀνδράχνης, ἢ ἀειζώου, ἢ ἀμπέλου ἁπαλῆς ἀκρεμόνων.

Θεραπεία τῆς ψυχρᾶς καὶ ὑγρᾶς δυσκρασίας.

Τῇ ψυχρᾷ καὶ ὑγρᾷ δυσκρασίᾳ συμφέρει θερμά τε καὶ ξηρὰ βοηθήματα, ἀλλὰ τὴν ξηρὰν καὶ ψυχρὰν δυσκρασίαν, πλέον κατανοεῖν δεῖ ἢ τὴν ὑγρὰν καὶ ψυχράν. ἔξωθεν δὲ προσφέρεσθαι χρὴ τὰ διὰ βουτύρου, κηροῦ νεαροῦ, οἰσύπου, ἐλαίου κυπρίνου, ἢ ἰρίνου σκευαζόμενα, ἢ τούτοις παραπλήσια σὺν στέατι χηνείῳ,

ἢ

ἢ χοιρείῳ προσφάτῳ, στύρακι καὶ θυμιάματι ἀμμωνιακῷ λιπαρῷ, οἷς ἀναμίξεται ὁ χυλὸς τῆς βοτάνης βουγλώσσου ἢ γλυκυρρίζης. καὶ μὴν καὶ βαλανείων χρῆσις, καὶ ἐλαιῶν ἐγχειομένων ὠφελεῖ. ἔτι νάρδινον μετὰ τῶν προειρημένων, καὶ κρόκου ὀλίγον προσφέρεσθαι δεῖ, ὡς τοῦ σπληνὸς δυνάμεις ἀναρρωννύεσθαι. περὶ μὲν οὖν τῶν ἔξωθεν βοηθημάτων θερμαίνειν καὶ ὑγραίνειν δυναμένων αὐτάρκως εἴρηται. φυλάττειν δὲ προσήκει, ὡς μὴ τὸ σῶμα πληθωρικὸν ᾖ, καὶ τῷ θερμαίνεσθαι τὸν σπλῆνα, τοὺς χυμοὺς ἐν αὐτῷ αὐξαίνεσθαι. εἰ μὲν οὖν ἐναργῆ τοῦ πλήθους γνωρίσματα ἐπιφαίνει, πρῶτον μὲν ὁ νοσῶν κενώσεται. εἶτα δὲ ἡ δυσκρασία θεραπεύσεται. τροφαὶ δὲ χρήσιμαι, αἳ χρηστὸν αἷμα γεννᾶν πεφύκασι, ὡς ἡ κατοικίδιος ὄρνις, φασιανοὶ, πέρδικες, καὶ πάντα ὄρνεα ἐν τοῖς ὄρεσιν ἄγοντα, καὶ τῶν περιστερῶν οἱ νεοσσοί. τῶν δὲ τετραπόδων εὐδοκιμεῖ τὸ κρέας τοῦ χοίρου τὴν ἡλικίαν μέσου, καὶ ὁ ἔριφος, καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν ἡλικίαν μέσος. ἔτι χυλὸς τῆς πτισάνης σὺν μέλιτι καλλίστῳ, καὶ πεπέρει κατὰ μικρὸν ἀρτυτὸς ὠφελιμώτατός ἐστι. συμφέρει δὲ, τὰ σπλάγχνα ἀφλέγμαντα εἶναι, ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ μέλιτος θερμότητος, ἢ ξηρότητος βλάπτηται. τὰ γὰρ γλυκέα πάντα τοῖς ὑποχονδρίοις καὶ σπλάγχνοις ἐναντιοῦσθαι πέφυκε. διὰ ταῦτα καὶ τῶν οἴνων θερμαινόντων τε καὶ ὑγραινόντων, ἄλλως τε τῶν κατὰ φύσιν γλυκέων ἀπέχεσθαι προσήκει,

uel porcino recenti, addito styrace, & ammoniaco pingui: quib. admisceatur herbæ buglossi, aut dulcis radiculæ succus. Quin & balneorum usus, & oleorũ si inungantur, prodest: item oleũ nardinum cum prædictis medicamẽtis, & croci modicum, unde lienis uires instaurentur, adhibendum est. De ijs quæ extrinsecus calefacere et humectare possint, abundè sit dictum. Obseruãdum autem, ne fortè corpus humoribus plenum sit: & dum ipsum incalescit, humor in liene augescat: & si tibi manifesta copiæ signa apparuerint, æger euacuari debet, & sic tandem sanari intemperies. Cibi utiles sunt, qui optimum sanguinem generant, gallinæ domesticæ, phasiani, perdices, & omnes aues quæ in montibus degunt, pulliq; columbarum. Ex pedestribus probatur caro porci, qui mediæ fuerit ætatis: hœdus, et ipse mediocris: ptisanæ cremor cum melle optimo, et pipere modicè conditus, utilißimus est. At conuenit, ut uiscera omni inflammatione uacent, ne à mellis calore aut siccitate offendãtur. Nam dulcia omnia naturaliter præcordijs & uisceribus sunt inimica: eoq; etiam uinis calidis & humectantibus, præsertim natura dulcibus, abstinere conuenit.

Curatio calidæ & humidæ intemperiei.

Itaq; ad calidam nunc & humidam intemperiẽ transeamus. Externa eius curatio utilißima est, quæ medicamẽtis constat siccãtibus, nempe ex alumine, pice liquida, aceto, folijs rosarũ, oleo rosaceo, mãna thuris, œnanthe, et gallis omphacinis cõpositis. Huiusmodi enim astringentia adhiberi debẽt. intus aũt curabitur intemperies cibis nõ pinguibus, qui sanguinẽ sicciorẽ frigidioremq; reddant, qualis est caro ceruina. Lenticula uerò, quia melancholica est, & sanguinem crassum generat, prohibenda est. oryza & nux auellana rectè assumuntur: nec non panis ex similagine lota confectus: caseus recẽs, & lactaria: carnes recẽtes, hœdina, et anserina. Item ex herbis, spõdilium, asparagus, bryonia, & salsamenta omnia. Verũm his non crebrò uti cõuenit, ut quæ spacio temporis melancholiam procreent, & sanguinẽ crassum manifestè producant. Vinum autem sit astringens, calida temperatum. De cõpositis intemperiebus hæc dicta sint: nunc de simplicis intemperiei curatione agemus.

De simplicis intemperiei curatione.

Simplex intemperies aut calida, aut sicca, aut frigida, aut humida,

Τῆς θερμῆς καὶ ὑγρᾶς δυσκρασίας θεραπεία.

Νῦν δὲ πρὸς τὴν θερμὴν καὶ ὑγρὰν δυσκρασίαν μετέλθωμεν. ἡ ἔξωθεν οὖν αὐτῆς θεραπεία ὠφελιμωτάτη ἐστὶν, ἡ διὰ τῶν φαρμάκων ξηραινόντων συναγομένη, οἷον στυπτηρίας, πίσσης ὑγρᾶς, ὄξους, φύλλων ῥόδων, ῥοδίνου, μάννης, οἰνάνθης καὶ κηκίδος ὀμφακίτιδος. τὰ γὰρ τοιαῦτα στυπτικὰ προσφέρεσθαι συμφέρει. Ἐντὸς δὲ ὠφελοῦσι τροφαὶ μὴ λιπαραὶ, τὸ αἷμα ξηρότερον καὶ ψυχρότερον ποιοῦσαι, οἷον τὸ κρέας ἐλάφειον. φακὴ δὲ, ὡς μελαγχολικὴ, καὶ αἷμα παχὺ γεννῶσα, ἀπαγορευέσθω. ὄρυζα καὶ κάρυον εὖ ποιοῦσι, καὶ ἄρτος ὁ ἐκ σεμιδάλεως πεπλυμένης συναχθεὶς, τυρὸς νεαρὸς, καὶ τὰ γαλακτώδη, τὰ δὲ κρέα νεαρὰ, ἐρίφειόν τε καὶ χήνειον. τῶν δὲ βοτανῶν σπονδύλιον, ἀσπάραγος, βρυωνία, καὶ ταρίχη πάντα. ἀλλὰ μὴν τούτοις οὐ πολλάκις χρῆσθαι δεῖ, ὡς τῷ χρόνῳ μελαγχολίαν γεννῶσι, καὶ αἷμα ἐναργῶς παχύνουσι. ὁ δὲ οἶνος ἔστω στυπτικὸς, τῷ θερμῷ κεκραμένος. ταῦτα μὲν περὶ τῶν συνθέτων δυσκρασιῶν λελέχθω. νῦν δὲ τῶν ἁπλῶν θεραπείαν διεξίωμεν.

Τῆς ἁπλῆς δυσκρασίας θεραπεία.

Ἡ ἁπλῆ δυσκρασία ἢ θερμὴ, ἢ ὑγρὰ, ἢ ξηρὰ, ἢ ψυχρά ἐστι. ταύτης

ταύτῃ δὲ ἐκ τῶν συνθετῶν θεραπείας προσφέρεσθαι χρὴ σιτία καὶ πόματα, ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα, ἢ φάρμακα χρηστοὺς χυμοὺς καὶ μετρίους τίκτοντα.

Τῆς ὑγρᾶς δυσκρασίας θεραπεία.

Τῆς ὑγρᾶς δυσκρασίας κάλλιστόν ἐστι φάρμακον, τὸ ἁλὸς ἄνθος, εἴτε καθ' αὑτὸ, εἴτε μετά τινος ἁπλῆς κηρώτης ἐπιτιθέμενον. μόνον γὰρ θερμανθὲν, καὶ ἔν τινι κύστει ἀναληφθὲν τῷ σπλῆνι προσφέρεται. ἅλμη δὲ καὶ ἀφρὸς ἁλὸς σὺν κηρωτῇ τινι καὶ ὀλίγῳ ὄξει ἀναμιγμένη, διὰ τῆς σπληνὸς διαθέσεως ὑγρᾶς χρήσιμα βοηθήματα ἐστίν. συμφέρει καὶ ἡ τοῦ πενταφύλλου ῥίζα, καὶ τὸ ἀρνόγλωσσον ξηρὸν, καὶ ἡ στυπτηρία σχιστὴ ἐν ὀστρακῷ ὀπτηθεῖσα, ὡς τὸ αὐτῆς στυπτικὸν ἀποβάλλεσθαι. ἔξεστι σοὶ καὶ διὰ ἀρνογλώσσου φύλλων καὶ πενταφύλλου ῥιζῶν, καὶ ἁλὸς ἄνθους ἀνὰ ἴσων ἢ ἀνίσων ἀναμεμιγμένων, καὶ ἀναληφθέντων συντιθέναι φάρμακον, ὄξους αὐτάρκους προσπλεχθέντος, καὶ πίσσης ξηρᾶς διὰ ὀξυκράτου λυθείσης, καὶ κηροῦ λευκοῦ, καὶ θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, καὶ ὀλίγου ῥοδίνου. Γαληνὸς τὸν τοῦ σπληνὸς σκίῤῥον, διὰ ἁλὸς ἄνθους θεραπεύεσθαι ἔλεξε, καὶ τοῦτο καλῶς. οὐ γὰρ μόνον πρὸς τὰς δυσκρασίας ποιεῖν δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ ὄγκους τοὺς τοῖς χυμοῖς παχέσι καὶ γλισχροῖς σκληρωθέντας ὠφελεῖν πέφυκε, τὰς

mida, cui ex cõpositis supradictis intẽperiebus, cibi & potus simplices & compositi, uel medicamenta, quæ bonos & mediocres humores gignant, offerri debent.

Curatio humidæ intemperiei.

Humidæ intemperiei optimum est medicamentum, salis flos, siue per se solus, siue cum aliquo simplici cerato imponatur. Solus enim calefactus, & in uesica aliqua exceptus, lieni adhibetur. Quin & salsugo, & salis spuma cum cerato quodam ac modico aceto permixta commodum humidi lienis affectui medicamentum præstabunt. Proderit et quinquefolij radix, & plantago sicca, & alumen scißile adeò in testa ustum, ut quod in ea adstringens est, abijciat. Poteris etiam ipse medicamẽtum ex plantaginis folijs, radicibusq; quinquefolij, ac floris salis pari uel impari modo permixtis, exceptisq; cõponere medicamẽtũ, aceto quod satis est adiecto, & pice sicca in posca liquata: nec non cera alba, & suffimine ammoniaco, et modico rosaceo additis. Galenus lienis scirrũ flore salis sanari dixit, idq; bene. Nõ enim ad intẽperiem solum facere cẽsendus est, sed etiã tumores ex craßis humorib. et uiscosis induratos iuuare solet.

Cõsumit durities, & fortiter extenuat. Eã uerò de qua diximus, intemperiẽ desiccari tantũ oportet. ad quod optimè facit medicamentum, ex salicis succo confectum. Incisus enim salicis arboris cortex lachrymã emittit, quam uni aut alteri ex prædictis medicamentis admiscebis, ac efficacius medicamentum reddes. Verùm ante medicamentũ fricationes optimè cõueniunt, ut quæ humidam lienis intemperiem possint discutere.

Curatio siccæ intẽperiei.

Sicca intemperies frictione adhibita dissolui poterit, nutriri, et humida effici. Huic prodest balneum dulcis aquæ: item unctio ex dulci oleo applicata: præterea ptisanæ cremor ad ungẽdum est utilissimus. Vel si quæ est talis frictio corporis, qualem in podagræ curatione dicemus.

Curatio frigidæ intemperiei.

Frigidæ lienis intemperiei quæ adhiberi debẽt nõ sũt exigua, præsertim quæ iam dicta sunt. Licet etiã unguẽta calida, et epithemata applicare: similiter & cerata, & myracopa. Talia sunt etiã acopa, quæ siccitatẽ et frigiditatẽ oleo simplici mixta persanant.

Curatio calidæ intemperiei.

Calidã intemperiẽ oleũ rosaceũ solum,

τὰς σκληρίας διαλύων, καὶ ἰσχυρῶς λεπτύνων. τὴν δὲ ἄρτι προειρημένην δυσκρασίαν, ξηραίνεσθαι μόνον δεῖ, ὅπερ κάλλιστα ποιεῖ φάρμακον τὸ διὰ ἰτέας χυλοῦ σκευασθέν. ἐντεμνόμενος γὰρ ὁ φλοιὸς τοῦ δένδρου ἰτέας ὀπὸν ἐκχέει, ὃν παραμίξας ἑνὶ ἢ δυσὶ τῶν εἰρημένων φαρμάκων, δραστικώτερον βοήθημα ποιήσεις. πρὸ δὲ τούτου αἱ ἀνατρίψεις ὠφελιμώταται, ὡς ἂν διαφορεῖν δυνάμεναι.

Τῆς ξηρᾶς δυσκρασίας θεραπεία.

Ἡ ξηρὰ δυσκρασία διὰ τὴν ἀνάτριψιν ἀναλύεσθαι, τρέφεσθαι, καὶ ὑγραίνεσθαι δύναται. συμφέρει δὲ καὶ ταύτῃ βαλανεῖον ὕδατος γλυκέος, καὶ χρίσις διὰ ἐλαίου γλυκέος προσφερομένη. πρὸς τούτοις ὁ χυλὸς πτισάνης εἰς χρίσιν ἐστὶ χρησιμώτατος. ἢ εἴ τις ἐστὶ τοιαύτη ἀνάτριψις, οἵαν ἐν τῇ τῆς ποδάγρας θεραπείᾳ δηλώσομεν.

Τῆς ψυχρᾶς δυσκρασίας θεραπεία.

Τὰ δὲ πρὸς τὴν ψυχρὰν δυσκρασίαν προσφερόμενα, οὐκ ἔστιν ὀλίγα, ἄλλως τε τὰ ἄρτι προειρημένα. ἔξεστι δὲ καὶ ἐγχρίσματα θερμὰ καὶ ἐπιθέματα προσπλάττειν. ὡσαύτως καὶ κηρωτὰς καὶ μυράκοπα, οἷα καὶ ἄκοπα, ἐλαίῳ ἁπλῷ μεμιγμένα, τὴν ξηρότητα καὶ ψυχρότητα ἰᾶται.

Τῆς θερμῆς δυσκρασίας θεραπεία.

Τὴν θερμὴν δυσκρασίαν ῥόδινον μόνον

μόνον, ἢ μήλινον, ἢ τὰ διὰ τούτων συντιθέμενα κηρωτά τε καὶ ἐπιθέματα διαφορεῖσι. πρὸς τούτοις δὲ ὀμφάκιον, ἀνδράχνη, ἀείζωον, καὶ ἁπαλῆς ἀμπέλου ἕλικες, καὶ παραπλήσια.

Περὶ πνευματώσεως τοῦ σπληνός. ια.

Η πνευμάτωσις τοῦ σπληνὸς ὑπὸ πνεύματι γεννᾶται, καὶ καθάπερ ἐν ἄλλοις σώματος μορίοις, οὕτως καὶ ἐν ἐκείνῳ, ὄγκος παρὰ φύσιν συνίσταται, διὰ χρῆσιν ὀσπρίων, ἢ βολβῶν, ἢ φοινίκων, ἢ καστανῶν, ἢ συκῶν, ἢ μήλων, ἢ μέλιτος καὶ οἴνου γλυκέος. ταῦτα γὰρ πάντα οὐ μόνον τὸν σπλῆνα πνεύματι ἐμφυσᾷ, ἀλλὰ καὶ τὸ κῶλον, μεσεντέριον, γαστέρα καὶ στόμαχον ταῖς φύσαις διατείνει. ῥαδίως δὲ διαγινώσκεται, εἴπερ ἐκ τῶν σιτίων μόνον ἡ πνευμάτωσις γίνεται. εἰ γὰρ οὐδὲν τούτων προσληφθείη, εἰς ἄλλην τινὰ αἰτίαν τὸ νόσημα ἀναφέρεσθαι χρή. εἰ μὲν οὖν ὁ σπλὴν πνεύμασι διατείνηται, καὶ μεγάλως ὀγκοῦται, καὶ ὁ νοσῶν ἐρωτηθεὶς λέγῃ, τοῦτο ἑαυτὸν ἄνευ βαρύτητος χωρίου ὑπομένειν, ἐκ βρωμάτων ψυχρῶν τὸ πάθος γεγονέναι γνώσῃς. ὁπότε γὰρ πνεύμασι πληρωθῇ ὁ σπλὴν, τὰ πολλὰ κλυδῶνας πάσχει, ἄλλως τε εἰ πόμα ὀλίγῳ πλεῖον παραληφθῇ. ὡς γὰρ ὕδωρ ἐν ἀσκῷ τινι,

οὕτω

solũ, aut melinũ, et quæcunq; ex his cõponuntur medicamenta, tum cerata, tũ epithemata discutiunt. Præter hæc succus omphacei, portulacæ, semperuiui, et teneræ uitis palmites, similiaq;.

De lienis inflatione. Cap. 11.

INflatio ex spiritu generatur: et quemadmodum in aliis corporis partibus, ita in liene tumor naturæ cõtrarius excitatur: id quod accidit ex leguminum, aut bulborum, aut palmularum castanearum'ue esu, aut ficuũ, uel malorum, uel mellis, dulcisq; uini usu. Hæc enim omnia non modò lienem inflant spiritu, sed etiam colum, mesenteriũ, uentrem & stomachum flatibus distendunt. Facilè autem deprehendere licet, an ex cibis tãtum inflatio excitetur. Nam si ex his nihil assumptum fuerit, ad aliam causam morbus referri debet. Quòd si lien flatib. distendatur, & in amplum tumorem attollatur, ægerq; interrogatus id se citra pondus, & loci ipsius grauitatem sustinere dixerit, tunc ex cibis frigidis malũ accidere cognosces. Quando enim lien ex toto flatib. repletur, fluctuationes, Græci κλυδῶνας appellant, ubi paulo liberaliorem potum aßumpserit, experitur. Vt enim in utre aqua,

ita

ita in uentre copiosior potio sonitum elidit, cum agitatur. Si autem qui inflantur, frigidos cibos assumant, frequenter eructant: postea autem singultiunt. Quòd si nihil horum in uentre contingat, lien autem tendatur, pungaturq́;, citra aliquam grauitatem, flatuosos spiritus esse putato.

Curatio inflationis.

His igitur qui intumescunt, medicamentum diospoliticum dari debet. Piper enim & cuminum calefaciũt: ruta flatus discutit, et partem affectã iuuat, humoresq́; pituitosos imminuit: nitrum uentrem subducit: mel similiter purgat, calefacitq́;, & humores extenuat. Pari modo etiam medicamenta faciunt diacalamynthes, et dia trion pepereon. Epithema uerò quod ex seminibus constat, unde Dia spermaton Græci uocant, huic malo auxiliatur. Iam melanthium, apij semen, anisum & petroselinum trita, pani apud pistores inspergi debent. Eadem ex uino pota lienis inflationẽ tollunt. His etiam cestrum, adianthum, et polypodiõ modicè adijcietur, præsertim cũ lien indurescit. Tunc scolopendriũ quoq; et splenidion herbæ ex uino potui dantur utiliter. Itaq; liene inflato prædictis potionibus, & epithemate diaspermaton uteris. hæc

οὕτω πλείων πότος ἐν γαστρὶ ἠχεῖ κινούμενος. εἰ δὲ οἱ πνευματούμενοι ψυχρὰ σιτία παραλαμβάνωσι, πολλάκις ἐρυγοῦσι ὀξώδη, μετὰ δὲ ταῦτα λύζουσι. εἰ δὲ οὐδὲν τούτων ἐν γαστρὶ συμβαίνει, ὁ σπλὴν δὲ τείνηται, καὶ ἄνευ βαρύτητός τινος νύττηται, φυσώδη πνεύματα εἶναι ἡγητέον.

Θεραπεία ἐμπνευματώσεως.

Τοῖς οὖν ὀγκουμένοις τὸ διοσπολιτικὸν διδόναι συμφέρει. τὸ γὰρ πέπερι καὶ κύμινον θερμαίνουσι, πήγανον πνεύματα διαφορεῖ, καὶ τὸ πεπονθὸς μέρος ὠφελεῖ, καὶ τοὺς φλεγματικοὺς χυμοὺς μειοῖ, νίτρον τὴν γαστέρα ὑπάγει, μέλι ὡσαύτως καθαίρει καὶ θερμαίνει, καὶ τοὺς χυμοὺς λεπτύνει, παραπλησίως ποιεῖ φάρμακα, τό τε διὰ καλαμίνθης, καὶ τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων. ἐπίθεμα δὲ τὸ διὰ σπερμάτων τούτῳ τῷ πάθει ἀρήγει. ἔτι μελάνθιον, σπέρμα σελίνου, ἄνισον καὶ πετροσέλινον λειωθέντα ἄρτῳ ἐμπάσσεσθαι συμφέρει. ταῦτα δὲ οἴνου ποθέντα τὴν τοῦ σπληνὸς ἐμπνευμάτωσιν αἱρεῖ. ὡσαύτως ποιεῖ καὶ κέστρον, ἀδίαντον καὶ πολυπόδιον κατ' ὀλίγον ἀναμεμιγμένα, ἄλλως τε καὶ ὅταν ὁ σπλὴν σκληραίνηται, τότε καὶ σκολοπένδριον καὶ σπληνίδιον βοτάναι δι' οἴνου χρησίμως ποτίζονται. τοῦ σπληνὸς οὖν ἐμφυσουμένου, τοῖς προειρημένοις ποτοῖς, καὶ ἐπιθέματι τῷ διὰ σπερμάτων χρῆσθαι, τά-

ἔστι. τάδε γὰρ προσήκει, εἰ ὁ ὕδρωψ οὐκ αὐτίκα ἐντεῦθεν τυγχάνει. εἰ δὲ ἐξαίφνης γίγνηται, τότε οὐδαμῶς ταῦτα συμφέρει. ὕδρωψ γὰρ τυμπανίτης τὸ πολὺ κατ' ἀρχὰς γίνεσθαι πέφυκε, οὗ συμβάντος φάρμακα τά τε τὴν ἐμπνευμάτωσιν διαφοροῦντα, καὶ τὰ θερμὰ προσφερόμενα τὴν διάθεσιν πλέον αὐξάνει. πολλοὶ γὰρ φαρμάκοις αὐτὴν ξηραίνειν βέλοντες πλέονα σκληρότητα ἐποίησαν. ἐν πότῳ δὲ αὐτοῖς δοῦναι τὸ τοῦ ἄγνου σπέρμα πεφρυγμένον, πετροσέλινον, μελάνθιον, ἄνισον καὶ σίσον χρή. τούτων γὰρ ἑκάστης ἡ τοῦ σπληνὸς σκληρότης καὶ σκίρρος ἐν αὐτῷ γεγενημένος θεραπεύεται. καὶ εἰ πνευμάτων ὁ σπλὴν ἀναπλήρης εἴη, δίδοται ἐκεῖνα ἢ διὰ ὄξους, ἢ ὀξυμέλιτος, ἢ ὀξυκράτου. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα χρήσιμα τούτῳ πάθει, ὡς ἕρπυλλον, θύμον, δάφνης φλοιὸς, ὀρίγανον, καλαμίνθη ξηρά τε καὶ χλωρὰ, πέπερι, πηγάνου μάλιστα ἀγρίου σπέρμα, πευκέδανον ἄλλως τε ὁ ὀπὸς αὐτοῦ, κόστον, καρδαμῶμον, πράσιον, ἠρύγγιον, κενταύριον μεῖον, μάλιστα δὲ αὐτοῦ χυλὸς, χαμαίδρυς καὶ χαμαίπιτυς. τούτων γὰρ ἢ ἓν μόνον, ἢ δύο, ἢ τρία, ἢ καὶ πάντα ὁμοῦ ἐμπνευματουμένοις ποτιζόμενα ὀνίνησι.

Περὶ φλεγμονῆς σπληνὸς ἀπὸ μόνου αἵματος γινομένης. ιβ.

Εἰ δὲ πλῆθος αἵματος εἰς τὸν σπλῆνα ἐμπέσῃ, φλεγμονὴ

hæc enim adhibebis, si hydropicus morbus inde, non subitò accidat. Sin autē repentè prouenerit, tunc nullo modo hæc conueniūt. Nā hydrops tympanites plerūq; inter initia oriri solet: quod ubi acciderit, medicamēta tum quæ inflationē tollunt, tum quæ calefaciunt, si adhibētur, affectū magis augent. Nam multi dū medicamentis eum desicare uellent, maiorem duritiem excitarūt. Potui uerò dare eis uiticis semen torrefactū, petroselinū, melāthium, anisum, et sison, expedit. His enim singulis lienis duritia, & scirrus in eo factus curatur: & si flatib. plenus sit lien, dantur illa aut ex aceto, aut oxymelite, aut posca. Porrò sunt & alia huic uitio accommoda: ut serpillum, thymus, lauri cortex, origanū, calaminthe sicca & uiridis, piper, rutæ maximè syluestris semē, peucedanum, præsertim ipsius liquor, costum, cardamomū, marrubium, eryngiū, centauriū minus, præsertim ipsius succus, chamædrys & chamæpitys. Ex his enim medicamētis, aut unū duntaxat, aut duo tria ue, aut simul etiā omnia inflationi potu benefaciunt.

Indicia inflammationis lienis ex solo sanguine.

Cap. 12.

QVòd si sanguinis copia in lienē cōfluxerit, et ex eo inflāmatio

matio indidē orta fuerit, dolorq́; cum tumore & tēsione, & multa grauitate uehementer urgeat, interim obstructio mēbri excitatur, unde scirrum & inflammationem plerunq́; cōtrahit: interdum etiam sine dolore augescit, durusq́; efficitur, quod tactu subinde cognoscere possumus. Quippe tangentibus facilè apparet: item cum ex duritie in mollitiem largiorem deductus fuerit, attolliturq́; adeò, ut super musculos qui extrinsecus incumbunt, excrescat. Ego enim sæpius uidi, nō solū uentrem & stomachū, sed etiam dextram præcordiorū partem, et pubis pectinē lienis tumore occupari. Hippocrates memoriæ prodidit, sanguinis in liene abundantia uentrem indurescere, corpus humoribus uigiliisq́; extenuari, & faciē emacrescere. Nā ex liene ipso carnes colliquescūt, & magna sitis urget. In primis enim lienis tumor apparet humidior, dum scilicet humor adhuc fluit. Vbi uerò collectione facta induruerit, necesse est ut iugulū non sentiat alimentum, & uenæ in musculis foras prodeāt, color melācholicus aut pallidus fiat, et aqua subter cutem subsequatur.

Signa inflammationis ex humore bilioso.

Vbi biliosus fluxus in lienem decumbit, totū corpus calidū esse, & non sine febri esse uidetur, oculi

μονὴ καὶ ὀδύνη σφοδρὰ σὺν ὄγκῳ καὶ τάσει, καὶ πολλῇ βαρύτητι. ἐνίοτε δὲ ἔμφραξις τοῦ μέρους γίνεται, ὅθεν σκίρρος καὶ ἐμπνευμάτωσις. ἔστιν ὅτε καὶ ὁ σπλὴν αὐτὸς ὀδύνης αὐξάνεται καὶ σκληραίνεται, ὅπερ τῇ ἁφῇ ῥαδίως καταλαμβάνομεν. καὶ μὴν καὶ ἐκ σκληρότητος εἰς μαλακότητα πλείονα μεταχθεὶς ὀγκοῦται, ὡς ὑπὲρ τοὺς ἔξωθεν μῦς ἐκβαίνειν. ἐγὼ πολλάκις ἑώρακα οὐ μόνον τὴν κοιλίαν καὶ στόμαχον, ἀλλὰ καὶ δεξιὰ ὑποχόνδρια, καὶ τὴν ἥβην τῷ τοῦ σπληνὸς ὄγκῳ ὑπερέχεσθαι. ὁ δὲ Ἱπποκράτης ἔγραψε, τῷ τοῦ αἵματος πλήθει κατὰ τὸν σπλῆνα ἐχομένῳ τὴν κοιλίαν σκληραίνεσθαι, καὶ χυμοὺς αὐξάνεσθαι, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα καὶ ἰκμάδας λεπτύνεσθαι. αἱ σάρκες γὰρ διὰ σπλῆνα συντήκονται, καὶ μεγάλη δίψα ἐνοχλεῖ. κατ' ἀρχὰς μὲν ὁ ὄγκος τοῦ σπληνὸς μαλακὸς φαίνεται, τῶν χυμῶν ἔτι ἐπιρρεόντων. σκιρροῦται δὲ τούτων ἤδη εἰς αὐτὸν ἀποσκηψάντων, αἱ κλεῖδες δ' ἀνάγκης ἀτροφοῦνται, καὶ αἱ τῶν μυῶν φλέβες ἔξω ἀναφαίνονται. χρῶμα δὲ γίνεται μέλαν, ἢ ὠχρὸν, καὶ ὕδρωψ ἐπακολουθεῖ.

Διάγνωσις τῆς ἀπὸ τῆς χολῆς φλεγμονῆς.

Τῆς χολῆς εἰς τὸν σπλῆνα κατασκηψάσης, ὅλον τὸ σῶμα θερμαίνεσθαι καὶ πυρέττειν φαίνεται. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τῆ

tincti

χολῇ βάπ]ονται, οὖρα χολωδέςερά τε καὶ δριμύ, ἢ ξανθὰ, ἢ ἐρυθρά ἐστιν, οἱ δὲ νοσοῦντες διὰ δίψαν τὸ ψυχρὸν πίνειν αἰτοῦσι, καὶ μικρόψυχοι γίνονται ταχέως μαίνονται. στόμα δὲ ἔχουσι πικρὸν, ἀνορεξίαν, ἀγρυπνίαν, τὴν γαστρὸς ταραξιν, τὴν γλῶσσαν ξανθὴν. καὶ ἄλλα τούτοις παραπλήσια, τὴν χολὴν δηλοῦντα.

Διάγνωσις τῆς ὑπὸ χυμῶν μελαγχολικῶν φλεγμονῆς.

Χρῶμα ἐν τούτοις κατ' ὀλίγον μελαγχολικὸν γίνεσθαι φαίνεται, ἄλλως τε τῆς φλεγμονῆς ἤδη γεγενημένης. δέρμα, καὶ οὖρον μελάντερον. ἡ δὲ μελαινὴ χολὴ ἐν ὅλῳ σώματι πλεονεκτεῖ. αἱ δὲ οὖλιδες μέλαιναί εἰσιν, οἱ κάμνοντες διψῶσι, καὶ τὸ ψυχρὸν παραλαμβάνοντες πλέον ὀρέγονται.

Διάγνωσις τῆς ὑπὸ χυμῶν φλεγματικῶν φλεγμονῆς.

Εἰ δὲ ὁ χυμὸς φλεγματικὸς, ἐν τῷ σπληνὶ ἀθροισθεὶς φλεγμονὴν ἐγέννησε, ἡ χροία τοῦ σώματος ὠχρὰ, ἢ τοιαύτη παραπλησία εὑρίσκεται. οἱ δὲ νοσοῦντες οὐ διψῶσι, ἀλλὰ τῶν σιτίων ὀρέγουσι, εἰ φλέγμα οὐχ ἁλικὸν ἐν τῷ σπληνὶ εἴη. τοῦτο δὲ γνῶναι ἔξεστι, ὅτι διὰ τὸ φλέγμα καθ' ἑκάστην ἡμέραν πυρέττουσι. διὰ δὲ τὴν χολὴν, διὰ τρίτης· διὰ δὲ τὴν μελαγχολίαν, διὰ τετάρτης.

Θεραπ-

tincti sunt, urinæ coloratiores, acresq;, aut flauæ, aut rubræ existunt: ægri sitibundi frigidam bibere appetunt, animo sunt abiecto, citò furiunt, os habent amarum, cibum fastidiunt, uigilijs torquentur, & uentris turbatione: linguam habent flauam, atque alia id genus similia, quæ bilem testantur.

Signa inflammationis ex humore melancholico.

Paulatim in his color melancholicus fieri uidetur, præsertim facta iam inflammatione, cutis & urina nigrior efficitur. In toto corpore bilis atra abũdat, gingiuæ nigræ apparent, sitis urget. & si ægri frigidam potionem assumpserint, magis cibum appetunt.

Indicia inflammationis ex humore pituitoso.

At si humor pituitosus in liene collectus inflammationem pepererit, color pallidus, aut eius naturæ similis inuenitur, oculorum, linguæ & cutis corporis: ægri non sitiunt, sed cibos appetunt, si pituita non salsa in liene fuerit. Hoc ergo scire licet, quòd ex pituita quotidie febricitant: ex bile, tertio die: ex melancholia quarto.

Cura-

Curatio inflammationis.

Nunc de inflammatione lienis curanda agendum est. Ac primùm uniuscuiusque humoris signa considerari, atque sic tandem curatio adhiberi debet. Recidiuæ autem gratia, non magna sollicitudine, nec pluribus uerbis opus est. Nam ubi illa semel curata fuerit, non facilè reuertitur: rarius enim quàm alia uiscera, lien inflammatione conflictatur. Hoc autem curandum est, ut prō humoris natura, ex quo generata est, conueniens, non autem contraria adhibeatur curatio. Num enim cibi potus'ue aliqui morbo occasionem dederint, aut aliquid extrinsecus accesserit, omnia internoscere oportet. Similiter ociosi'ne ægri fuerint, an exercitio ac labore se fatigauerint, an balneis frequenter aut nunquam usi sint, aut ex accidenti'ne, an à parentibus hunc affectum sustineant. His diligenter examinatis, si inflammatio lienem exercet, primùm sanguis detrahi, deinde purgationes adhiberi, postea medicamenta extrinsecus imponi debent. Primùm sanè ijs utendum, quæ aluum subducunt, Græci uocant Epilata: nec non clysterijs. Vomitu autem tentanda purgatio est, cum humores in uentriculum influunt, ibiq; supernatant.

Tunc

Θεραπεία τοῦ σπληνὸς φλεγμονῆς.

Νῦν δὲ περὶ θεραπείας τοῦ σπληνὸς φλεγμονῆς λεκτέον ἐστί. πρῶτον οὖν τὰ γνωρίσματα ἑκάστου τῶν χυμῶν διανοεῖσθαι, καὶ οὕτως ποτὲ τὴν θεραπείαν παρέχειν δεῖ. τῆς δὲ ὑποστροφῆς ἕνεκα, οὐ μεγάλης δεῖ φροντίδος, ἢ πλειόνων ῥημάτων. ἅπαξ γὰρ ἡ φλεγμονὴ τεθεραπευμένη, οὐ ῥαδίως ὑποστρέφεται. ὁ γὰρ σπλὴν τῶν ἄλλων σπλάγχνων σπανιώτερον φλεγμονεῖ. τοῦτο δὲ ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, ὡς κατάλληλον κατὰ τὸν χυμὸν, ἐξ οὗ γέγονε, θεραπείαν οὐκ ἐναντίαν αὐτῇ προσφέρεσθαι. εἰ γὰρ αἱ τροφαὶ καὶ πόματά τινα τῇ νόσῳ πρόφασιν, ἢ ἔξωθέν τι προσελθὸν παρέχουσι, διαγινώσκειν ἀκριβῶς προσήκει. ὡσαύτως εἰ οἱ παθόντες, ἐν ἀργῇ, ἢ ταλαιπωρίᾳ, καὶ πόνοις διακτήσαντες ἐτύχωσιν, εἴτε καὶ βαλανείοις πολλάκις, ἢ ἀλουσίᾳ ἐχρήσαντο, εἴτε κατὰ συμβεβηκὸς, ἢ ἀπὸ τῶν γονέων τόδε νόσημα παραλάβωσιν, τούτων οὖν ἀκριβῶς ἐξετασμένων, εἰ φλεγμονὴ τὸν σπλῆνα ἔχῃ, πρῶτον μὲν τὴν φλεβοτομίαν προσφέρειν δεῖ, εἶτα τὸ σῶμα καθαίρειν, ἔπειτα φάρμακα αὐτῷ ἔξωθεν ἐπιτίθεσθαι. καὶ κατ' ἀρχὰς τοῖς ἐπηλάταις καὶ κλυστηρίοις χρῆσθαι, καθάρσει δὲ διὰ ἐμέτου τῶν χυμῶν εἰς τὴν κοιλίαν ἐπιῤῥυόντων, καὶ ἔνθα ὑπερπλεόντων.

τότε

τότε γὰρ αὐτοὺς ἀνυπερθέτως καθαίρειν δεῖ. εἰ δὲ ἡ φλεβοτομία, πάντων τῶν σπλάγχνων φλεγμαινόντων, χρησιμώτατόν ἐστι βοήθημα, μάλιστα δὴ ἐν τῇ τοῦ σπληνὸς φλεγμονῇ παρέχεσθαι προσήκει, εἰ μηδὲν ἐναντιοῦται. οἷον ἡλικία, ἢ δυνάμεις, ἢ χωρίον, ἢ ἔθος, ἢ τοῦ περιέχοντος κατάστασις, ἢ προηγοῦσα σιτίων ὠμότης, ἢ μεγάλη γαστρὸς διάρρυσις· ταῦτα γὰρ μόνα ἐν τοιῷδε νοσήματι ἀναφορὰν πειθεῖ. εἰ δὲ ἡλικία, ἢ δύναμις μὴ κωλύει, τὴν τοῦ ἀριστεροῦ ἀγκῶνος ἔνδον φλέβα τμήσεις. εἰ δὲ αὕτη μὴ φαίνηται, τὴν μέσην. εἰ δὲ μηδ᾽ αὕτη φαίνοιτο, τὴν ὠμιαίαν. εἰ δὲ μηδ᾽ ἐκείνη, τὴν παρὰ τὸν μικρὸν δάκτυλον. Κἂν δὲ ἧττον τοῦ αἵματος ἀπὸ τῆσδε ἀφαιρεῖσθαι δύνηται, ἡ τυχοῦσ᾽ ὅμως κένωσις, μεγάλως εἰς τὴν τοῦ σπληνὸς θεραπείαν ἀρήγει. τὸ δὲ ῥέον αἷμα κατανοεῖσθαι δεῖ, εἰ μάλα ἐρυθρὸν καὶ καθαρόν, ἢ πελιδνὸν ὂν τυγχάνει. τοῦ γὰρ πελιδνοῦ, ἢ ἐρυθροτέρου πλέον ἀφαιρετέον, τοῦ δὲ καθαροῦ καὶ εἰλικρινοῦς ἧττον. οὕτως δὲ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ, ὡς μὴ τὸν ζωτικὸν τόνον ἀπολείπεσθαι.

Περὶ τῶν ὑπακτικῶν γαστρός.

Μετὰ τὴν φλεβοτομίαν κοιλίας ὑπακτικὰ προσφέρεσθαι δεῖ, ὧν γραφὴν ἔχεις ἐντιθεμένην ἐν τῷ ἔμπροσθεν. ἔστι δὲ πρᾶα φάρμακα

Tunc enim citra ullă moră purgare eos oportet. Quòd si uenæ sectio omnibus uisceribus inflammatis præsentissimum est remedium, maximè certè in lienis inflammatione adhibenda est: si nihil contrà suadeat, nempe ætas, aut uires, aut locus, aut cōsuetudo, aut aeris constitutio, aut praecedens ciborum cruditas, aut magnum uentris profluuiū. Hæc enim in sola ista causa dilationem suadent. Sin autem ætas, aut uires non prohibeant, uenam brachij sinistri interiorem secabis: si ea non appareat, media ferienda est: si ne ipsa quidē in conspectum proueniat, humeraria incidenda est: si nec ipsa quoq; cōspiciatur, ea quæ minimo digito uicina est, aperiri debet. Etsi uerò hinc minus sanguinis euacuetur, tamen quantulacunque inde tentata inanitio, præcipuum lieni ad sanitatem adiumentum est. Cum sanguis fluit, attendendus est, ualde ne rubens sit, & purus, an liuidus. Nam si liuidus est, aut æquo rubentior, copiosior auferri: si purus ac syncerus, paucior debet. uerùm sic extrahēdus est, ne uitalis facultas deficiat.

De ijs quæ aluū subducūt.

Post sanguinis missionem ea dari oportet, quæ aluum solent ducere, quorum formam habes superius expressam. Sunt enim

leuia medicamēta alui ducendæ idonea, ut herba mercurialis, polypodium, cnicus, atq; his similia.

De fomentis.

Tempestiuum igitur est, ut de astringentib. medicamentis nūc dicamus, quæ corpori iam euacuato rectè accōmodantur. Quare conuenit post euacuationē fomenta ex eis adhiberi, primùm quæ humores influentes reprimant, deinde quæ hos particulæ impactos discutiant, digerantq;, ita tamen ut etiam quæ alienis robur, quo actionem suam obit, cōseruent, admisceantur. Siquidem modicus fluxionis sit impetus, mediocria præsidia: si ualidus, ualida applicabuntur, quæ citra noxam calefaciant. Vbi igitur non uehemens urget inflammatio, uino austero & oleo quodam tenui, ut lentiscino aut melino, lienem fouebimus. Sin autem uehementior urgeat, omphacino, aut rosaceo: quæ si non adsint, turiones oleæ aut rubi, aut mespili, aut mali, aut mala ipsa, ex oleo lentiscino aut melino cum uino mixto coquentur: & si hoc non satis proficiat, thymus, origanum, & nardinum oleum imponetur. At si humores ualde calidi lieni influxerint, aut febris quædam superueniat, alnam succidam tenui quodam oleo cum uino mixto copioso imbutam superimpones.

μανικὰ τὰ ὑπήλατα, οἷον λινόζωστις βοτάνη, πολυπόδιον, κνῖκος, καὶ τούτοις παραπλήσια.

Περὶ ἐμβροχῶν.

Καιρὸς οὖν ἐστὶ περὶ τῶν στυφόντων φαρμάκων λέγειν, ἅτινα τοῦ σώματος ἤδη κενωθέντος καλῶς προστίθεται. πρῶτον μὲν ἐμβροχαὶ, αἱ τῶν χυμῶν ἐπιῤῥυέντων ἀποκρουστικαὶ, εἶτα αἱ τούτων ἐν τῷ μορίῳ σφηνωθέντων διαφορητικαὶ, ἅμα δὲ ταύταις ἀναμίξεταί τινα στυπτικὰ, τὸν τοῦ σπληνὸς τόνον φυσικὸν φυλάττοντα· εἰ μὲν μέτρια τοῦ ῥεύματος ἡ ὁρμὴ, μέτρια· εἰ δὲ μεγάλη, ἰσχυρὰ, ἄνευ βλάβης θερμαίνοντα. διὰ μὲν οὖν φλεγμονῆς οὐ σφοδρᾶς οὔσης, οἴνῳ αὐστηρῷ, καὶ τῶν ἐλαίων λεπτομερῶν τινι, οἷον σχινίνῳ, ἢ μηλίνῳ τὸν σπλῆνα ὑποπυριάσομεν. σφοδροτέρας δὲ ἐπειγούσης, ὀμφακίνῳ, ἢ ῥοδίνῳ. τούτων δὲ μὴ παρόντων, βλάσται δὲ ἐλαίας, ἢ βάτου, ἢ μεσπίλου, ἢ μηλέας, ἢ αὐτὰ τὰ μῆλα δι᾽ ἐλαίου σχινίνου, ἢ μηλίνου σὺν οἴνῳ μεμιγμένου ἀφέψονται. εἰ δὲ μάλα θερμοὶ χυμοὶ εἰς τὸν σπλῆνα ἐπιῤῥύωσι, ἢ πυρετός τις ἐπιβαίνῃ, ἔριον αἰσυπηρὸν τῶν λεπτῶν ἐλαίων τινὶ σὺν οἴνῳ πλείονι ἀποβρέξας ἐπιθήσεις. τοῦτο

εἰ δὲ

Hanc

εἰ ἀπαιτεῖ ἡ νόσος, ὀμφακίῳ προσμίξεις ῥόδα, ἢ κύπερον, ἢ οἰνάνθην, ἢ ἀκάνθης αἰγυπτιακῆς σπέρμα. οὕτως ἡ μετρία φλεγμονὴ θεραπεύεσθαι προσήκει. μεγάλην δὲ τοῖς προειρημένοις ἐλαίοις σὺν ὄξει καὶ οἴνῳ, ἢ αὐστηρὸν δή που οἶνον τοῖς ἐλαίοις ἀναμίξεσθαι δεῖ, καὶ προνοεῖσθαι, ὅπως μὴ οὕτως τῆς κεφαλῆς ἅπτῃ, ἥτις ῥαδίως ἐν πυρετῷ πάνυ καύσῳ δεῖ βλάπτηται. διόπερ ἕψημα ἢ οἴνου γλυκέως ὀλίγον ἐλαίοις ἀναμίξεσθαι προσήκει. εἰ δὲ παχύτερον ἢ τὸ ἕψημα, ὕδωρ προσπλέξασθαι. εἰ δὲ ψυχρὸς χυμὸς ἐν τῷ σπλῆνι σφηνωθεὶς τὴν φλεγμονὴν ἐποίησε, προσλαβέσθαι δεῖ γλήχωνα, θύμον καὶ ὀρίγανον, ὡς δύναμίν τινα διαφορητικὴν καὶ τονωτικὴν ἔχοντα. τούτοις δὲ οὐ πολλάκις, ὡς οἴνῳ καὶ ἐλαίοις, χρησόμεθα.

Περὶ κλυστῆρος.

Πρὸς δὲ τὴν κένωσιν τῆς γαστρὸς κατ᾽ ἀρχὰς τῆς νόσου, ἢ ἐν αὐξήσει τοὺς κλυστῆρας παρέχειν δεῖ, ἄλλως τε θερμότητος οὐκ ἄγαν διακαοῦς ἐνοχλούσης. σκευάζονται δὲ διὰ μελικράτου, νίτρου, ἀφρονίτρου καὶ ἁλός, καὶ ταῦτα οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ δὶς, ἢ τρὶς, καθ᾽ ἡμέραν ἐνιέσεται. πολὺ δὲ μᾶλλον, ὅταν ἡ φλεβοτομία παραληφθῇ.

Περὶ

Hanc nolentibus, omphacio admiscebis rosarum flores, aut cyperum, aut œnanthem, aut spinæ Aegyptiæ semen. Mediocris sanè inflammatio per initia hoc modo curanda est. Sin autem nimius calor infestet, admouenda sunt olea, qualia diximus: & acetum cum uino, aut certè uinum austerum oleis est admiscendum. Et attẽdendum, ne caput feriat: ut quod facilè huius sensu in febri admodum ardenti offendatur. Quare sapam, aut uinum dulce modicum, oleis admiscere conuenit. Sin autem crassior sapa existat, aqua miscenda est. Porrò si frigidus humor inflammationem excitauerit, adijcienda sunt pulegium, thymus, & origanum, ut quæ uim quandam euacuantem corroborãtemque habeant. His autem non adeò frequenter ut uino & oleis utemur.

De clysteri.

Ad euacuandum autem uentrẽ per morbi initia, uel in augmento clysteria adhibenda sunt: atque tunc magis, quando calor non nimium ardens urget. Ex mulsa autem & nitro, nec non aphonitro & sale euacuatio tentari debet. uerùm iniectio medicamentorum ab inferioribus partibus non semel tantum, sed bis ter'ue singulis diebus fiet: multo autem magis, quando sanguinis detractio prætermissa fuerit.

De cibo.

His temporib. solo ptisanæ cremore æger nutriēdus est: illius penuria, aqua & solo pane: ipsamq; aquam calidam bibat, et oxymeli. Si calore æstuet, aqua non ex toto calida, sed modicè refrigerata offeretur. Hæc per initia ad statum usq; fieri debent.

De statu.

Cum morbus iam in statu est, post fomēta cataplasmata eis inducemus, ubi prius euacuati fuerint. Noxa enim omnino sequetur, si corporibus nondum humorum copia liberatis, calida medicamenta adhibeantur: uel si crudus aliquis humor ex nimia crapula, uel copia ciborum collectus fuerit, aut si ægri craßis cibis repleti, ut cōchylijs, aut purpuris, aut sepijs, aut pectunculis, aut polypis, aut ostreis, aut uuluis porcinis, uel agninis, aut carnib. porcinis, aut salgamis & congelatis pinguioribus, & multum frigidis: adhæc si in ocio degerint, & post cibum lauarint: præterea si pauperes, pane copioso, lēticulis, uel carnibus bouillis, uel ouillis: item piscib. qui humorem melancholicum, et copiosum sanguinem generant, usi fuerint. Qui igitur tali cibo nutriti uenæ sectionē, subductionemque uentris detrectant, ijs talia cataplasmata adhiberi non debent.

Nam

Περὶ τροφῆς.

Ἐν τούτοις τοῦ πάθους καιροῖς ὁ νοσῶν μόνῳ τῷ πτισάνης χυλῷ τρέφεται. τούτου μὴ παρόντος, ὕδατι, καὶ μόνῳ ἄρτῳ. πινέτω δὲ ὕδωρ θερμὸν, καὶ ὀξύμελι. εἰ δὲ τῇ θερμότητι καυσῶται, οὐ πάντως θερμὸν, ἀλλὰ ὀλίγως ἀνεψυγμένον προσφερέσθω, καὶ ταῦτα κατ᾽ ἀρχὰς, μέχρι τῆς ἀκμῆς γίνεσθαι προσήκει.

Περὶ τῆς ἀκμῆς.

Νόσου δὲ ἤδη ἀκμαζούσης, μετὰ τὰς ἐμβροχὰς, τὰ καταπλάσματα ἐπιθήσομεν τοῖς προκενωθεῖσι. εἰ γὰρ τῶν σωμάτων ἀκαθάρτων ἔτι ὄντων, θερμὰ φάρμακα προσφέρηται, μεγάλη πάντως βλάβη ἐπακολουθήσει· ἢ ὠμοῦ τινος χυμοῦ διὰ τὴν ἄγαν κραιπάλην, ἢ σιτίων πλῆθος συναθροισμένου, ἢ τοῦ σώματος παχῶν τροφῶν πληρωθέντες, οἷον κογχυλίων, ἢ πορφύρων, ἢ σηπίων, ἢ κτενιδίων, ἢ πολυπῶν, ἢ ὀστρέων, ἢ βουλβίων χοιρείων, ἢ ἀρνείων, ἢ κρεῶν χοιρείων, ἢ πημμάτων ἢ ἰσικίων λιπαρωτέρων, καὶ πάνυ ψυχρῶν. πρὸς τούτοις, εἰ ἐν ἀσχολίᾳ διατρίψασιν οἱ κάμνοντες, καὶ μετὰ τροφὴν λουτροῖς κεχρώμενοι ὦσιν, προσέτι εἰ διὰ πενίαν ἄρτῳ πλείονι, ἢ φακῇ, ἢ κρέατι βοῶν, καὶ προβάτων, ἢ ἰχθύσι μελαγχολικὸν καὶ πολὺ αἷμα γεννῶσι, διῄτωνται. τοῖς μὲν οὖν οὕτω τροφεῖσι, εἰ φλεβοτομίαν καὶ κάθαρσιν ἀπαιτοῦσι, οὐ χρὴ τοιάδε καταπλάσματα προσφέρεσθαι.

εἰ γὰρ

ὁ γὰρ χυμὸς πλείων διὰ τούτων θερμό τητα συνειλεχθεὶς, τὸν νοσοῦντα ἀποκτείνει. νόσου οὖν ἀκμαζούσης, ἐνέματι χρηστέον. πυρετοῦ δὲ παρακμάζοντος, ἀψινθίῳ δὲ ἐλαίου ἀφεψημένῳ τὸν σπλῆνα πυριάσεις. Ἐν τῇ τοῦ ἐλαίου, τὰ οὐκ ἄγαν πικρὰ, ἢ στυπτικὰ παρεχέσθω, οἷον ῥόδινον, ἢ μήλινον. εἰ δὲ τάσις ἢ ὀδύνη ἄνευ θερμότητος ἐν σπλῆνι ᾖ, ἴρεως καὶ κυπέρου ὀλίγον, ἢ παραπλήσιόν τι ἐλαίῳ ἀναπλέξεται. ταῦτα γὰρ τὰς τοῦ σπληνὸς δυνάμεις φυλάττειν δύναται, καὶ ὠφελιμώτατόν ἐστι καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτὰ ἅπαξ ἢ δὶς, καὶ χρονιώτερον προσφέρεσθαι. ἐπεὶ τὸ τρίτον δὲ ἐλαίου πυριάζειν, οὐ συμφέρει, ὅπερ καὶ περὶ καταπλάσματος παρεχομένου φυλαττέον.

Περὶ καθαρτικοῦ ἀποζέματος, ἢ ἐνέματος.

Ὅταν οὖν ὁ πάσχων κάλλιον ἔχῃ, μεταβάλλειν δεῖ τὰ βοηθήματα, καὶ τὴν γαστέρα φαρμάκοις ἁδροτέροις, διὰ στόματος προσφερομένοις ὑπάγειν, ἅτινα διὰ πτισάνης ἢ ὕδατος ποτίζεται, καὶ μὴν καὶ ὀξύμελι πρὸς τοῦτο ἐπιδεξίως προσφέρεται, τὸ σὺν ὕδατι μετρίως κεκραμένον. χρήσῃ οὖν καὶ μελικράτῳ ἅμα, καὶ ἀπομέλιτι, καὶ διουρητικοῖς πόμασι, οἷον σελίνου καὶ ἀσπαράγου ῥιζῶν, μετὰ ὕδατος ἀφεψημένων ζωμιδίοις. ἔνεμα

Nam humor horum caliditate collectus copiosior, hominem occidit. Cum igitur morbũ in statu esse uideris, clystere aluus ducenda est: ubi autem febris iam declinauerit, absynthij decocto ex oleo lienem fouebis: huius penuria, ea quæ non nimium amara sunt, aut astringẽtia adhibebũtur, quale est oleum rosaceũ, aut melinum. At si tensio uel dolor sine ardore partem exerceat, iridis quoque & cyperi modicum, aut simile quippiam oleo iniectum conuenit. Nam hæc uirium lienis conseruandarum facultatem obtinent. Optimũ uerò est, ut quotidie semel aut bis, satisq; diu adhibeantur. Tertiò enim ex oleo fouere uitandum est, id quod de cataplasmate quoque adhibendo obseruare oportet.

De medicamento purgante, aut decocto, aut iniectionibus.

Cum æger meliusculè habuerit, mutanda sunt auxilia, uenter lenibus medicamentis per os assumptis subduci debet, quæ ex ptisana cocta, aut ex aqua potui dantur. Quin & oxymeli ad hoc commodè accipitur, ut quod mediocriter cum aqua temperatum sit. Vteris igitur & mulsa simul, et apomelite, & ad urinam ciẽdam idoneis potionibus: qualia sunt apij & asparagi radicũ cum aqua decoctarũ iuscula.

At per aluũ iniicies ptiſanæ cremorem, cui incoxerit polypodion, thymum, origanum, medullam cucurbitæ ſylueſtris: nec non ueratrum nigrum, centaurium minus, cnicum, capparis cortices & alypum. deinde nitrum, mel, & oleum admiſceri debet. Cucurbita ſylueſtris pituitam educit: cnicus & ueratrum nigrum atram bilem: thymus, alypum & centaurium flauam. Per initia modicè his uteris: proceſſu autẽ temporis ualidiores purgationes, non ſolum per aluum, ſed etiam per os exhiberi, nempe epithymum, cnicum, polypodium, alypi ſemen, & granum cnidium. Cnicus coctus flauam bilem educit: polypodium humores mixtos, quemadmodum & capparis cortex, & centaurium. Verùm iſta paulatim adiecta potioni ex ptiſanæ cremore, aut ozymelite dare ratio eſt. admiſceantur autem ptiſanæ inter coquẽdum cnicus, polypodium, & ueratrum nigrum. Quòd ſi loco ptiſanæ halycam in cibum, aut alia craſsi ſucci aſſumere præceperis, lien prorſus in ſcirrum obdureſcet, nulloq; modo, aut certè uix ſanari poterit. At lien & iecur per initia inflammationis, & dum ipſa cõfirmata eſt, fortiore medicamento purgari ſine periculo non poſſunt. Nam iecur ex inflammatione intumeſcens, anguſtos mea-

ἔνεμα δὲ σκευάζεται διὰ πτισάνης χυλοῦ, πολυποδίου ἐν αὐτῷ ἀφεψημένου, καὶ θυμοῦ, καὶ ὀριγάνου, καὶ κολοκυνθίδος, καὶ ἐλλεβόρου μέλανος, καὶ κενταυρίου μείονος, καὶ κνίκου, καὶ καππάρεως φλοιῶν, καὶ ἀλύπου. εἶτα νίτρον, μέλι καὶ ἔλαιον δεῖ αὐτοῖς ἀναπλέκεσθαι. κολοκυνθὶς μὲν τὸ φλέγμα ἐξάγει. κνίκος δὲ καὶ ἐλλέβορος μέλας χολὴν μέλαιναν. θυμὸς δὲ, ἄλυπον καὶ κενταύριον, τὴν ξανθήν. ἐν ἀρχῇ οὖν τῆς νόσου κατ' ὀλίγον τούτοις χρήσῃ. χρόνου δὲ προϊόντος, ἰσχυροτέρας καθάρσεις οὐ μόνον διὰ γαστρὸς, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος παρέξεις, δηλονότι ἐπίθυμον, κνίκον, πολυπόδιον, ἀλύπου σπέρμα, καὶ κόκκον κνίδιον. κνίκος δὲ ἀφεψημένος χολὴν πυῤῥὰν, πολυπόδιον δὲ ἀναμίκτους χυμοὺς, καθάπερ καὶ καππάρεως φλοιὸς, καὶ κενταύριον. ταῦτα δὲ κατὰ μέρος προσβεβλημένα διὰ πτισάνης χυλοῦ, ἢ ὀξυμέλιτος ποτίζειν προσήκει. κνίκος δὲ, πολυπόδιον, καὶ ἐλλέβορος μέλας ἐν τῷ ἀφέψεσθαι τῇ πτισάνῃ ἀναπλεκέσθω. ἂν δὲ ἀντὶ πτισάνης ἄλικα, ἢ ἄλλα παχύχυμα ἐν τροφῇ προσλαμβάνειν κελεύσῃς, σπλὴν ὅλως σκιῤῥωθήσεται, καὶ μηδενὶ τρόπῳ, ἢ γοῦν χαλεπῶς ὑγιάσεται. ὁ μὲν οὖν σπλὴν, καὶ τὸ ἧπαρ κατ' ἀρχὴν, καὶ κατάστασιν τῆς φλεγμονῆς φαρμάκῳ ἰσχυροτέρῳ οὐκ ἀκινδύνως καθαίρεσθαι δύναται. τὸ γὰρ ἧπαρ διὰ φλεγμονὴν ἐξογκούμενον,

ſub

πέρους πλέον προσκαταλαμβάνῃ. τὸ δὲ φάρμακον καθαρτικὸν χυμοὺς ἐν αὐτῷ συνηθροισμένους ἐξάγειν ἀδυναμεῖ. ὁ δὲ σπλὴν κατ' ἀρχὰς καθαίρεσθαι δύναται. περιττοὺς γὰρ χυμοὺς ἐξ ὅλου τοῦ σώματος προσέλκει, καὶ τὸ πάθος διὰ καθάρσεως διαφορεῖται, ἢ μειοῦται, ἰσχυροῖς δὲ καθάρσεσι ὁ σπλὴν πρὸ τῆς ἀκμῆς καὶ μετὰ τὴν αὐτὴν ἐρεθίζεται, ἀλλ' οὐδὲ ἔξωθεν ἐν ἀκμῇ τῆς φλεγμονῆς ἰσχυροτέροις χρῆσθαι φαρμάκοις συμφέρει, ὥστε τὸ πάθος μεταβάλλεσθαι, ἢ διαφορεῖσθαι. ὅλη γὰρ αὐτοῦ οὐσία οὐκ εἰς κρεῖττον, ἀλλὰ εἰς τὸ κάκιον ῥέπει, καὶ σκληροτέρα γίνεται. διόπερ ἐν ἀκμῇ διὰ ἐμβροχῶν τε καὶ καταπλασμάτων, πρᾳέσι δεῖ φαρμάκοις χρῆσθαι, ἅπερ ὀλίγον θερμαίνει μὲν καὶ ὑγραίνει, οὐ ξηραίνει δέ. τούτοις γὰρ τὸ σῶμα προκενωθὲν ὠφελεῖται, ἡνίκα χυμὸς ἐπιρρυεὶς θερμαίνεται. τοῦτο μὲν οὖν διαγνώσας, ἐν ἀκμῇ τῆς νόσου καταπλάσματα ἐπιθήσεις.

Περὶ σκευάσεως καταπλάσματος.

Ἀκμάζει οὖν τὸ πάθος διαγινώσκων, κατάπλασμα παρέξεις. εἰ μὲν ἡ φύσις τοῦ νοσοῦντος θερμὴ, καὶ ὁ χυμὸς χολώδης ᾖ, κατάπλασμα διὰ φαρμάκων μετρίως θερμῶν κατασκευάσεις· οἷον λινοσπέρμου καὶ ἐλαίου χαμαιμηλίνου, προσβεβλημένου αὐτοῖς τοῦ τῆς κριθῆς, ἢ τῶν κυάμων ἀλεύρου. ταῦτα γὰρ κατ' ὀλίγον θερμαίνει.

πολλά

ius obtinet, & medicamentū purgans humores in eo collectos nequit educere. Lien inflammatus inter initia purgari potest. Nam ex toto corpore superfluos humores attrahit, & affectus purgatione discutitur, uel minuitur: ualidis autem purgationibus lien ante statum & pòst iritatur: imò neq; extrinsecus in statu inflāmationis ualentioribus uti medicamentis expedit, ut affectus mutetur, aut discutiatur. Nam tota eius substantia non in melius, sed in deterius magis uergit, duriorq; euadit. Quare dum morbus in statu est, lenib. uti medicamentis oportet: qualia sunt quæ modicè calefaciūt, & humectāt, non ea quæ desiccant. Cataplasmata igitur, & fomenta quæ diximus, adhiberi debēt. Corpus antea euacuatū his adiuuatur, quando humor qui in eo supernatat, incalescit. quod ubi cognoueris, & morbus in statu est, cataplasmata inducenda sunt.

De parando cataplasmate.

Cum ergo morbū in statu esse deprehenderis, cataplasma applicabis. Si natura ægri calida, & humor fuerit biliosus, cataplasma ex medicamētis mediocriter calidis parari debet: ut ex lini semine, & oleo chamæmelino. cui adijciatur ordei, aut fabarū farina: hæc enim modicè calefaciūt.

Sæpius autẽ, ut nosti, artomelite cum aqua in liene usi sumus: interim acetũ quoq; addimus. Quòd si pars inflammata non multum incalescat, & necesse sit humorem discuti, tutò fœnugræcũ sine aqua prædictis admiscere licet: & si quæ scirrosa inflammatio fuerit, aut craßi humores in liene generati, aceto uteris: nec non amara lienosis admiscebis. Nam lien ex iecore crassum in se humorem recipit, ob quod ei absynthiũ, & cappares in cataplasmate, & acetum, ubi morbus declinauerit, expediunt: quãdo etiam purgans medicamentum augere conuenit.

De cibo & potu.

Cibi leuiores, & uinum tenue albumq; exhibebitur. Hæc enim aluum subducunt, & uires lienis corroborant: nec nõn febrim per urinas discutiũt. Suillæ autẽ carnes, & ouillæ, item balyca, oua, pisces pelagij & palustres, adhæc aues quæ in paludibus et aquis degunt, probiberi debẽt: nõ autem illæ, quæ siccis locis aluntur. Quos enim liene craßis infarcto humoribus laborantes, medici imperiti carnibus quadrupedum nutriunt, & in statu morbi ouis sorbilibus & balyca, nonnunquam etiã sorbitionib. ex tritico aut balyca, ijs plus noxæ ex cibis, quàm adiumenti afferunt. Nam

πολλάκις δὲ, ὡς οἶσθα, ἀρτομέλιτι σὺν ὕδατι ἐν τῷ σπλῆνι ἐχρησάμην ἐνίοτε καὶ τὸ ὄξος προσβάλλων. εἰ μὲν τὸ μόριον φλεγμαῖνον οὐ πάνυ ἐκθερμαίνεται, καὶ τὸν χυμὸν διαφορεῖσθαι χρὴ, τὴν τῆλιν χωρὶς ὕδατος τοῖς προειρημένοις ἀσφαλῶς ἀναπλέκειν ἔξεστι. εἰ δὲ σκιῤῥώδης τις φλεγμονὴ, ἢ παχεῖς χυμοὶ ἐν τῷ σπλῆνι γεγενημένοι ὦσιν, ὄξει χρήσῃ, καὶ τὰ πικρὰ τοῖς σπληνικοῖς ἀναμίξεις. ὁ γὰρ σπλὴν παχὺν χυμὸν ἐκ τοῦ ἥπατος πρὸς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνει, διόπερ ἀψίνθιον καὶ κάππαρις ἐν καταπλάσματι, καὶ ὄξος ἐν τῇ παρακμῇ τοῦ πάθους αὐτῷ συμφέρουσιν. ὅτε καὶ τὸ καθαρτικὸν φάρμακον αὐξάνειν προσήκει.

Περὶ σιτίου καὶ ποτοῦ.

Σιτία ὀλιγότροφα, καὶ οἶνος λεπτός τε καὶ λευκὸς, τοιαύτοις συμφέρει. ταῦτα γὰρ τὴν γαστέρα ὑπάγει, καὶ τὰς τοῦ σπλῆνος δυνάμεις τονεῖ, καὶ τὸν πυρετὸν δι' οὔρων διαφορεῖ. τῶν κρεῶν δὲ χοίρεια, καὶ προβάτεια, ἔτι ἄλιξ, καὶ ὠὰ, τῶν ἰχθύων πελάγιοι καὶ λιμνώδεις, τῶν ὀρνέων ὁμοίως τὰ ἐν τῇ λίμνῃ διαιτώμενα παραιτείσθωσαν. τὰ δὲ ἐν τοῖς ξηροῖς χωρίοις, οὐκ ἔτι. οὓς γὰρ σπληνικοὺς ἤδη παχέσι χυμοῖς σφηνωθεῖσι νοσοῦντας, οἱ τυχόντες ἰατροὶ κρέασι τετραπόδων τρέφουσι, καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ τοῦ πάθους ὠοῖς ῥοφητοῖς, καὶ ἄλικι. ἐνίοτε καὶ ῥοφήμασι διὰ πυροῦ, ἢ ἄλικος, τούτους πλέον βλάπτουσιν, ἢ ὠφελοῦσιν.

ὁ γὰρ

ὁ γὰρ ἄλιξ ἐν παρακμῇ μόνον ὠφέλιμός ἐστι. ἀκμῆς δὲ οὔσης, σιτία τε καὶ πόματα παρέχειν δεῖ, τὰ τοὺς παχεῖς χυμοὺς ἐν φλεγμονῇ ηὐξημένους λεπτύνοντα, τοὺς γλισχροὺς τέμνειν καὶ διαφορεῖν, τοὺς ἐσφηνωμένους διαλύειν, ἢ σπλῆνα αὐτὸν συντομεῖν δυνάμενα, οἷον σκολοπένδριον, καὶ καππάρεως φλοιὸς, ἢ ἄλλα μετ᾽ ὀλίγον ὑφ᾽ ἡμῶν λεχθησόμενα, ὅταν περὶ τοῦ σκίρρου διαγράψωμεν. γαληνὸς γὰρ περὶ δυοῖν τούτοιν βοτανοῖν οὕτως διελέξατο· οἷον ἀψίνθιον τῷ ἥπατι φάρμακον, τοῖον καὶ τῷ σπληνὶ ὁ τῆς καππάρεως φλοιὸς. οἷον αὖθις εὐπατώριον ἥπατι, τοῖον σκολοπένδριον σπληνί. ἄμφω γὰρ σπλάγχνα παραπλησίων τὰς δυνάμεις φαρμάκων ἐνδέονται.

Περὶ ἐπιθεμάτων.

Ἐν ἀκμῇ, ἢ παρακμῇ τὸ Νείλου ἐπίθεμα ὠφελίμως προσφέρεται. πλέον δὲ κηροῦ ἐν ἀκμῇ προσβλητέον, ἄλλως τε ἐν μαλακῷ σώματι. Ἐπίθεμα δὲ ὑφ᾽ ἡμῶν κατεσκευασμένον, λαμβάνει βδέλλιον, ἀλόην, λίβανον, κρόκον, οἴσυπον, κηρὸν, καὶ ἄλλα φάρμακα ἐνθάδε γεγραμμένα. Ἐν παρακμῇ δὲ πλεῖστα καὶ ἄλλα ἐπιθέματα παρέχεσθαι δύναται, διὰ θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, καὶ βδελλίου παρασκευασθέντα. ἐν ἀκμῇ οὖν δὴ φλεγμονῆς ζεούσης τοῦ Νείλου ἐπίθεμα, δι᾽ ἐλαίου χαμαιμηλίνου καὶ κηρώτης ἀναλύεσθαι χρὴ,

ὀλίγου

Nam balyca nisi in declinatione utilis nō est. In hoc aūt tempore non solum ea, sed etiam potiones exhiberi debent, quæ crassos humores per inflammationem auctos extenuent, uiscosos incidant, discutiantq;, obstructos aperiant, lieni infixos relaxent, & ipsum lienē corroborēt: cuiusmodi sunt scolopendriū, & capparis cortex, uel alia quæ postea à nobis dicētur, cum de lienis scirro agemus. Nā de his duabus herbis Galenus hoc modo scriptū reliquit. Quale medicamentū iocinori est absynthium, tale est lieni capparis cortex: quale rursus iocinori quod uocant eupatorium, tale est lieni scolopendrium: siquidem similibus genere medicamentis utrunq; uiscus indiget.

De epithematibus.

In statu uel declinatione, Nili epithema commodè admouetur. Plus aūt ceræ in statu adijciendum est, præsertim in molli corpore. Epithema quod à me confectū est, recipit bdellium, aloen, thus, crocū, œsypū, cerā, ac alia medicamēta, quæ ibidem scripta habētur. In declinatione uerò inflammationis plurima sunt & alia epithemata, quæ adhiberi possunt, ex ammoniaco & bdellio cōposita. In statu ergo cū inflammatio æstuat, Nili epithema oleo chamæmelino, & cerato,

H 5 cui

cui aceti modicum adiectum sit, dissoluere oportet. Consulimus etiam adhuc, ut hoc cerato sicut oxelæo utaris cum lanis succidis, & lieni imponas: ac si tensione laboret, liberabitur. Itaque per initia oleo tenui, non aqua, particulam superfundes, neque si æger in accessione desideret, sed ex aceto, uino & oleo, quibus ceræ modicum interim sit admixtum, fouebis: item hyssopo cerato interdum utimur, & furfuribus ex uino aut aceto, aut posca, aut aceto & melle, aut hydrelæo decoctis. Admiscemus etiam cataplasmati pulegium, thymum, origanum, folia lauri, saluiam, artemisiam, salem & nitrum. At si ea quæ dixi negligentius adhibeantur, inflammatio in scirrum degenerabit, de quo nunc uerba faciemus.

De lienis scirrho.

Cap. 13.

Post lienis inflammationẽ magnus contra naturam tumor & durus accidit, tangenti resistens, nec nõ intẽperies quædam in eo apparet, uerùm copia substãtiæ scirrũ lienis excitat. uel enim humor ei infixus, aut flatuosus spiritus, aut utrique simul mixti, unde lien præter modum augetur, & à naturali recedit magnitudine. Internosces autem humorem & flatum his indicijs.

ὀλίγου ὄξους αὐτοῖς προσπλεχθέντος. καὶ νῦν ἔτι συμβουλεύομεν ταύτῃ κηρωτῇ καὶ ὀξελαίῳ σὺν ἐρίοις οἰσυπηροῖς χρῆσθαι, καὶ τῷ σπληνὶ ἐπιτίθεσθαι. καὶ εἰ διάτασις ἐν αὐτῷ ᾖ, διαλύσεται. ἐλαίῳ μὲν οὖν λεπτομερεῖ ἀπαρχῆς, οὐχ ὕδατι τὸ μόριον ἀπαντλεῖν, οὐδὲ εἰ ὁ νοσῶν ἐν τῷ παροξυσμῷ ἐπιθυμεῖ, ἀλλὰ ἐμβρέχειν δι' ὄξους, οἴνου καὶ ἐλαίου, ἀναμεμιγμένου ἐνίοτε κηροῦ ὀλίγου. ἔστιν ὅτε δι' ὑσσώπου κηρωτῇ χρώμεθα, καὶ πιτύροις δι' οἴνου, ἢ ὄξους, ἢ ὀξυκράτου, ἢ ὄξους καὶ μέλιτος, ἢ ὑδρελαίου ἀφεψημένοις. ἀναμίγνυμεν τῷ καταπλάσματι καὶ γλήχωνα, θύμον, ὀρίγανον, φύλλα δάφνης, ἐλελίσφακον, ἀρτεμισίαν, ἅλας καὶ νίτρον. εἰ δὲ τὰ προειρημένα ἀμελέστερον προσφέρηται, ἡ φλεγμονὴ εἰς σκίρρον μεταβάλλεται, περὶ οὗ ἤδη διαλεξόμεθα.

Περὶ σπληνὸς σκιρρουμένου. ιγ.

Μετὰ σπληνὸς φλεγμονὴν μέγας ὄγκος παρὰ φύσιν καὶ σκληρὸς ἐπιγίνεται, ἁπτομένῳ ἀντίτυπος, καὶ δυσκρασία μέν τις ἐν αὐτῷ εἶναι δοκεῖ. πλῆθος δὲ τῆς οὐσίας σκίρρον τίκτει. ἢ γὰρ χυμὸς αὐτῷ ἐμπεπηγμένος, ἢ πνεῦμα φυσῶδες, ἢ ἄμφω ἀναμικτά, ὅθεν σπλὴν ἀμέτρως αὐξάνεται, καὶ τοῦ φυσικοῦ μεγέθους ἀφίσταται.

Γνωρίσματα.

Διακρινώσκεται τούτοις γνωρίσμασιν,

τοῖς, εἰ μὲν πνεῦμα ἐστιν ὁ ὄγκος τοῦ σπληνὸς, ἀφῇ ἀντιτύπεῖ αὐθαδῶς σπλὴν αὐτὸς νύττεται καὶ τείνεται. εἰ δὲ βαρύτης σὺν ἄχθει ἐν ὑποχονδρίοις ἀριστεροῖς καταλαμβάνεται, πνεύματα τοῖς χυμοῖς ἀναμεμιγμένα ἐν σπληνὶ εἶναι ἴσθι, καὶ ταῦτα κατ' ἀρχάς. ὕστερον γὰρ τοῦ νοσήματος παλαιωθέντος, χυμοὶ διὰ ψυχρότητα ἄμετρον, ἢ ξηρότητα σκληρυνθέντων, σκίρρον γεννῶσι. ἐνίοτε δὲ συμβαίνει τὸν σπλῆνα ἐκτὸς φλεγμονῆς μεγάλως ἐξογκοῦσθαι, καὶ ταῦτα οὕτως γίνεσθαι πέφυκε. σκληρότητος δὲ μὴ ἐπιβαινούσης, τάσις, βαρύτης τε καὶ νυγμοὶ ἰσχυροὶ γίνονται. ὁ μὲν οὖν σκίρρος ἐκ χυμοῦ καὶ φυσήματος ἀναμικτῶν εἶναι δοκεῖ, καθάπερ καὶ τὸ οἴδημα ἅμα καὶ νυγμοὺς ἰσχυροὺς ἐν τῷ σπληνὶ, μόνοι οἱ χυμοὶ ποιοῦσι.

Θεραπεία σκίρρου.

Οἶδα στρατιώτην ὑπ' ἐμοῦ θεραπευθέντα, ὃς ὅλον τοῦ σπληνὸς χωρίον βαρβαρικοῖς σιδηρίοις διαπύροις ἐγκεκαυμένον εἶχε. τούτῳ γὰρ δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις διὰ ὑπηλάτων καθαρθέντι, [...]ματα κατάλληλα βοηθήματα προσφέρων.

Περὶ σιτίου.

Πτισάνης χυλὸν καθ' ἡμέραν ἐν ἐδέσματι παρεῖχον, ὀξυμέλιτι ἀρτυτὸν, καὶ τῶν ἰχθύων πετραίους· τῶν ὀρνίθων δὲ, ἀλεκτορίδας, περδίκας, καὶ ἄλλα εὔπεπτα, εὔχυμα, καὶ εὖ διαβραχέντα.

ἐκώλυε

Si flatus est, tactui resistit pertinaciter, & lien punctionem tentionemq; experitur: sin autem grauitas cum pondere in præcordijs sinistris percipiatur, ex prædictis signis flatus cum humore mixtos in liene esse scias, idq; per initia. Nam postea morbo inueterato, humorib. frigore nimio aut sicci tate induratis, scirrus generatur. Aliquando accidit, ut lien etiam citra inflammationẽ in magnum tumorẽ attollatur. Hæc enim eo modo solent euenire. Duritia autem non accedente, tensio, grauitasq; simul & punctiones ualidæ oriuntur. Scirrus igitur ex humore & flatu mixtis esse uidetur, quemadmodũ etiam soli humores tumorẽ laxũ simul et punctiones ualidas in liene efficiunt.

Curatio scirri.

Nouisti curatum à me fuisse militẽ, qui dum ad me ueniret, totã lienis regionẽ barbaricis ferramẽtis cãdentib. inustã habebat; quẽ duob. tribusúe dieb. medicamẽtis per os datis purgabã, & deinde diligentem ei curã in singulis cõuenientib. remedijs offerẽdis adhibebam.

De cibo.

Ptisanæ cremorem quotidie in cibo porrigebam oxymelite conditum, & pisces saxatiles. Ex auibus autem gallinas, perdices, ac alia cõcoctu facilia, boni succi, & probè macerata.

Pro-

Prohibebā ei quæcunq; uiscosos et crassos humores generāt: similiter et carnes bouillas, suillas, ouillas, caprinas et hœdinas: item aues quæ in aquis pallustrib. degunt, omnesq; pisces palustres, et pelagios, præsertim qui duras et crassas, nō albas carnes obtinēt: adhæc polypos, mulos, sepias, orphos, ostrea, cōchas, bulbos, placētas ex melle et chidro, & quæcunq; inflant, duraq; & crassa, uel quæ cruda sunt. Vinū improbatur crassum, nigrū, et astringēs: dandū aūt est, quale Hippocrates præcipit, quod neq; crassū, neq; ualde frigidū, neq; calidū existat. Hoc igitur modo cibus est administrandus.

De potu.

Potui uerò dabā uinū, in quo capparis radicē, scolopendriū, et myricæ radicū corticem decoxeram: initiò quidem singulas herbas per se exhibebam, deinde ex posca, aut oxymelite, aut solo aceto coctas: interdū etiam in puluerem redactas cum supradictis liquorib. citra coctionem per interualla dabā, idq; non plus quàm duobus, uel ternis diebus. Quin et oxymeli purum per totā hyemē propinabam, nonnunquam cum aqua calida, in qua prædictæ herbæ decoctæ fuerant, ante et post cibum, die & noctu, quandocunque uolebat æger, potui offerebam.

ἐκώλυσα δὲ πάντα τὰ γλισχροὺς καὶ παχεῖς χυμοὺς γεννῶντα. ὡσαύτως καὶ τὰ κρέα βόεια, χοίρεια, προβάτεια, αἴγεια καὶ ἐρίφεια, καὶ τῶν ὀρνίθων τὰ ἐν λιμνώδεσιν ὕδασι διαιτώμενα. καὶ τῶν ἰχθύων πάντας ἑλεώδεις καὶ πελαγίους, ἄλλως τε τοὺς σκληρὰς καὶ παχεῖς, οὐ λευκὰς σάρκας ἔχοντας. προσέτι πολύπον, τρίγλην, σηπίαν, ὄρφον, ὄστρεα, κόγχας, βολβόν, πλακοῦντα διὰ μέλιτος καὶ χίδρου, πάντα ἐμφυσοῦντα, σκληρὰ καὶ παχῆ, ἢ ὠμά. οἶνον δὲ ἀπαιτοῦμεν παχὺν, μέλανα, καὶ στύφοντα. ἐδίδουν δὲ, οἷον ὁ Ἱπποκράτης ἐπιτάττει, οὔτε παχὺν, οὔτε πάνυ ψυχρὸν, οὔτε θερμὸν ὄντα. τοῦτον οὖν τρόπον τὸ σιτίον δοτέον.

Περὶ ποτοῦ.

Ἐπότισα δὲ οἶνον, ἐν ᾧ καππάρεως ῥίζην, σκολοπένδριον, καὶ μυρίκης ῥίζης φλοιὸν ἐφεψησάμην. ἀπαρχῆς μὲν ἑκάστας βοτάνας καθ' ἑαυτὰς ἁπλῶς παρεῖχον, εἶτα δὲ ὀξυκράτου ἢ ὀξυμέλιτος, ἢ μόνου ὄξους ἀφεψηθείσας. ἐνίοτε καὶ εἰς ῥίμμα λειώσας σὺν προειρημένοις χυλοῖς, ἐκτὸς ἑψήσεως κατὰ διαστήματα ἐδίδουν, καὶ ταῦτα οὐ χρονιώτερον τῶν δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν. καὶ μὴν καὶ ὀξύμελι ἄκρατον δι' ὅλου χειμῶνος ἐπότισα, ἐνίοτε σὺν ὕδατι θερμῷ, ἐν ᾧ βοτάναι προειρημέναι ἀφεψήθησαν, πρὸ καὶ μετὰ τροφὴν, νυκτός τε καὶ ἡμέρας προσέφερον, καθ' ὅντινα καιρὸν ὁ νοσῶν ἐπεθυμεῖτο.

Περὶ φλεβοτομίας.

Εἰσβάλλοντος πρώτου ἦρος, ἐπειδὴ ὁ παθὼν ἀνεκτήσατο αὐτὸν, καὶ ὁ σπλὴν ἐμειώθη, ἔδοξέ μοι ἰσχυρότερα φαρμάκων πόματα δοθῆναι προσήκειν, τὰ τὸν σπλῆνα κενῶσαι δυνάμενα. πρὸς ὃν καὶ δραστικώτερα παρεῖχον φάρμακα, ὅσῳ ἂν μείων αὐτὸς ἐγένετο, καὶ αὐτίκα κατ' ἀρχὴν τοῦ ἦρος αἷμα πολὺ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ ἀγκῶνος ἀφῄρουν. μετὰ εἴκοσι πέντε ἡμέρας τούτῳ φαρμάκῳ ἐχρησάμην, ὃ λαμβάνει, νάρδου στάχυος, καππάρεως ῥίζης φλοιῶν, μυρίκης φύλλων, ἀσπλήνου βοτάνης, λεπίδος στομώματος σιδήρου ἀνὰ δραχ. ιη. μυροβαλάνων δραχ. ι. θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ δραχ. ιη. πολυτρίχου δραχ. ς. στοίχαδος δραχ. δ. σκολοπενδρίου δρ. γ. τροχίσκους δὲ ὀξυμέλιτος δραχμιαίους ἐποίουν, καὶ ἕνα ὀξυμέλιτι ἀνιεθέντα ἐπότιζον. ἔπειτα δὲ, ὅτε σπλὴν ἤδη ἐκφράχθη ἂν, φάρμακα ὑπακτικὰ ἐδίδουν. καὶ περιττωματικοὺς χυμοὺς ἰσχυροτέροις, οἷον ἱερᾷ διὰ κολοκυνθίδος τρισὶ δραχμαῖς ἐκένουν. ἀρχομένου ἤδη θέρους, τέτταρας δράχμας προσέφερον τῶν προειρημένων φαρμάκων, μηδεμιᾶς ἡμέρας ἀφιστῶν. ἤδη δὲ ὑγείας ὀλίγου δεῖν ἀναληφθείσης, κυκλαμίνου ῥίζης δραχ. α. διὰ μελικράτου ὕστερον προσάπαξ ἢ δὶς μετὰ ἑκάστας πόσεις παρεῖχον.

αὕτη

De missione sanguinis.

Vere primùm ineũte, cum æger multum se recollegisset, & lien decreuisset, uidebatur mihi potiones medicaminũ efficaciores præstari debere, quæ lienem euacuare poßint: qui cum magis imminueretur, fortiora medicamina exhibebã. Ac mox inter initia ueris sanguinem ex brachio sinistro copiosè detrahebam, & post dies uiginti quinq; hoc medicamẽto quod sequitur, utebar. spicæ nardi, capparis radicũ corticũ, myricæ foliorũ, aspleni herbæ, squamæ ferri. singulorũ drach. octodecim: myrobalani drach. decẽ: ammoniaci suffiminis drac. octodecim: polytrichi drac. sex: stœchados drach. quatuor: scolopẽdrij drachmæ tres. Ex oxymelite pastillos drachmã pendentes singulos fingebã, ac unũ oxymelite dilutũ potui dabã. Postea uerò cum lien probè esset explicatus, medicamenta ad ciendã aluũ dabam. ac ociosos humores ualidioribus, nempe Hieræ diacolocynthidos drachmis trib. euacuabam. Inchoante iã æstate nõ tres drachmas, sed quatuor exhibebam, ita ut à prædictis medicamentis nullo die discederẽ. Vbi sanitati propemodum esset restitutus, cyclamini radicis drachmã ex mulsa deinceps, semel aut bis, post singulas potiones offerebã.

Nam

Nam ea uitiosos humores ex liene per sudores expurgat, calidis extrinsecus operimentis admotis, ut medicamentũ fieret efficacius.

De ijs quæ lienem corroborant.

Lienem sæpe potione quidem ex scolopendrio & cappare, epithemate uerò ex auripigmẽto, alumine et similibus corroboramus. Nam hoc medicamentũ mediũ inter frigidũ & calidum existit, cuius et aliorũ utiliũ confectiones hic subiungemus.

Potio ad lienosos probata.

Ammoniaci suffiminis, pulegij, singulas drachmas, cum aceto potui dato.

Alia potio.

Salicis corticem medium, & folia eius cum duobus aquæ sextarijs ad dimidias coquito, datoq; potui ad triduum.

Epithema malacticum.

Hoc medicamentũ mollíẽdi facultate præditum est, cõmune iocinori, lieni, abscessibus, strumis, parotidibus, articulis, calcibus quoque suppuratis, aut aliter dolentibus, item torsionibus uentris. Conficitur autem hoc modo. Bdellij Scythici, adipis porcini, ammoniaci suffiminis, iridis illyricæ, singulorum drachmæ sedecim: opoponacis, cachryos, styracis, thuris, galbani, singulorum drachmæ octo: pipe-

αὕτη γὰρ κακοὺς χυμοὺς ἐκ τοῦ σπληνὸς διὰ ἱδρῶτα ἐκκαθαίρει, σκεπασμάτων θερμῶν ἔξωθεν περιβεβλημένων, ὡς τὸ φάρμακον γίνεται δραστικώτερον.

Περὶ τῶν τοῦ σπληνὸς τονωτικῶν.

Ποτῷ μὲν διὰ σκολοπενδρίου καὶ καππάρεως τὸν σπλῆνα, ἐπιθέματι δὲ διὰ ἀρσενικοῦ, στυπτηρίας, καὶ παραπλησίων συντονοῦμεν. τοῦτο γὰρ βοήθημα μέσον ἐν τῷ ψυχρῶν καὶ θερμαίνειν ἐστὶ, ἔστιν καὶ ἄλλων συμφερόντων σκευασίας ἔνθα ὑπογράψομεν,

Πόσις πρὸς σπληνικοὺς δοκιμασθεῖσα.

Θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, γλήχωνος, ἀνὰ δρ. α. διὰ ὄξους πότιζε.

Ἄλλη πόσις.

Ἰτέας φλοιὸν μέσον, καὶ φύλλα αὐτῆς σὺν δυσὶ ξέσταις ὕδατος, εἰς ἥμισυ ἑψήσας, πότιζε τρεῖς ἡμέρας.

Ἐπίθεμα μαλακτικόν.

Τοῦτο φάρμακον μαλακτικόν ἐστι, κοινὸν τῷ ἥπατι, σπληνὶ, ἀποστήμασι, χοιράσι, παρωτίσι ἄρθροις τε καὶ πτέρναις ὑποπυήσασι, ἢ ἄλλως ὀδυνωμένοις, καὶ στρόφοις τῆς γαστρὸς. σκευάζεται οὕτως, βδελλίου σκυθινοῦ, στέατος χοιρείου, θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, ἴρεως ἰλλυρικῆς ἀνὰ δραχ. ιϛ. ὀποπάνακος, κάχρυος, στύρακος, λιβάνου, χαλβάνου ἀνὰ δρ. η.

πιπέ-

πεπέρεως κοκκία ρ ξ. κηροῦ δρ. μ η. τερεβινθίνης δραχ. μη. μάγματος ἐλαίου ἰρίνου τὸ αὔταρκες. τοῦτο φάρμακον κόπτεται, μαλακτικὸν ὄν· οὐ γὰρ ἄλλο αὐτοῦ πλέον μαλάττον τὰς σκληρίας ἐξευρεῖν ἔστι. σκευάζεται δὲ οὐ παραπλησίως ἄλλοις ἀνιέμενον. ἐν ὅλμῳ γὰρ τὰ ξηρὰ κόπτεται, κηροῦ καὶ ἄλλων τηκτῶν προσβεβλημένων, ὕπερον δὲ ἐν τῷ κόπτεσθαι ῥύπου ἰρίνου χρίσεις, ἕως ἂν ὅλη σύνθεσις ἀποτελῆται. ἔστω δὲ πρόσφατον ἀμμωνιακὸν, στύραξ λιπαρὸς, βδέλλιον σκυθικὸν, καὶ ὀποπάνακα αὐτοῖς ἀναμίξεις, πάντα τε ἅμα ἀνακόψας χρῶ.

Μάλαγμα ἀμυθάωνος.

Τοῦτο πρὸς ὑποχονδρίων τάσεις καὶ ἀγκύλας ποιεῖ, σπλῆνα ἐκτήκει, σκληρότητας μαλάττει καὶ διαφορεῖ. σύνθεσις δὲ αὐτοῦ οὕτως ἔχει. θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ δραχ. ι ϛ. κηροῦ δραχ. ι ϛ. λιβάνου δραχ. δ. σμύρνης δραχ. δ. χαλβάνης, βδελλίου, τερεβινθίνης, ἀνὰ δραχ. η. ἐλαίου κυπρίνου κότυλαι ϛ. σμύρναν, βδέλλιον, λίβανον οἴνῳ προφυράσας, ἀμμωνιακὸν ὄξει διαλύσεις. πάντα ἐν ὅλμῳ σύγκοπτε, ὕπερον ἰρίνῳ ὡς προείρηται ἐγχρίων, ταῦτα δύο μαλάττει.

Ἄλλο ἐπίθεμα.

Τοῦτο προειρημένου πολλῷ δραστικώτερον, καὶ ἰσχυρότερον πρὸς τὸ διαφορεῖν,

piperis grana centū sexaginta: ceræ drach. quadraginta octo: terebinthinæ, fecis olei irini & uini, singulorū quod satis est. Hoc medicamentū contunditur, emolliẽdi uirib. donatū. Neq; enim aliud magis eo emolliens duritias, reperies. Paratur aūt non dilutius, sicut alia. nam in pila tunditur, cera alijsq; medicamentis adiectis. Inter tundendū pistillū fecib. olei irini illinitur, donec tota mixtura perficiatur. Sit aūt ammoniacū recens, styrax pinguis, bdelliū Scythicū: opoponacẽ eis admisceto, omnia simul cōterẽs, et utitor.

Malagma Amythaonis.

Hoc ad præcordiorū tensiones conducit, nec non articulis prodest, qui difficulter mouentur: liẽ cōsumit, duritias emollit, et discutit: recipit autem hæc. Ammoniaci suffiminis drachmas sedecim, ceræ totidem: terebinthinæ drachmas octo, bdellij totidẽ: thuris drach. quatuor: myrrhæ totidem: galbani drachmas octo: olei cyprini heminas sex. Myrrham, bdelliū, thus in uino prius macerabis: ammoniacum aceto dissolues: omnia in pila contundes, oleo cyprino, ut suprà dictū est, ipsam inungens. Hæc duo malagmata emolliunt.

Aliud epithema.

Quod nūc subiungā, prædicto est longè efficacius, fortiusq; ad discu-

discutiendum, & extenuandum, tollendũq; duritias: quẽadmodũ quod ex stercore caprillo, & opoponace simul cũ aceto paratur. Nam id quoq; dissoluit et extenuat, uacuatq; nõ modò inspissatos humores, & uiscosos, sed etiã ipsas partes corporis solidas: quoniã caprillum stercus ex aceto, ut Galenus memoriæ prodidit, scirrosis tumoribus, qui ex craßis fiunt humoribus, utilißimum existit. Altera igitur confectio inscribitur,

Malagma Asclepiadæ.

Ceræ sesqui libra: colophoniæ unc. 6. galbani unc. 3. opoponacis unc. 6. propoleos unc. tres: ammoniaci suffiminis unc. 6. olei heminæ duæ: aceti sextarij duo: stercoris caprilli unc. 3. thuris totidẽ: myrrhæ unc. 3. Ammoniacum ex aceti sextario teres: huic adijcies thus, myrrhã, opoponacem, stercus caprillũ, teresq; iterum: propolim uerò cum galbano in pila tundes. cerã & resinã ex olei heminis duabus liquabis: ubi coierint, propolim adijcies, agitabisq; frequenter, et cum in unum omnia coacta fuerint, ab igne sublata, refrigerari sines, et derades: deinde ijs quæ in puluerẽ redacta sunt, inspersis, miscebis uniuersa, & in usum cõdes. Hæc enim sunt medicamẽta discutiendi emolliendiq; uiribus prædita.

Epithe-

φορεῖν, καὶ λεπτύνειν, καὶ ἀφιλεῖν σκληρότητας, καθάπερ καὶ τὸ διὰ αἰγείου κόπρου, καὶ ὀποπάνακος σὺν τῷ ὄξει συνυαζόμενον. ὅπερ καὶ αὐτὸ διαλύει, λεπτύνει, καὶ κενοῖ οὐ μόνον χυμοὺς πεπαχυσμένους καὶ γλισχροὺς, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ στερεὰ τοῦ σώματος μόρια. ἐπεὶ ὁ κόπρος αἰγεῖος διὰ ὄξους, ὡς γαληνὸς ἔγραψεν, τοῖς σκιρρωμένοις ὄγκοις ἁρμόττει οὐ σπληνὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων μερῶν. ἑτέρα οὖν σύνθεσις οὕτως ἐπιγράφεται,

Μάλαγμα Ἀσκληπιάδου.

Κηροῦ λι. α. S. κολοφωνίας οὐγ. ϛ. χαλβάνης οὐγ. γ. ὀποπάνακος οὐγ. ϛ. ῥίζης πάνακος οὐγ. ϛ. προπόλεως οὐγγ. γ. θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ οὐγγ. ϛ. ἐλαίου κότυλαι β. ὄξους ξε. β. κόπρου αἰγείου οὐγγ. γ. λιβάνου οὐγγ. γ. σμύρνης οὐγγ. γ. ἀμμωνιακὸν διὰ ὄξους κόπτε, προσβάλλων αὐτῷ λίβανον, σμύρναν, ὀποπάνακα, κόπρον αἴγειον, καὶ ἀνάκοπτε. πρόπολιν δὲ σὺν χαλβάνῃ ἐν ὅλμῳ κόψεις. κηρὸν καὶ ῥητίνην διὰ ἐλαίου τήξεις, μετὰ τὸ συστρέφειν πρόπολιν προσπλέξας, καὶ κινήσεις συχνῶς. πάντα δὲ ἑνώσας, καὶ ἀπὸ πυρὸς ἄρας ἀναψυγῆναι ἔασον, καὶ ἀναξύσας τοῖς λειωθεῖσιν πρόσβαλλε, καὶ πάντα ἀναμίξας χρῶ. ταῦτα γὰρ ἐστὶ φάρμακα διαφορητικὰ καὶ μαλακτικά.

Ἐπι-

Ἐπίθεμα τὸν σπλῆνα ἀσθενῆ συντονοῦν.

Φάρμακον τὸ διὰ ἀρσενικοῦ καὶ στυπτηρίας συνίστασθαι προειρημένον, ὅπερ στρατιώτῃ πολλάκις ἀφ' ἐμοῦ διαμνημονευθέντι ἐπίθηκα, ταῦτα λαμβάνει. κηροῦ τυῤῥηνικοῦ δραχ. ϟϛ. ῥητίνης πιτυίνης δραχ. ιϛ. ῥητίνης φρυκτῆς, ἀρσενικοῦ δρ. ιϛ. στυπτηρίας σχιστῆς δραχ. ιβ. τὰ μεταλλικὰ δὲ ὄξει δριμεῖ λεάνας, τὰ δὲ τηκτὰ δὲ ἐλαίου ὀλίγου τῆξε, καὶ ψυγεῖσι τὰ ξηρὰ πρόσβαλλε. μίξας χρῶ. ταῦτα γὰρ ἐστὶν ἅπερ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ παρεῖχον.

Ἐπίθεμα σπληνικὸν καὶ ἡπατικὸν ἀμφοτέρων σπλάγχνων ἐμφράξεις διαφοροῦν.

Κηροῦ, τερεβινθίνης, ὑσσώπου ἀττικοῦ, ἴρεως ἰλλυρικῆς ἀνὰ δραχ. ϛ. τὰ τηκτὰ τῆξε, καὶ τὰ ξηρὰ αὐτοῖς ἐπιπάσας χρῶ. εἰ δὲ ἱδρὼς ἐπιγίνηται, καὶ ἀφαιρεῖν αὐτὸν βούλῃ, ἀπόνιπτε, καὶ τὸ μέρος ἐλαίῳ ἀψινθίτῃ ἔγχριε. ἱδρῶτος ἀφαιρεθέντος, ἐπιθέματι χρῶ.

Θεραπεία σπληνὸς πνεύματι διατεινομένου, καὶ ἐξογκουμένου.

Εἰ ὁ σπλὴν διὰ πνεύματος τείνεσθαι ἢ σκιῤῥοῦσθαι, νύττεσθαι καὶ ἐκτὸς ὀδυνίας τοῦ πεπονθότος μέρους βα-

Epithema lienem imbecillem corroborans.

Medicamentum quod supra ex auripigmento & alumine fieri diximus, ad lienis imbecillitatem ualere dixi, quod militi, cuius mētionem feci sæpius, imposui. recipit autem hæc. Ceræ Tyrrhenicæ drachmas nonaginta sex: resinæ piceæ drachmas sedecim: resinæ frixæ drachmas nonaginta sex: auripigmenti scißi drachmas sedecim, aluminis scißilis drachmas duodecim. Metallica terito ex aceto acri: quæ liquari poßūt, ex modico oleo liquato, ac refrigeratis sicca adycito, mixtis utitor. Hæc enim sunt, quæ homini illi exhibueramus.

Epithema lienosum & hepaticum, quod utriusq; uisceris obstructiones discutit.

℞ Ceræ, terebinthinæ, hyssopi Attici, iridis Illyricæ, singulorū drachmæ sex. Quæ terēda sunt, terito: & quæ liquefieri possunt, liquato: sicca superinspergito, ac utitor. Quòd si sudor superueniat, & tollere eū uoles, detergito, et absynthino oleo partem perunges: ac sudore sublato, illo uteris.

Si lien flatu distenditur & intumescit.

Quòd si lien ex prædictis signis flatu tēdi, aut durus scirri modo pungi, et citra ullā affectæ partis

grauitatē dolere cognoscatur, mirificè auxiliatur electuariū diospoliticum, quod in hūc modum paratur. Rutæ uiridis pridie decerptæ, piperis, cumini, singulæ drachmæ, nitri drachma semis, aut quarta eius pars. Si aluus astricta fuerit, nitri drachmā inijcies: cuminū uerò ex aceto per triduū macerabis: postea siccatū in puluerem rediges: omnia cum melle bono & despumato misce bis, et in uase uitreo repones. Datur ex eo cochleare unū. Facit enim ad inflationes uentris, uiscerumq; appetentiā uentriculi excitat: concoctionē promouet: pituitam extenuat: aluū emollit: acidos ructus aufert: uitia pectoris, lateris, iecoris, lienis & renū mitigat. Simili modo accōmodata sunt uentris, stomachi, iecoris et lienis affectib. medicamenta dia calaminthes, et dia triō peperiō: nec nō diaspermaton. Adhæc cucurbitulæ in uentrē defixæ adiuuant. præterea utilißima sunt, melanthiū, petroselinū, anisum, & cuminū, si pani cōmisceātur, uel cū alijs dētur cibis, præsertim infantibus. Magis aūt ex uino dari debēt, uel in puluerē redacta inspergi. Cōuenit etiā cestrū, adianthum, & polypodiū, præcipuè cū magna lienis durities apparet: tūc etiam scolopendrium, & asplenon uino admiscere expedit.

Porrò

βαρύτητος ὀδυνᾶσθαι ἐκ προειρημένων σημείων γινώσκεται, θαυμαστῶς ὠφελεῖ τὸ διοσπολιτικὸν ἔκλειγμα, οὗ σύνθεσις ἐστὶν ἥδε. πηγάνου χλωροῦ πρὸ τῆς ἡμέρας ἀπολεχθέντος, πεπέρεως, κυμίνου ἀνὰ δραχ. α. νίτρου τὸ τῆς δραχμῆς ἥμισυ, ἢ τέταρτον. εἰ δὲ ἡ γαστὴρ σκληραίνεται, νίτρου δραχ. α. πρόσβαλε, κύμινον δὲ δι' ὄξους τρεῖς ἡμέρας ἀποβρέξεις. εἶτα ξηράνας λειώσας πάντα σὺν μέλιτι καλῷ, καὶ ἀπαφρονισμένῳ μίξας ἀγγείῳ ὑαλινῷ ἀνατίθει, καὶ δίδου κοχλιάριον α. ποιεῖ πρὸς τὴν ἐμπνευμάτωσιν τῆς γαστρὸς καὶ σπλάγχνων, τὴν ὄρεξιν στομάχου κινεῖ, καὶ πέψιν ποιεῖ, τὸ φλέγμα λεπτύνει, τὴν κοιλίαν μαλάττει, ὀξώδεις ἐρυγὰς αἴρει· τὰ πάθη τοῦ στήθους, ἥπατος, σπληνὸς καὶ νεφρῶν παρηγορεῖ. ὡσαύτως ἐπιτήδειόν ἐστι πρὸς τὰς γαστρὸς, στομάχου, ἥπατος καὶ σπληνὸς διαθέσεις τὰ διὰ καλαμίνθης, διὰ τριῶν πεπέρεων, διὰ σπερμάτων. πρὸς τούτοις καὶ σικύαι τῇ γαστρὶ ἐπιτιθέμεναι ὠφελοῦσι. προσέτι ὠφελιμώτατά ἐστι μελάνθιον, πετροσέλινον, ἄνισον, κύμινον, τῷ ἄρτῳ ἀναμεμιγμένα, ἢ σὺν ἄλλοις ἐδέσμασιν διδόσθω, ἄλλως τε τοῖς παιδίοις. μᾶλλον δὲ δι' οἴνου προσφέρειν δεῖ, ἢ λειωθέντα ἐμπάσσειν. συμφέρει καὶ κέστρον, ἀδίαντον καὶ πολυπόδιον, μάλιστα ὅτε μεγάλη τοῦ σπληνὸς σκληρότης φαίνεται. τότε καὶ σκολοπένδριον καὶ ἄσπληνον οἴνῳ ἀναμίξαι προσήκει.

νῦν

νῦν δὲ τινὰ ἐκ τῶν γαληνοῦ θεραπευτικῆς περὶ σπληνὸς ἐμπνευματώσεως προσγράψω, ὡς αὐτῷ τῇ νόσου αἰτίῳ κατάλληλα ἀντίδοτα, ἢ τροχισκοὺς, ἢ ἐπιθέματα, ἃ δείκνυσιν αὐτῷ πεῖραν, καὶ διὰ χρήσεις ἡμῶν ἐδοκιμάσθη.

Σπλῆνα μὲν τοι σκιρρούμενον οὐ μόνον ἔξωθεν ἰσχυροῖς φαρμάκοις θεραπεύειν προσήκει, ἀλλὰ καὶ διὰ πομάτων ἰσχυροτάτων. ἀνέχεται γὰρ καὶ τούτων ἀλύπως. ἄριστα δὲ ἐστὶν αὐτῶν καππάρεως ῥίζης φλοιὸς, καὶ σκολοπενδρίου καὶ μυρίκης αὐτή τε ῥίζα καὶ οἱ ἀκρέμονες. ἕψειν δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα προσήκει, ἐν ὄξει τε καὶ ὀξυμέλιτι. πολλάκις δ' ἁπτομένῳ φαίνεται μὲν ἀντίτυπος ὁ σπλὴν, οὐ μὴν σκιρρώδης ἐστὶν ὁ ὄγκος, ἀλλὰ πνευματώδης μᾶλλον. ἐφ' οὗ προαποβρέξαντα δὲ ἀψινθίου φάρμακον ἔμπλαστον ἐπιτιθέναι χρὴ μικτῆς δυνάμεως, ὁποῖον ἐστὶ τὸ διὰ θείου τε καὶ στυπτηρίας. ἐστὶ δὲ ἀμέλει τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τοῖς φαρμάκων βιβλίοις γεγραμμένων φαρμάκων τοιαῦτα. πρόσεχε δὲ οὐχ ἁπλῶς τῇ δυνάμει τῶν μεμιγμένων φαρμάκων, ἀλλὰ καὶ τῷ ποσῷ τῆς μίξεως. ἐπὶ γὰρ τῶν πνευματώδη τὸν ὄγκον ἐχόντων σπληνῶν, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν οἰδημάτων, κἂν πολὺ τῆς στυπτηρίας ἐμβάλλῃς οὐδὲν βλάψεις, ἐπὶ δὲ τῶν σκιρρωδῶν προσήκει ἐπικρατεῖν

Porrò nũc de lienis inflatione ex Galeni opere de ratione medendi quædam excerpta adscribam, ut ipsi morbi causæ accõmoda antidota, uel pastillos, uel epithemata, quæ ipse expertus est, & nos usu & periclitatione comprobauimus, adscribamus.

Galeni uerba de lienis scirrho & inflatione.

Lienẽ scirrho obnoxiũ nõ modò extrinsecus medicamẽtis efficacibus, sed etiã potionibus ualidißimis curare cõuenit, ut quæ citra molestiã toleret: ex quorũ numero optima habentur, capparis radicis cortex, scolopendrij & myricæ tum radix tum germina: omnia uerò eiusmodi in aceto et oxymelite coquere conuenit. At sæpenumero lien tangenti quidẽ resistere uidetur, nõ tamẽ scirrosus, sed flatuosus potius tumor existit, cui medicamentũ emplasticũ mixtæ facultatis, quod prius absynthij oleo madefeceris, imponere oportet: quale est, quod ex sulphure et alumine cõstat. Sunt deniq; plurima huiusmodi ex ijs quæ in medicamẽtarijs libris prodita sunt, huc accõmodata. Attẽde aũt nõ solum mixtorũ medicaminũ facultatẽ, sed etiã misturæ copiam. Nam si lieni flatuoso humori obnoxio, magisq; in œdematibus, etiãsi multũ aluminis adbiberis, nihil offendes. uerùm in scirrosis, discutiendi facultatem supe-

rare conuenit: paulum autẽ eius quae astringit, admisceri. Cũ igitur ex numero simpliciũ, & spõte nascentium medicamentorum flos salis tali sit natura praeditus, lienes scirro obductos sanat, si extrinsecus ipsis in uesica applicetur.

Epithema iecoris & lienis.

Epithema iecoris et lienis haec recipit. *Aluminis liquidi uncias sex: sulphuris uiui totidem: nitri rubri, ammoniaci suffiminis, mannae thuris, capparis radicis corticis, singulorum uncias sex: picis siccae, resinae aridae picrae, singulas libras: olei cyprini uncias sex: aceti quod satis est. Hoc ad tales uiscerum affectus efficacia nobile est.*

Epithema Hypotherion.

Sunt alia quoque epithemata lienosis & hydropicis accommodata, quae uocantur Hypotheria. Haec enim humiditates ex alto eliciunt, dolores & scirros discutiunt. Resinae aridae librae quatuor: cerae librae duae: picis siccae totidem: aluminis liquidi, nitri rubri, sulphuris uiui, mannae thuris, singulorum libra: aloes unciae sex: pyrethri, aristolochiae, cardamomi, uisci quercini, ammoniaci suffiminis, bdellij, uuae amomi, cucumeris syluatici radicis, liquoris sycomori, singulorũ quadrãs: aceti sesquisextarius.

κρατεῖν τὴν διαφορητικὴν δύναμιν, ὀλίγον δ' αὐτῇ μεμίχθαι τῆς στυφούσης. ἐν γοῦν τῶν ἁπλῶν τε καὶ αὐτοφυῶν φαρμάκων τοιοῦτον ὑπάρχον ἅλος ἄνθος, ἰᾶται σκιῤῥουμένους σπλῆνας, ἐπιτιθὲν ἔξωθεν αὐτοῖς ἐν κύστει.

Ἐπίθεμα ἥπατος καὶ σπληνός.

Στυπτηρίας ὑγρᾶς, θείου ἀπύρου, νίτρου ἐρυθροῦ, θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, μάννης, καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ ἀνὰ οὐγ. ς. πίσσης ξηρᾶς, ῥητίνης φρυκτῆς, πιτυΐνης ἀνὰ λι. α. ἐλαίου κυπρίνου οὐγ. ς. ὄξους τὸ αὔταρκες. τοῦτο πρὸς τοιαύτας διαθέσεις σπλάγχνων ἐνεργείᾳ δόκιμόν ἐστι.

Ἐπίθεμα ὑποθήριον.

Ἔστιν καὶ ἄλλα ἐπιθέματα πρὸς τοὺς σπληνικοὺς καὶ ὑδρωπικοὺς ἐπιτετευγμένα, τὰ ὑποθήρια λεγόμενα. ταῦτα γὰρ τὰς ἐν βάθει ὑγρασίας ἀναπίνει, ὀδύνας τε καὶ σκίῤῥους διαλύει. ῥητίνης φρυκτῆς λιτ. δ. κηροῦ λι. β. πίσσης ὑγρᾶς λι. β. στυπτηρίας ὑγρᾶς, νίτρου ἐρυθροῦ, θείου ἀπύρου, μάννης λιβάνου, ἀνὰ λι. α. ἀλόης οὐγ. ς. πυρέθρου, ἀριστολοχίας, καρδαμώμου, ἰξοῦ δρυΐνου, θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, βδελλίου ἀμώμου βότρυος, σικύου ἀγρίου ῥίζης, ὀποῦ συκομόρου ἀνὰ οὐγγ. γ. ὄξους ξε. α. S.

στυπτη-

Alu-

συπτηρίαν, θεῖον, νίτρον, ὄξει φύρασον, καὶ τὰ τηκτὰ κατὰ τῶν ξηρῶν λειωθέντων ἔμβαλε. κατανοεῖν δὲ χρὴ καὶ τὸ φάρμακον διὰ συπτηρίας καὶ θείου, αὐτὸ τοῖς προειρημένοις ποιεῖν. καὶ μὴν καὶ ἐπίθεμα τὸ διὰ σπερμάτων, τὴν τοῦ σπληνὸς φλεγμονὴν ἰᾶται, καθ' αὑτό τε ἐπιτιθὲν, καὶ σὺν συπτηρίας καὶ θείου ἀναμικτὸν ὠφελεῖ. τὸ δὲ μάλαγμα διὰ τῶν σπερμάτων τὴν τῶν ἐμφυσημάτων οὐσίαν ὠφελεῖ, συνειλεγμένα διαλύει, τὰ λοιπὰ καθαίρει ἢ διαφορεῖ. προσεγράψαμεν δὲ δύο μαλάγματος προειρημένου σκευασίας.

Alumen, sulphur, nitrum terito: ammoniacum ex aceto diluito: siccis in puluerem redactis, liquida superinijcito. Obseruare autem in his oportet, & medicamẽtum ex alumine & sulphure idem quod superiora præstare: nec non epithema Diaspermaton lienis inflãmationi medetur, tum per se impositũ, tum cum alumine & sulphure mixtum auxiliatur. Ipsum uerò malagma diaspermaton flatuum substantiã tollit, collecta dißipat, reliqua purgat & discutit. Ascripsi autem duas malagmatis prædicti cõfectiones.

Πρώτη σκευασία τοῦ διὰ σπερμάτων.

Καρδαμώμου, μελιλώτου, βράθυος, δαφνίδων, νάρδου κελτικῆς, σαμψύχου, ἴριδος, ῥίζης πάνακος, ῥίζης κυπέρου, νίτρου, κασίας, τήλεως, σπέρματος σελίνου, ἀνίσου, λιβάνου, στύρακος, σμύρνης, θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, τερεβινθίνης ἀνὰ οὐγ. γ. κηροῦ, μέλιτος, ἐλαίου κυπρίνου, στέατος ταυρίου ἀνὰ λι. α. οἴνου τὸ αὔταρκες. ποιεῖ πρὸς στομάχου, ἥπατος καὶ σπληνὸς ἐμπνευμάτωσιν.

Prima confectio Diaspermaton.

Cardamomi, meliloti, herbæ sabinæ, baccarũ lauri, nardi Gallicæ, sampsuci, iridis, radicis panacis, radicis cyperi, nitri, casiæ, fœnugræci, seminis apij, anisi, thuris, styracis, myrrhæ, ammoniaci suffiminis, terebinthinæ, singulorum unciæ tres: ceræ, mellis, olei cyprini, seui taurini, singulorum libra: uini quod satis. Facit ad stomachi, iecoris, & lienis inflationem.

Ἕτερον ἐπίθεμα διὰ σπερμάτων πρὸς αὐτό.

Καρδαμώμου, ἴρεως, κυπέρου, σαμψύχου, νίτρου, ἄμεως, σελίνου σπέρματος, τήλεως, δαφνίδων, θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, ἀνὰ

Alterum epithema diaspermaton ad idem.

Cardamomi, iridis, cyperi, sampsuchi, anisi, nitri, ameos, apij seminis, fœnugræci, baccarũ lauri, ammoniaci suffiminis, singulo-

gulorum unciæ tres: seu taurini hemina: ceræ unciæ decē: colophoniæ hemina: mellis libra. cōficito, & utitor. Licet autem & æquale pondus, aut paulo amplius medicamenti ex alumine et sulphure confecti admisceri.

Potiones ad lienem scirro induratum.

Quibus lien in scirrū durescit, & calorem, siccitatemq; sustinet, his utiliter dātur myricæ folia, aut turiōes ipsius, aut radices: itē asplenon herba, & anchusa. Hæc enim neque ipsæ calorē in se uehementem obtinent, neq; lienē magis excalfaciunt, præsertim si cum oxymelite exhibeantur. Per initia earum decoctum, procedēti autem tempore tritas ipsas ex posca dare oportet. Huius generis sunt & salicis folia, cortex, radixq;: quin & calipis squama, quam illa in fabrilibus officinis, dum ignitur & malleo tunditur, abiicit, ex aquæ mistura potu cōuenit. hæc enim lienem fortiter imminuit, reprimitq;. Vinum autem, et posca, in qua candens ferrum extinctum sit, ijs qui tenerā carnem habent, & febri carent, cōueniūt. Postea uerò etiam agrestioribus hominibus, qualis miles ille fuit. Mentionem ergo faciemus potionum, in quibus ferrum extinguitur. Itaq; inter initia magnis affectibus, & minus

duris

ἀνὰ οὐγ. γ. στέατος ταυρείου μνᾶ, κηροῦ οὐγ. ι. κολοφωνίας μνᾶ α. μέλιτος λι. α. σκεύαζε καὶ χρῶ. ἔξεστι δὲ καὶ φαρμάκου τοῦ διὰ στυπτηρίας καὶ θείου, ἢ τὸ ἴσον, ἢ μεῖζον μέτρον ἀναμίξαι.

Πότα πρὸς ἐσκιῤῥωμένον σπλῆνα.

Τοῖς ἐσκιῤῥωμένοις σπλῆνα μετὰ θερμότητος καὶ ξηρότητος, δίδοται μυρίκης φύλλα ὠφελίμως, ἢ ἀκρέμονες αὐτῆς, ἢ ῥίζαι καὶ ἄσπληνον βοτάνη, καὶ ἄγχουσα. ταῦτα γὰρ οὔτε αὐτὰ θερμότητα σφοδρὰν ἔχει, οὔτε τὸν σπλῆνα μᾶλλον ἐκθερμαίνει, ἄλλως τε δὲ ὀξυμέλιτος προσφερόμενα. κατ᾽ ἀρχὰς μὲν τὸ ἀπόζεμα αὐτῶν, προϊόντος δὲ χρόνου λειωθέντα δι᾽ ὀξυκράτου διδόναι χρή. τοιαῦτα δέ ἐστιν καὶ ἰτέας φύλλα, φλοιὸς, ῥίζη, καὶ μὴν καὶ στομώματος λεπὶς, ἣν ἐκεῖνο ἐν χαλκείοις πυρούμενόν τε καὶ σφύρᾳ κοπτόμενον ἀποβάλλει, σὺν ὕδατι ἀναμιγμένη ἐν ποτῷ συμφέρει. ταύτη γὰρ σπλῆνα ἰσχυρῶς μειοῖ, καὶ καταστέλλει. οἶνος δὲ καὶ ὀξύκρατον ἐν ᾧ πολλάκις ἐναπεσβέσθη σίδηρος ἐκπυρωθεὶς, τοῖς μαλακὴν σάρκα ἔχουσιν καὶ ἀπυρέτοις ἀεὶ οὖσι. εἶτα δὲ καὶ ἀγροικοτέροις ἀνθρώποις, οἷος στρατιώτης ἐκεῖνος ἦν. διόπερ καὶ μεμνήσομαι πομάτων, ἐν οἷς ὁ σίδηρος ἐναποσβέννυται. κατ᾽ ἀρχὰς σὺν μεγάλοις πάθεσι, καὶ ἧττον

σκλη

σκληροῖς σώμασιν συμφέρουσι, ταῖς δὲ ἔπειτα ἡμέραις πλείσταις ἐφεξῆς διδόναι αὐτὰ προσήκει. ἔνιοι ἀναμίγνυσι λεπίδι στομώματος ἀψινθίου κόμην, καὶ πεπέρεως ὀλίγον, ὅπως μὴ πόμα τὸν στόμαχον βλάβῃ, κρεῖττον δὲ ἔσται, πελεκῖνον καὶ ἡμιονῖτιν βοτάνας ἐν τοιᾷδε δυσκρασίᾳ ἀναμίγνυσθαι, ὥσπερ ἐν ψυχρᾷ πάλιν κασίαν, κόστον, ἕρπυλλον, ἄνισον, καὶ τούτοις παραπλήσια ἐμβάλλεσθαι. θερμῇ οὖν δυσκρασίᾳ προσήκουσι δύο προειρημέναι βοτάναι. ἀμφότεραι γὰρ δραστικαί εἰσι, ὡς τὸν μέγιστον σπλῆνα ἐκτήκουσαι, δυσκρασίαν ὅλως ἀπομειῶσαι, οὐδὲ αὐξάνειν ἐᾶσαι. ψυχρᾷ δὲ καὶ ξηρᾷ δυσκρασίᾳ χαμαίπιτυς, χαμαίδρυς, γεντιανή, μυροβάλανοι, καλαμίνθη, πευκέδανον, ἄκορον, σκόρδιον, τρίφυλλον, ὑπερικόν, ἄγνος, ὀπὸς πευκεδάνου, κενταύριον ἀμφότερον ξηρὸν, καὶ τούτοις παραπλήσια, οἷον σκολοπένδριον, καὶ θέρμου ἄλευρον. ἄλλα δὲ διὰ οἴνου, ὕδατος καὶ ὀξυμέλιτος ποτίζεται. φοινικοβάλανος δὲ, ὃν καὶ μυροβάλανον ὀνομάζουσι, εἰ μὴ διὰ ὀξυκράτου πίνεται, αὐτίκα ἐμέτῳ ἀναβάλλεται. τοῦτον τὸν τρόπον ἕκαστα χρὴ προσφέρεσθαι.

Περὶ τροχίσκων.

Τῶν πλείστων τροχίσκων στόμαχον μὴ λυπούντων τούτους τρεῖς ἀπελεξάμεθα, καὶ πρῶτος τῷ στομάχῳ ὠφελι-

duris corporibus expediunt: insequentibus autē diebus plurimis ordine dari debēt. Nōnulli admiscēt squamæ calipis ferri, absinthij comas, et piperis modicū, ne potio stomachū offendat. Melius autē erit, si pelecinum, & hemionitis herbæ in tali intemperie misceantur: quemadmodum in frigidis contrà, casia, costum, serpyllum, anisum, & his similia inijcietur. In calida ergo intemperie duæ illæ herbæ superius dictæ præberi debent. Nam ambæ efficaces sunt, ut quæ maximū lienē consumant, intemperiem minuant omnino, nec augeri permittant. Frigidæ aūt & siccæ intemperiei, chamæpitys, chamædrys, gentiana, myrobalani, calaminthe, peucedanum, acorum, scordium, trifolium, hypericum, uitex, liquor peucedani, centaurium utrumque siccum, eis'que similia, scolopendrium, & farina lupinorum medentur. Alia uerò ex uino, aqua, & oxymelite bibuntur. Phœnicobalanus autem, quem & myrobalanum nominant, nisi ex posca bibatur, mox reuomitur. Hoc modo singula, ut dixi, adhiberi debent.

De pastillis.

Ex plurimis pastillis, qui stomachū non offendunt, hosce três selegimus. Ac primus stomacho ideo-

idoneus est: utitor autem eo ad omnem lienis affectũ. facit & ad conuulsiones, tormina, inflationes, & muliebria uitia. Myrrhæ drachmæ sex: nardi Indicæ drachmæ quatuor: aut pro nardo Indica, inijcies nardi Gallicæ drachmas sex: costi totidem: opopanacis, dictamni, peucedani radicis corticis, capparũ radicis corticis, periclymini radicis corticis, ammoniaci suffiminis, singulorũ drach. quatuor: nõnulli inijciunt etiã iridis drach. duas. & semissem. Ex oxymelite pastillos fingito, qui obulos duos pendeãt, ac dato singulos cum oxymelitis uncia. Noster aũt pastillus, de quo aliàs dictũ est, ualde efficax est, ac mirificè omnib. lienosis affectibus, præcipuè ubi tumor eximius et ingẽs durities infestet, utilis: dabis hunc quoq; pueris, præsertim si mellis multũ admisceatur. Tertius iam pastillus subiungetur, quo melior inueniri nequit: nos eũ frequẽti usu probauimus. Capparis radicis corticis, myricæ foliorũ, aspleni herbæ, squamæ ferri calipis, seminis pelecini, singulorũ drach. sex: myrobalani drach. decem: ammoniaci suffiminis drac. octo, stœchados drachmæ decẽ: absynthij Põtici drachmæ tres, scolopendrij totidem. Fingito pastillos, qui drachmam singuli pendeant, ac dato unum ex oxymelite.

ἐπιτετευγμένος ἐστι, χρῶ δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς πᾶσαν διάθεσιν σπληνός. ποιεῖ καὶ πρὸς σπασμοὺς, στρόφους, ἐμπνευματώσεις, καὶ γυναικεῖα πάθη. σμύρνης δραχ. ϛ. νάρδου ἰνδικῆς δραχ. δ. ἢ ἀντὶ νάρδου ἰνδικῆς ἔμβαλε νάρδου κελτικῆς δρ. ϛ. κόστου δραχ. ϛ. ὀποπάνακος, δικτάμνου, πευκεδάνου ῥίζης φλοιοῦ, καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ, περικλυμένου ῥίζης φλοιοῦ, θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ ἀνὰ δραχ. δ. ἔνιοι δὲ προσπλέκουσι καὶ ἴρεως δραχ. β. S. ὀξυμέλιτι πλάττε τροχισκοὺς διωβολιαίους, καὶ δίδου ἑκάστους σὺν ὀξυμέλιτος οὐγ. α. ἡμέτερος δὲ τροχισκὸς περὶ οὗ ἐν τοῖς ἄνω προείρηκα, πάνυ δραστικός ἐστι, καὶ θαυμαστῶς πάσαις διάθεσιν σπληνὸς ὠφέλιμος, ἄλλως τε μετὰ ὄγκου μεγάλου καὶ σκληρότητος ἐπιγινομέναις. δώσεις τοῦτον καὶ παιδίοις, ἄλλως τε εἰ πολὺ μέλιτος ἀναμίγνυται. τρίτος τροχισκὸς ἤδη ὑπογράφεται, οὗ κρείττων εὑρεθῆναι οὐ δύναται, ἀφ' ἡμῶν συνεχῆ πειρᾷ δοκιμασθείς. καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ, μυρίκης φύλλων, ἀσπλήνου βοτάνης, λεπίδος σιδήρου στομώματος, πελεκίνου σπέρματος ἀνὰ δραχ. ϛ. μυροβαλάνου δραχ. ι. θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ δραχ. η. στοίχαδος δραχ. ι. ἀψινθίου ποντικοῦ δραχ. γ. σκολοπενδρίου δραχ. γ. ποίει τροχισκοὺς δραχμιαίους, καὶ δίδου διὰ ὀξυμέλιτος.

Ἐπίθε-

Epi-

Ἐπίθεμα πρὸς τὰς ψυχρὰς δυσκρασίας.

Ἐπίθεμα ὑπ᾽ ἐμοῦ κατασκευασθὲν ὑπογράψω, πρὸς χρονίας καὶ ψυχροτέρας διαθέσεις σπληνὸς κάλλιστον· μυροβαλάνου, οἰνάνθης, θυμιάματος ἀμμωνιακοῦ, βδελλίου σκυθικοῦ, καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ, ἁλὸς ἄνθους ἀνὰ δραχ. μ η. ὀποπάνακος λιπαροῦ δραχ. η. στύρακος, μάννης λιβάνου ἀνὰ δραχ. α. ἰξοῦ δρυΐνου δραχ. ι β. κηροῦ δραχ. κδ. ἀμμωνιακὸν ἁλὸς ἄνθει διάλυε. κάππαριν δὲ, μυροβάλανον καὶ μάννην δι᾽ ὄξους κόπτε, λοιπὰ δὲ κατὰ πυρὸς μάλαττε, καὶ ἐν θυΐᾳ κόπτε, τὰ λειωθέντα αὐτοῖς πρόσβαλε, καὶ ἑνώσας χρῶ. τοῦτο φάρμακον εὖ ποιεῖ σπληνικοῖς. τὰς γὰρ σκληρότητας σπληνὸς, καὶ ὄγκους πεπαίνει, ἐκτήκει, διαλύει, καὶ σκιῤῥὸν διαφορεῖ. καὶ μὴν καὶ αὐτοὶ μυροβάλανοι μόνοι ἐν ὅλμῳ συντετριμμένοι, καὶ ἐπιτιθέντες κάλλιστως ὠφελοῦσι. ἔτι χαμαίδρυς, καὶ περιστέρεων μετὰ ἀξουγγίας παλαίας ἐπιτιθέντα ἀρηγοῦσι.

Epithema.

Epithema à me confectũ hic tibi subijcio, ad diuturnos & frigidiores lienis affectus optimum. Myrobalani, œnanthes, ammoniaci suffiminis, bdellij Scythici, capparis radicis corticis, floris salis, singulorum drachmæ quadraginta octo: opoponacis pinguis drachmæ octo, styracis, mãnæ thuris, singulorum drachma: uisci quercini drachmæ duodecim: ceræ drachmæ uiginti quatuor. Ammoniacum cum salis flore dissoluito: capparim uerò, myrobalanum, ac mannam cum aceto tundito: reliqua autem iuxta ignem emollito, et in pila tundito. trita eis adijcito, unito, & utitor. Hoc medicamentum bene facit lienosis: nam duritias & tumores eius maturat, consumit, dißipat, et scirrum digerit. Quin & ipsi myrobalani soli in pila cõtriti impositiq; iuuant optime. Item chamædrys & uerbenaca, cum axungia ueteri impositæ opitulantur.

Περὶ βηχὸς τῶν σπληνικῶν.

Τὴν δὲ βῆχα ἐκ λεπτοῦ καὶ δριμοῦς καθάῤῥου τοῖς σπληνικοῖς ἐπιγινομένην, διὰ φαρμάκου τοῦ διὰ κωδύων, ἢ τροχίσκου τρυγώνου δεῖ ἀντίστασθαι. πρὸς τούτοις ἐπιθέματα σπληνὶ προσφέρεσθαι, λεπτύνειν αὐτὸν δυνάμενα. εἰ δὲ αἰτία τις κωλύει

Di tussi lienosorum.

Si tußis ex tenui & acri defluxione facta lienosos superueniat, medicamẽto diacodyon, aut pastillo trygono probiberi debet. Adhæc epithemata lieni applicãda sunt, quæ extenuari poßũt. Quòd si his uti, causa quædam impe

impediat, syncipiti fomentum ex pastillo quodam, aceto & oleo rosaceo ad mellis spißitudinẽ tẽperato, inducendum est. Optimè huc cõferet pastillus crocodes ex aceto et oleo rosaceo dilutus, syncipitiq; impositus. Nam tenuem fluxionem ardentem, acremq; refrigerando contemperat, et tussim finit, somnumq; conciliat.

OCTAVI LIBRI
Finis.

CAPITA LIBRI NONI, *& appendices.*

κωλύῃ τούτοις χρῆσθαι, ἐμβροχὴν διὰ ῥοχίσκου τινὸς ὄξει καὶ ῥοδίνῳ κεκραμένην ἄχρις τοῦ μελιτώδους πάχους τῷ βρέγματι ἐπιτιθέναι προσήκει. κάλλιστα δὲ πρὸς τοῦτο συμφέρει ῥοχισκὸς κροκώδης ὄξει καὶ ῥοδίνῳ ἀνιέμενος, καὶ τῷ βρέγματι ἐπιτιθείς. λεπτὸν γὰρ καὶ καίοντα ῥευματισμὸν τῷ ψυχραίνειν συγκιρνᾷ, τὴν βῆχα παύει, καὶ ὕπνον ποιεῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ἐννάτου βιβλίου.

ΑΛΕΞΑΝ-

Alexan-

ALEXANDRI TRALLIANI liber nonus, IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.

DE AQVA INTER cutem. Cap. I.



Aqua inter cutẽ, quæ Græcè Hyderos dicitur, et ipsa longus quidam affectus est, iecore adeò refrigerato proueniens, ut ipsum non amplius deinceps cibos in sanguinem, sed in alienam qualitatẽ, aut in aquam aut pituitam, aut flatum transmutare possit. atq; [illegible] trifariam aquam inter cutem constitui diximus: ac uocant eam sanè, quæ à tenui & seroso humore contrahitur, Asciten: quæ uerò à flatu in toto corpore generatur, tympaniam: quæ rursus à pituitoso humore per totum corpus excitatur, Anasarca, alij Leucophlegmatiam appellarũt. Notum uerò est, has quoq; curandas esse, ubi prius internouerimus: siquidem internotio rectæ curationis fundamentum est.

De ascite. Cap. 2.

Ascites igitur inde internosci debet, quòd fluctuationes excitãtur ex humore, qui ueluti in utre quodã cõtentus circumuoluatur.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ βιβλίον ι.

ΠΕΡΙ ΥΔΕΡΟΥ. κεφ. α.



Ὕδερος, ἕν τι ἐστὶ καὶ αὐτὸς τῶν χρονίων παθῶν, ἤδη καταψύξει τοῦ ἥπατος γινόμενος, ὡς μηκέτι δύνασθαι αὐτὸ μεταβάλλειν τὸ λοιποῦ εἰς αἵματος γένεσιν, ἀλλ' εἰς ἀλλόκοτον ποιότητα, ἢ εἰς ὕδωρ, ἢ εἰς φλέγμα, ἢ εἰς πνεῦμα. καὶ διὰ τοῦτο τριττὸν εἰρήκαμεν ὕδερον συνίστασθαι· καὶ καλοῦσι τὸν μὲν ὑπὸ λεπτοῦ καὶ ὀρρώδους γινόμενον, ἀσκίτην· τὸν δὲ ὑπὸ πνεύματος ἐν ὅλῳ τῷ σώματι συνιστάμενον, τυμπανίαν. καὶ τὸν ὑπὸ φλεγματικοῦ χυμοῦ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι συνιστάμενον, ἀνὰ σάρκα· οἱ δὲ λευκοφλεγματίαν ὠνόμασαν. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ τούτους θεραπεύειν δεῖ, διαγινώσκοντας πρότερον· εἴπερ ἄρα ὀρθῆς θεραπείας πηδάλιόν ἐστιν ἡ διάγνωσις.

Περὶ ἀσκίτου. β.

Τὸν μὲν οὖν ἀσκίτην διαγινώσκειν χρὴ ἔκ τε τοῦ κλύδωνας γίνεσθαι, διὰ τὸ ὡς ἐν ἀσκῷ τινι περικυκλεῖσθαι τὸ περιε-

περιεχόμενον ὑγρόν. τὸν δὲ τυμπανίαν, διὰ τὸ πληττόντων ἡμῶν, κτύπον τινὰ δοκεῖν ἀποτελεῖσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν τυμπάνων. τὸν δὲ κατὰ σάρκα, διὰ τὸ παραπλησίας ἔχειν τὰς σάρκας νεκρῷ σώματι, ὡς ὅλον τὸ σῶμα οἰδαίνειν, καὶ πιεζόντων ἡμῶν τῷ δακτύλῳ, κοιλότητα ἐπιγίνεσθαι, καὶ παυσαμένων οὐκ αὖθις ἐπανέρχεσθαι. γίνεται τούτων ἕκαστος τῶν ὑδέρων, ἢ κατὰ πρωτοπάθειαν, ἢ κατὰ συμπάθειαν. καὶ γὰρ ἐπὶ σπληνὶ κακοχύμῳ ὄντι, καὶ κακοπραγοῦντι, καὶ κώλῳ, καὶ μεσεντερίῳ, ὑστέρᾳ τε καὶ νεφροῖς, καὶ κύστει, καὶ γυναικείῳ ῥῷ, καὶ ἐπισχέσει καταμηνίων, καὶ καταψύξει τοῦ πνεύμονος, καὶ διαφράγματι, καὶ ἐπὶ πολλοῖς ἄλλοις μορίοις, ὧν ἕκαστον διαγινώσκειν χρὴ πρότερον, εἶτα οὕτως ἐπιχειρεῖν ἐθέλειν θεραπεύειν. τοῖς μὲν οὖν ἐπὶ καταψύξει τοῦ ἥπατος ἢ πνεύμονος γενομένοις ὕδροις, ὡς ἐπίπαν συνεισβάλλουσι βῆχες, καὶ ἀναπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου, ἀλλὰ προθυμοῦνται μόνον. συμβαίνει δὲ καὶ ἐπίσχεσις τῆς γαστρός, διὰ τὸ τὴν φλεγμονὴν τοῦ σπλάγχνου ἀναικμᾶσθαι τὴν τῆς γαστρὸς ὑγρότητα. κύστεως δέ τε καὶ μεσεντερίου, διὰ τῶν ἰδίων ἔσται σημείων, τὸ τὴν γαστέρα μᾶλλον διαρροίαις ἁλίσκεσθαι καὶ φθοραῖς συνεχέσι, καὶ δήξεσι τῶν ἐντέρων. καὶ γὰρ ἕπονται δήξεις, χο-

λῆς

natur. Tympanias autē, quòd ubi nos ferimus uentrem, tympani modo strepitum quendam elidere uideatur. Anasarca uerò hinc deprehenditur, quòd æger carnes habeat emortuo corpori similes, & totum corpus intumescat: ac ubi nos digito id imprimimus, cauitas oboriatur: cumq; imprimere desierimus, nō statim in pristinū reuertatur. Cæterùm singulæ hæ aquæ inter cutē species, aut primario affectu, aut cōsortij lege fiunt. Nam ob lienem uitiosis humoribus præditum, maleq; affectum, item ob colū, mesenterium, uterum, renes, uesicā, muliebrem fluxum, mensium retentionem, pulmonis refrigerationem, septum transuersum, & multas alias particulas superuenit, quæ singula prius internoscere cōuenit, deinde sic curationem aggredi. Quib. igitur aqua inter cutem refrigerato iecore aut pulmone oborta fuerit, hos simul tussis magna ex parte inuadit, ipsiq; nihil notatu dignum expuūt, sed irritantur tantum. Accidit etiam alui retentio: quòd inflammatio uisceris humiditatem uentris exhauriat. Vesicæ autem & mesenterij propria indicia erunt, nempe uentrem magis profluuijs infestari: nec non corruptionibus continuis, & intestinorum rosionibus. Nam hæ, dum bilis ex-

cernitur,

cernitur, comitantur: gignuntur autē ipsis meritò etiā bilis recrementa, dum cibi ab inflāmatione intestina exercente euacuantur. At eorū qui ob pulmonis affectum aqua inter cutem laborant, indicia sunt, quòd tußis potißimum excitetur, cor refrigeretur, totumq; corpus & pedes omnium maximè intumescāt. Atque hæ aquæ inter cutem species tabidis potißimum obueniunt. Discernes autem eos, qui ob lienem malè affectū hoc morbo laborant. Iam alios quoq; ob tabem hydropicos fieri, facilè deprehendes, si internoscēdi uias ac rationes frequenter sequaris.

De curatione.

Omnium curatio à uacuatione incipienda est: sed ascitis quidem dicti, aut tympaniæ, à sola purgatione. Cui autem anasarca nomen est, ea uenæ sectionem interdū requirit, ut quæ ex sanguinis frigidi copia nascatur. Ac frigiditatis quidē ratione, illa nō indiget: sed quoniam copiæ detractio naturam leuat, ut hæc minorem illam effectam facilè superet, non alienum, sed rationi consentaneū est, hic quoq; uenæ sectione uti. Videmus enim, quòd etiam ignis externus, cum à lignis uiridib. propemodum extinguitur, refocillatur rursus, si illa quæ ipsum suffocabant, auferantur.

Hydro-

λῆς ἐκκρινομένης. τίκτεται δὲ αὐτοῖς εἰκότως καὶ χολῆς περιττώματα, ἐκκενουμένων τῶν σιτίων ὑπὸ δὴ ἐν ἐντέροις φλεγμονῆς οὔσης. τῶν δὲ ὧδε πνεύμονι πασχόντων σημεῖα, τὸ μάλιστα βῆχας γίνεσθαι καὶ καταψύχεσθαι τὴν καρδίαν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα, καὶ τοὺς πόδας οἰδαίνειν πλέον ἁπάντων. γίνονται δὲ οὗτοι οἱ ὕδεροι μάλιστα τοῖς φθινώδεσι. διαγνώσῃ δὲ τοὺς ὧδε σπληνὶ κακοπραγοῦντι, ἑτοίμως δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ὧδε φθίσει γινομένους ὑδρώσεις, ἀκολουθῶν ἑκάστοτε ταῖς διαγνωστικαῖς μεθόδοις.

Περὶ θεραπείας.

Θεραπεύειν δὲ χρὴ πάντας, ἀπὸ κενώσεως ἀρχομένους, ἀλλὰ καὶ τὸν μὲν ἀσκίτην καλούμενον, ἢ τὸν τυμπανίαν, διὰ μόνης καθάρσεως· τὸν δὲ ἀνὰ σάρκα, διὰ φλεβοτομίας, ἔσθ' ὅτε χρῄζει. διὰ πλῆθος γὰρ αἵματος ψυχροῦ γίνεται. καὶ ὅσον μὲν ἐπὶ τῇ ψύξει, οὐ χρῄζει φλεβοτομίας· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀφαιρούμενον τὸ πλῆθος ἐπικουφίζει τὴν φύσιν, ὥστε τοῦ ἐλάττονος αὐτὴν ἑτοίμως περιγίνεσθαι, οὐκ ἄτοπον, ἀλλ' εὔλογον ἐνταῦθα καὶ φλεβοτομίᾳ χρῆσθαι. ὁρῶμεν γὰρ, ὅτι καὶ τὸ ἐκτὸς πῦρ ἀπὸ χλωρῶν ἀποσβεσθῆναι κινδυνεῦον ξύλων, ἀναλάμπει πάλιν, ἀφαιρουμένων ἐκείνων τῶν καταπνιγόντων αὐτό. τὸ μὲν οὖν

αὐ-

τὰ σάρκα, καὶ φλεβοτομεῖν ἐσθ' ὅτε δεῖ, καὶ καθαίρειν. λέγωμεν οὖν αὐτῶν καὶ τὴν κατὰ μέρος ἐπιμέλειαν, καὶ πότε ἀνατρίβειν δεῖ, καὶ καταβρέχειν, καὶ ἐπιπλάττειν, καὶ πότε δεῖ κεχρῆσθαι φαρμάκοις, καὶ ὁποίοις· μετὰ φλεβοτομίαν οὖν, πρὸ πάσης γὰρ τῆς ἄλλης θεραπείας αὐτὴν, ὡς εἶπον, παραλαμβάνειν δεῖ, ἐὰν τὰ τῆς δυνάμεως ἐπιτρέπῃ. εἰ γὰρ ἀσθενὴς εἴη, φεύγειν δεῖ τὴν τοιαύτην τὴν τοῦ αἵματος ἀφαίρεσιν, εἰ καὶ ἄλλως φαίνοιτο χρήζων. δυνατὸν γάρ ἐστιν ὕστερον συναίρως ἀφαιρεῖν, ἀναρρωσθείσης τῆς δυνάμεως, καὶ τοῦ μοχθηροῦ πλήθους ἐπικουφισθέντος ὑπ' ὀλίγου διὰ ἑτέρων τινῶν, καὶ μάλιστα διὰ τῆς πικρᾶς καλουμένης. Τὸ γὰρ φάρμακον τοῦτο ἅμα τε τὸ ἐκφράττειν ἔχει, καὶ τὸ ῥωννύειν τὰ σπλάγχνα δυνάμενον, ὃ καὶ μάλιστα χρῄζομεν. μετὰ δὲ τὴν χρῆσιν τῶν ἐκφράττειν δυναμένων, καὶ ἀναπετᾶν ἐργάζεσθαι τοὺς πόρους, καὶ εὔρουν ποιῆσαι τὴν ὕλην, ἐλθεῖν λοιπὸν ἐπὶ τὰ κατὰ μικρὸν ἰσχυρότερον καθαίρειν δυνάμενα. δεῖ δὲ μὴ ὑφ' ἓν τοῦτο ποιεῖν, ὥστε μὴ καταβληθῆναι τὴν δύναμιν. καὶ γὰρ εἰ καὶ περιττὸν ἐστὶ τὸ κενούμενον, ἀλλ' εἰς τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν, μᾶλλον βλάπτει. βέλτιον οὖν ἐστι κατὰ μικρὸν καὶ ἀσφαλῶς κενῶσαι, ἢ σπουδάζοντα καὶ θορυβούμενον ἅμα τῇ νόσῳ συναναιρεῖν καὶ τὸν κάμνοντα. καλῶς μὲν οὖν καθαίρουσιν ὅ, τε τῆς ἀκτῆς χυλὸς

Hydropem igitur anasarca & uena secta interdum, & purgatione curare oportet. Dicamus autem particularem quoq; ipsorum curationem, & quãdo perfricare, madefacere, cataplasmatis obducere, et quando medicamentis, & quibus post sanguinis dimissionẽ uti oportet. Nam ante omnem aliã curationẽ ipsa uenæ sectio, ut dixi, adhibenda est, si uires permittant. Si enim imbecilles sint, tunc sanguinis detractio uitari debet, etiam si aliàs indigere uideatur. Licet enim postea commodè sanguinem detrahere, ubi uires recreatæ fuerint, & copia uitiosi humoris paulatim alijs quibusdam, præsertim picra dicta, leuata. Nam hoc medicamentum simul & aperire, & corroborare uiscera potest, qua etiam re maximè indigemus. Post usum uerò eorum quæ aperiunt, & meatus ampliores efficiunt, materiamq; fluxilem reddũt, transito deinceps ad ea quæ paulo ualentius purgare queant. At hoc non una uice faciundum est, ne uires deijciãtur. Etenim, quamuis id quod uacuatur, recrementicium est, tamen uniuersa ac subita mutatione magis offendit. Satius igitur est paulatim & tutò euacuare, quàm festinando perturbandoq; unà cum morbo etiam ægrum è medio tollere. Pulchrè igitur purgant sambuci succus

cum

cum condito potus: item lathyrides, et æris squama: uerùm nullũ adeò, ut illud quod recipit chameleæ foliorum, squamæ æris, et anisi, singulorum drachmã. Dato ex aqua per initia quidem drachmam unam: uirib. aũt recollectis, etiam duas drachmas exhibeto, plus minus'ue paulo, ac totum medicamenti modũ, absolutumq́; ad uires respiciens, metire. Rursus à purgatione illa porrigito, quæ aperire possunt: maximè pastillum, qui ex amygdalis conficitur. Adeò enim hũc incipientes hydropicos aperire citra noxam uidi, ut cõtinuò potus, iecoris scirros dissoluerit. In hũc autem modum paratur.

Confectio pastilli ex amaris amygdalis.

Anisi, seminis apij, amygdalarum amararum, absynthij, gummi, singulorũ drachmæ quatuor: aquæ quod satis est. Hoc sanè pastillo ad obstructiones ex crassis uiscosisq́; humoribus contractas, & in quibus non uehemens aliquis dolor uiscus affligit, utitor. Sin autem dolores aliqui intestina, uentrem, & præcordia exerceãt, etiam pastillum Amazonũ dictũ præbeto. Etenim dolorem lenit, et uim aperiẽdi mitigandiq́; obtinet. Crebrius aũt in huiusmodi decocto seselios utitor, aut casiæ, aut spicæ nardi, aut asari, &

μετὰ κονδίτου πινόμενος, καὶ λαθυρίδων, καὶ ἡ τοῦ χαλκοῦ λεπίς. ἀλλ' οὐδὲν οὕτως ὡς τὸ λαμβάνειν καὶ τῆς χαμελέας φύλλα, χαλκοῦ καὶ ἀνίσου ἀνὰ δρ. ε. δίδου σὺν ὕδατι, κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς δρ. α. μετὰ δὲ τὸ ἀναλαβεῖν τὴν δύναμιν, καὶ δύο δίδου δρ. καὶ πλέον, καὶ ἔλασσον κατὰ μικρόν· καὶ ὅλην τὴν δόσιν, καὶ ἁπλῶς πρὸς τὴν δύναμιν ἀποβλέπων στάθμιζε, καὶ τὴν δόσιν τοῦ βοηθήματος. καὶ πάλιν μετὰ τὴν κάθαρσιν, πάρεχε τὰ ἐκφράττειν δυνάμενα, καὶ μάλιστα τὸν διὰ τῶν ἀμυγδάλων τροχίσκον. οὕτω γὰρ ἀλύπως ἐκφράττειν ἀρχομένους οἶδα, ὅτι ποθεὶς συνεχῶς διέλυσε σκίρρους ἥπατος. ἡ δὲ σκευασία ἐστὶ τοιαύτη.

Σκευασία τοῦ διὰ τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων.

Ἀνίσου, σελίνου σπέρματος, ἀμυγδάλων πικρῶν, ἀψινθίου, κόμμεως ἀνὰ δρ. δ. ὕδατος αὐτάρκους. τούτῳ μὲν τῷ τροχίσκῳ κέχρησο πρὸς τὰς τῶν παχέων χυμῶν καὶ γλίσχρων ἐμφράξεις, καὶ ἐφ' ὧν οὐ σφοδρά τις ὀδύνη γίνεται περὶ τὸ σπλάγχνον. εἰ δέ τινες ὀδύναι εἶεν περὶ τὰ ἔντερα, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὰ ὑποχόνδρια, καὶ τῷ τῶν ἀμαζόνων καλουμένῳ· καὶ γὰρ ἀνώδυνός τέ ἐστι, καὶ τὸ ἐκφράττειν ἔχει, καὶ τὸ παρηγορικόν. συνεχέστερον δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων, καὶ τῷ ζέματι κέχρησο τῆς σεσέλεως, ἢ τῆς κασίας, ἢ τοῦ ναρδοστάχυος, ἢ ἀσάρου. καὶ

καὶ καταπλάσμασι τοῖς ἔχουσι τὸ τήλινον ἄλευρον καὶ κρίθινον, καὶ ἀψινθίαν πλείστην κεκομμένην. ὑπὲρ πάντα γὰρ αὕτη ὠφελεῖ. καὶ γὰρ τόνον ἐντίθησι τῷ σπλάγχνῳ, καὶ ἀδήκτως ὑποξηραίνει τὰ ἐν τῷ βάθει ὑγρά. ἐχέτω δὲ καὶ κύμινον κεκομμένον, καὶ ἄνισον, καὶ μαστίχην, νάρδον κελτικὴν, καὶ τὸ τοῦ πηγάνου σπέρμα, καὶ μέλι. ἐν οἴνῳ δὲ ἑψήσθω τὰ σπέρματα. οὕτω γὰρ ἔσται πολλῷ κάλλιον. προμαλαχθέντων δὲ τῶν σπλάγχνων, καὶ ἀραιωθέντων ἤδη ἡμέρας ε, ἢ ζ, κέχρησο καὶ ἐπιθέματι μικτὴν ἔχοντι δύναμιν, ὡς καὶ ῥωννύειν καὶ μαλάττειν δύνασθαι τὸ σπλάγχνον· ἐξ ὧν ἐστι καὶ τοῦτο, λαμβάνον οὕτω· κρόκου δραχ. ι. ἀλόης, μαστίχης, ἀμμωνιακοῦ, βδελλίου ἀνὰ δραχ. η. στύρακος δραχ. δ. κηροῦ δραχ. ϟγ. στέατος χηνείου δραχ. ιϛ. ὑσσώπου ὑγροῦ δραχ. λβ. κυπρίνου τὸ ἀρκοῦν. εἰ δὲ θέρος εἴη, καὶ πυρέττοι ὁ ἔχων τὸν ὕδερον, καὶ ῥοδίνου καὶ οἴνου προσβαλέσθω πρὸς τὴν τῶν ξηρῶν ἕνωσιν. εἰ δὲ μὴ μόνον τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ καὶ ὁ σπλὴν καὶ ὁ στόμαχος ὄγκον σοι φαίνοιτο καὶ σκληρίαν ἔχειν, ἄφελε θαῤῥῶν ὀλίγου αἵματος, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πλῆθος ὑπάρχοι ἐν ταῖς φλεψὶ μοχθηρὸν, καὶ μηδὲν ἡ δύναμις ἀντιπράττοι, ἀλλὰ καὶ ὁ πάσχων ἀκμάζων φαίνοιτο τὴν ἡλικίαν, καὶ ὁ καιρὸς εἴη μὴ σφόδρα ψυχρός. οὕτω

& cataplasmatis quæ recipiunt farinam fœnugræci et ordei, absynthiumq́; plurimum cōtusum. Hoc namq; super omnia auxiliatur. Nam robur uisceri insinuat, & humores in alto hærentes citra rosionem leuiter desiccat: habeat aūt & cuminū contusum, anisum, masticben, nardum Gallicam, rutæ semen, & mel. Semina in uino coquantur: sic enim multo cōmodius erit. Vbi iam uiscera emollita & rarefacta ad dies quinq; aut septem fuerint, utitor etiā epithemate, quòd mixtam habet facultatem, ut uiscus posit & firmare & emollire: ex quorum numero est & hoc, quod ista recipit. Croci drach. decem: aloes, mastiches, ammoniaci, bdellij, singulorum drach. octo: styracis drachmas quatuor: ceræ drachmas nonaginta tres: adipis anserini drach. sedecim, hyssopi liquidi drach. triginta duas: cyprini quod satis est. Sin autem æstas fuerit, & laborans aqua inter cutem febricitet, etiā rosaceū & uinum siccis in unitatem cogendis adijciātur. At si nō solum iecur, sed etiam lien & stomachus tumorem & duritiem habere uideātur, detrahito cum fiducia paulū sanguinis, præsertim si praui quoq; humoris copia in uenis subsistat, et uires nō aduersentur. Sed & æger uigētis sit ætatis, et tēpus nō admodū frigidū.

Sic uacuatio tentanda est, & adeò sensim, ut natura quæ à copia grauatur, respiret. Etenim animi defectiones, præterquam quòd uires deijciant, etiam aliam frigiditatem uisceri imponunt. Quare magnam & accuratã obseruationem habere cõuenit, atq; ita sanguinem hydropicis iuuandi gratia detrahere audendum. Etenim intempestiua sanguinis mißio in alijs quoq; periculũ inducit: in hydropico aũt interdum etiam mortem. In quibus igitur et maxima est obstructio, & inflãmatio scirrosa, uiresq; robustæ, in his uacuationem sanguinis ante omnia alia præsidia, præsertim ualẽtia, adhibeto, ex quorum numero etiam hoc existit.

Ad lienis & iecoris duritiem ualidum medicamentum.

Ammoniaci suffiminis, bdellij, Iridis Illyricæ, singulorum drachmæ sedecim: styracis drachmæ octo: adipis uitulinæ drach. duodecim: opoponacis drachmæ octo: piperis grana centum sexaginta: ceræ drachmæ quadraginta octo: irini fecis quantum satis est: uini quod sufficit. Non oportet aũt emollientib. tantum medicamentis uti, neq; discutientibus, sed etiam ijs quæ tumorem reprimere possunt: scriptura eorum in hunc quoque modum habet.

Ceræ

οὕτω δεῖ ποιεῖν τὴν κένωσιν, καὶ οὕτω κατὰ βραχὺ, ἵνα ἀναπνεύσῃ ἡ φύσις βαρυνομένη ὑπὸ πλήθους. αἱ γὰρ λειποθυμίαι, μετὰ τοῦ καταβάλλειν τὴν δύναμιν, ἔτι καὶ ψύξιν ἄλλην ἐναποτίθενται τῷ σπλάγχνῳ. διὸ πολλὰ δεῖ καὶ ἀκριβῶς ἐπισκεψάμενον, οὕτω τολμᾶν εἰς τὸ ὠφελεῖν ὑδεριῶντος αἷμα. φέρει μὲν γὰρ κίνδυνον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἡ ἄκαιρος φλεβοτομία. ἐπὶ δὲ ὑδεριῶντος ἔσθ' ὅτε καὶ θάνατον. ἐφ' ὧν οὖν καὶ ἔμφραξίς ἐστι μεγίστη, καὶ φλεγμονὴ σκιρρώδης, καὶ ἡ δύναμις ἔρρωται, ἐπὶ τούτων παραλάμβανε κένωσιν αἵματος, πρό γε πάντων τῶν ἄλλων βοηθημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἰσχυρῶν, ὧν ἐστι καὶ τοῦτο.

Πρὸς σπληνὸς καὶ ἥπατος σκληρίαν ἰσχυρὸν φάρμακον.

Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, βδελλίου, ἴρεως ἰλλυρικῆς ἀνὰ δραχ. ιϛ. στύρακος δραχ. η. στέατος μοσχείου δραχ. ιβ. ὀποπάνακος δραχ. η. πεπέρεως κόκκους ρξ. κηροῦ δραχ. μη. ἰρίνου ὑποστάθμης ὅσον ἐξαρκεῖ, καὶ οἴνου τὸ ἀρκοῦν. οὐ δεῖ δὲ μόνον τοῖς μαλακτικοῖς κεχρῆσθαι φαρμάκοις, οὐδὲ τοῖς διαφορητικοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὸν ὄγκον προστέλλειν δυναμένοις. ἔχει δὲ καὶ τούτων ἡ γραφὴ οὕτω·

κηροῦ

κηροῦ δραχ. ρϟε. πίσσης ξηρᾶς δρ. ρϟϛ. στυπτηρίας ὑγρᾶς δραχ. ϟϛ. ἀλόης δραχ. μϛ. νίτρου, μάννης ἀνὰ δρ. ϟϛ. πυρέθρου, δρ. κη. ἀριστολοχίας δραχ. κδ. ἀμμωνιακοῦ δρ. κδ. καρδαμώμου δραχ. κη. ἰξοῦ δραχ. κδ. ἐλαίου δραχ. κδ. ὄξους τὸ ἀρκοῦν. τὰ μὲν οὖν καταπλάσματα καὶ ἐπιθέματα τοιαῦτα ἔστωσαν ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὸν ἀνὰ σάρκα ὕδρωπα, ἅμα τῷ διατετᾶσθαι, καὶ ἔμφραξιν καὶ σκληρίαν ἔχειν μεγίστην τὰ σπλάγχνα. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μετρίαν ἐχόντων ἔμφραξιν, καλῶς εἰρήκαμεν, τῷ διὰ τῶν ἀμυγδάλων τροχίσκῳ. ἐπὶ δὲ τῶν μεγίστων, καὶ ταῖς ἰσχυροτέραις ἀντιδότοις κεχρῆσθαι.

Πρὸς τὰς σκιῤῥώδεις τοῦ ἥπατος διαθέσεις.

Κρόκου, ναρδοστάχυος, κόστου, σχοίνου ἄνθους, κινναμώμου ἀνὰ δρ. β. ζιγγιβέρεως δραχ. α. μέλιτος ἀττικοῦ ἀπηφρισμένου δραχ. κε. δίδου δραχ. α. μετὰ οἰνομέλιτος. κάλλιστόν ἐστι βοήθημα τοῦτο, καὶ διακαθαῖρον ἰσχυρῶς τὰ σπλάγχνα.

Περὶ ἀσκίτου καὶ τυμπανίτου. γ.

Ἁρμόζουσι μὲν γὰρ πάντα τὰ εἰρημένα βοηθήματα καὶ τοῖς ἄλλοις ὑδε-

Ceræ drac. cẽtũ nonaginta quinque: picis aridæ drac. centũ nonaginta sex: alumini liquidi drach. nonaginta sex: aloes drach. quadraginta sex: nitri, mannæ thuris, singulorũ dra. nonaginta sex: pyrethri drac. uiginti octo: aristolochiæ drac. uiginti quatuor: ammoniaci totidẽ: cardamomi drach. uiginti octo: uisci quercini drac. 24. olei totidẽ: aceti quod satis est. Itaq; cataplasmata et epithemata huiusmodi ijs adhibeantur, qui aqua inter cutem, quæ anasarca dicitur, laborãt, ita ut uiscera eorum distenta sint, et obstructionem duritiemq; maximã experiantur. In quib. igitur moderata est obstructio, bene facere diximus pastillum ex amygdalis: in maximis autem, etiam ualentioribus antidotis utendum est.

Ad scirrosos iecoris affectus.

Croci, spicæ nardi, costi, iunci odorati floris, cinamomi, singulorũ drach. duæ: gingiberis drachma: mellis attici despumati drachmæ uiginti quinq;. Dato drachmam ex mulso. Præstantißimum hoc est remedium, & uiscera ualenter expurgat.

De ascite & tympanite. Cap. 3.

Omnia cõmemorata medicamẽta etiam alijs aquæ inter cutem

cutẽ speciebus, nempe ascitæ & tympaniæ citra sanguinis detra-ctionem cõueniunt. Nam his purgationes potius, & quæ aquam per aluum repurgare solent, omnia congruunt. Nihil minus etiã perfricationes, quæ sale, oleo immaturo, sicyonio & cyprino, adhibentur. At frictio moderata fieri debet, ne alia materia ex alto ui attrahatur: sed quæ in superficie corporis tantum continentur, discutiantur. Vtendũ aũt ad hæc est medicamẽtis, quæ non modò dißipare, sed etiam reprimere tumorem poßunt. Græci hæc à iecore uocant ἡπατήρια. Itaq; ueteres multa prodiderunt, ac licet hæc apud plerosq; descripta inuenire. Cæterùm præstantißimũ ualidißimumq; inter ea etiã hoc est, cuius compositio recipit: Resinæ torrefactæ drach. tercentũ octuaginta quatuor: ceræ, picis siccæ, singulorũ drac. centũ nonagintaduas: aluminis liquidi, nitri, sulphuris, mannæ thuris, singulorum drac. nonaginta sex, pyrethri drachmas uiginti octo: bdellij drac. uiginti quatuor: ammoniaci suffiminis totidẽ: cardamomi drac. uiginti octo: uisci totidẽ, olei drach. uiginti quatuor: aloes drach. quadraginta sex: aristolochiæ drac. uiginti quatuor: aceti quod satis est. Nihil autem minus ualet etiam hoc ad discutiendum, & comprimendum.

ὑδέροις, τῷ τε ἀσκίτῃ καὶ τῷ τυμπανίᾳ, χωρὶς φλεβοτομίας. τούτοις γὰρ μᾶλλον αἱ καθάρσεις ἁρμόζουσι, καὶ πάντα ὅσα διὰ γαστρὸς οἶδε κενοῦσθαι ὑδρωπικὰ. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἀνατρίψεις αἱ διὰ τῶν ἁλῶν, καὶ τοῦ ὠμοτριβοῦς ἐλαίου, καὶ σικυωνίου, καὶ κυπρίνου. τὴν δὲ ἀνάτριψιν δεῖ μετρίαν ποιεῖσθαι, ὥστε μὴ βίᾳ ἐκ τοῦ βάθους ἑτέραν ἐπισπᾶσθαι ὕλην, ἀλλὰ μόνας τὰς ἐπιπολαίους ἐν τῷ σώματι διαφορῆσαι περιεχομένας. δεῖ δὲ καὶ τοῖς φαρμάκοις ἐπὶ τούτων κεχρῆσθαι, μὴ μόνον τοῖς διαφορεῖν, ἀλλὰ καὶ προστέλλειν τὸν ὄγκον δυναμένοις. καλοῦσι δὲ ταῦτα ἡπατήρια, ἔρηται μὲν οὖν τοῖς παλαιοῖς πολλὰ, καὶ ἔστι ταῦτα εὑρεῖν ἐν πολλοῖς κείμενα, κάλλιστον δὲ ἐστὶν αὐτῶν καὶ ἰσχυρότατον καὶ τοῦτο. ἔχει δὲ αὐτοῦ ἡ σκευασία οὕτω· ῥητίνης φρυκτῆς δραχ. τπδ. κηροῦ δραχ. ϱϟβ. πίσσης ξηρᾶς δραχ. ϱϟβ. στυπτηρίας ὑγρᾶς δραχ. ϟϛ. νίτρου δραχ. ϟϛ. θείου δραχ. ϟϛ. μάννης δραχ. ϟϛ. πυρέθρου δραχ. κη. βδελλίου δραχ. κδ. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος δραχ. κδ. καρδαμώμου δραχ. κη. ἰξοῦ δραχ. κη. ἐλαίου δραχ. κδ. ἀλόης δραχ. μϛ. ἀριστολοχίας δραχ. κδ. ὄξους τὸ ἀρκοῦν. οὐδὲν δὲ ἧττόν ἐστιν εἰς τὸ διαφορεῖν δύνασθαι καὶ προστέλλειν καὶ τοῦτο.

Ἄλλο.

Aliud

Ἄλλο.

Χαλκάνθου, νίτρου, ἀφροῦ, ἀλόης ἀνὰ οὐγ. γ. ψιμμυθίου, ἐλαίου ἀνὰ οὐγ. ι. ὄξους δριμυτάτου τὸ ἀρκοῦν. λαβὼν τὰ ξηρὰ μετ᾽ ὄξους, λέαινε ἕως μελιτώδη γένηται. τὸ δὲ ψιμμύθιον μετὰ τοῦ ἐλαίου ἕψε, ἕως ἂν συστάθῃ, καὶ ἀμόλυντον γένηται. τότε ἐπίβαλε τὸν κηρὸν, καὶ οὕτω κατὰ μέρος ἐν τῇ θυίᾳ μαλάξας, χρῶ. ἔστι διὰ πείρας πολλῆς τοῦτο τὸ φάρμακον, οὐ μόνον πρὸς ὑδεριῶντας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄλλα πάθη πολλὰ χρήσιμόν ἐστι. καὶ γὰρ τὸν σπλῆνα ὑπεκτήκει, καὶ ἀποστήματα ἐκπυεῖ, δοθιῆνάς τε καὶ τὰ ἐν ἄρθροις ὑγρά. καὶ ὑδροκεφάλοις δὲ, καὶ ἀθερώμασι, καὶ σκίρροις, καὶ παρωτίσιν ἁρμόζει, καὶ πρὸς ἄλλα πλείονα θαυμαστῶς ἄξια. μὴ οὖν διὰ εὐτελείας τῶν ἁπλῶν καταφρονήσῃς εἰς τὸν ἀσκίτην, καὶ ἐφ᾽ ὧν μὴ ἔστι πολλὴ σκληρία περὶ τὰ σπλάγχνα καὶ τὸ ἧπαρ. εἰ δὲ εἴη σκληρία, κέχρησο καταπλάσματι δυναμένῳ τὰ σπλάγχνα διαφορεῖν, καὶ μαλάττειν ἅπαντα τὰ ἐν βάθει τοῦ τε ἐπιπλόου καὶ περιτοναίου κείμενα ὑγρά. κέχρησο δὲ αὐτῷ καὶ εἰς ἄλλα πολλὰ συμβαλλέσθαι δυναμένῳ. ἔχει δὲ αὐτοῦ ἡ σκευασία οὕτως· κηροῦ, πιτυΐνης, πίσσης *βρυττίας, νίτρου ἐρυθροῦ, δαφνίδων ξηρῶν, στέατος ταυρείου, ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, μάννης λιβάνου,

Aliud.

℞. Chalcanti, nitri spumæ, aloes singulorũ unciæ tres: cerusæ, olei, singulorum unciæ decem: aceti acerrimi quod satis est. Sicca ex aceto læuigato, dũ mellis fiat crassities. Cerusam autem cũ oleo coquito, usq; dum spissescat, ut manus intinctas nõ inquinet: tũc ceram inijcito, atq; ita particulatim in pila emollitis utitor. Est hoc medicamentum multis experimentis probatum, nõ solum ad aquam inter cutem, sed etiam alios plerosq; affectus utile existit. Etenim lienem consumit, abscessus ad suppurationem perducit, furunculos, & humores in articulis contentos. itẽ hydrocephalis, atheromati, scirris, & parotidibus conducit; nec non ad alia plura grandia uitia mirabiliter ualet. Ne igitur simplicium medicaminum uilitatem ascitæ congruentium contemnas, etiam in quibus non magna durities uiscera & iecur affligit. Sin autẽ durities in eis extiterit, utitor cataplasmate, quod possit uiscera emollire, & omnes humores qui in penitiore omenti et peritonæi regione habentur, discutere. Porrò utitor eo quod etiam ad alia multa proficit, confectio eius ita habet. Ceræ, resinæ piceæ, picis brytiæ, nitri rubri, baccarum lauri siccarum, adipis taurini, ammoniaci suffiminis, mannæ

thuris, singulorum libra. ubi ea quæ liquari possunt liquefeceris, arida liquidis inspergito, & utraque miscens pilæ indito, ac tritis diligenter utitor.

λιβάνου, ἀνὰ λι. α. τὰ τηκτὰ τήξας, ἔμπασσε τὰ ξηρὰ τοῖς ὑγροῖς, καὶ ἑκάτερα μίξας ἐπίβαλε, καὶ ῥίψας ἐπιμελῶς χρῶ.

Ad tympanicos, & quibus iecur scirro induratũ est.

Ad tympanicos, & quibus iecur scirro induratũ est, medicamentũ etiam antè scriptũ ualet: Multo autem magis illa parari debent, quæ & flatus discutere, & duros affectus emollire probè possunt: habet scriptura huius in eum modũ. Resinæ aridæ libra: picis, ceræ, singulorũ drac. duodecim: aluminis liquidi, sulphuris, nitri, singulorum libra: mannæ thuris unciæ tres: olei ueteris unciæ duæ. Ex aceto læuigato, donec sordium habeant crassitiẽ: atq; sic, ubi liquefeceris quæ liquari possunt, & utraq; in pila paululum subagitaueris, mannam inspergito, & læuigatis plurimum utitor. Hæc de medicamentis, & alia curatione dicta sunto. Deinceps autem de uictu agamus, qui & primas & supremas curationis partes in omnibus potissimum affectibus, maximè uerò etiam in periculosissimis obtinet: in quorum numero aqua inter cutem quoque habetur. Siue enim primario affectu, siue aliarum partiũ cõsensu hæc contracta fuerit, non sine iecoris uitio unquam constitui potuit.

Πρὸς τυμπανικοὺς καὶ σκιῤῥώδεις ἔχοντας τὸ ἧπαρ.

Πρὸς δὲ τοὺς τυμπανικοὺς καὶ σκιῤῥῶδες ἔχοντας τὸ ἧπαρ, ποιεῖ μὲν καὶ τὸ προγεγραμμένον βοήθημα. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐκεῖνα δεῖ σκευάζειν, ὅσα δύναται καλῶς καὶ πνεῦμα διαφορεῖν, καὶ μαλάσσειν τὰς σκληρὰς διαθέσεις. ἔχει δὲ τούτου ἡ γραφὴ οὕτω· φρυκτῆς λι. α. πίσσης, κηροῦ ἀνὰ δραχ. ιβ. στυπτηρίας ὑγρᾶς, θείου, νίτρου, ἀνὰ λι. α. μάννης ὀγ. γ. ἐλαίου παλαιοῦ ὀγ. β. μετὰ ὄξους λείου, ἕως γλοιώδη σύστασιν ἔχῃ, καὶ οὕτω τήξας τὰ τηκτὰ, καὶ ἑκάτερα ἐν τῇ θυίᾳ ὑποκινήσας ὀλίγον, ἐπίπασσε τὴν μάννην, καὶ ἐκλειώσας ἐπὶ πολὺ, χρῶ. τοσαῦτα περὶ φαρμάκων καὶ τῆς ἄλλης εἰρήσθω θεραπείας. λοιπὸν δὲ καὶ περὶ διαίτης ὑπογράψομεν, ἥτις καὶ πρώτην καὶ κυριωτάτην ἔχει τὴν θεραπείαν ἐπὶ πάντων μάλιστα τῶν παθῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κινδυνωδεστάτων, ὧν εἰσι καὶ οἱ ὕδεροι. εἴτε γὰρ κατὰ πρωτοπάθειαν, εἴτε κατὰ συμπάθειαν ἂν γεγονὼς ὕδερος, οὐκ ἄνευ τοῦ πεπονθέναι τὸ ἧπαρ, δύναται συστῆναί ποτε.

ἐπειδὴ ἐν τῷ ἧπαρ ἐστὶ τὸ ἐξαιματοῦν τὴν τροφὴν, καὶ ὅλῳ τῷ σώματι πέμπον, διὰ τοῦτο ἅμα δεῖ προνοεῖσθαι παντοίως, ὥστε καὶ τὴν εἰς αὐτὸ μέλλουσαν ἔρχεσθαι τροφὴν, εὐανάδοτον εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὴν ἀνάδοσιν. ἀρίστη δὲ ἐν αὐτοῖς ἔσται τροφὴ, ἄρτος ὁ κλιβανίτης, ἔχων τῶν ἀφύσων σπέρματα, οἷον ἀνίσου, ἢ κυμίνου, ἢ μαράθρου, ἢ σίνωνος ὁμοίως. παραιτητέος δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ πολὺς ἄρτος. ὅπως γὰρ ἂν εἴη ἐζυμωμένος καλῶς, οὐ δύναται τὸ παχὺ καὶ ἐμφρᾶττον μὴ ἔχειν. λαχάνων δὲ δεῖ λαμβάνειν, εἰ μὲν ἀπύρετος εἴη, τὰ θερμαίνειν καὶ λεπτύνειν δυνάμενα, οἷόν ἐστι σέλινον, πετροσέλινον, δαῦκος, εὔζωμον, γλήχων, γιγγὶς, καυκαλὶς, καὶ ὅσα τούτων λεπτομερῆ καὶ θερμὰ τετύχηκεν ὄντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον τοῦτο ποιεῖν δυνάμενα. τῶν δὲ ὀρνέων προτιμᾶν δεῖ τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων, οἷον φάσσαν, τρυγόνα, κίχλαν· καὶ τῶν μικρῶν στρουθίων, ὅσα μὴ λιπαρά· ἰχθύων δὲ τοὺς πετραίους. ἔστω δὲ καὶ τούτων ὁ ζωμὸς ἀπέριττος, ἄνισον ἐν τῇ ἑψήσει, ἢ πεπέρεως ὀλίγον προσλαμβάνων. τῶν δὲ κρεῶν ἐσθιέτωσαν συμμέτρως, καὶ τούτων μᾶλλον ὅσα μὴ λιπαρὰ, καὶ μάλιστα τὰ ἄγρια, οἷον ἐλάφεια, συάγρεια, αἴγεια, δορκάδεια· τὰ δὲ λαγῷα παραιτείσθωσαν. γινέσθω δὲ αὐτῶν ὁ ζωμὸς μετά τινος τῶν λεπτυνόντων

ἰδιω-

Quoniã igitur iecur cibũ in sanguinem conuertit, totiq; corpori transmittit, id circo simul prospiciendum prorsus est, ut et alimentum quod ad ipsum peruenit, facilè sit ad distribuendũ, & nequaquam impediatur, quò minus in corporis partes dispẽsetur. Quare optimũ ipsis alimentum est panis furnaceus, qui semina flatibus discutientidis apta cõtineat, ut anisi, aut cumini, aut fœniculi, aut sinonis similiter: interdici autẽ ipsis etiam copiosus panis debet. Si enim probè fuerit fermẽtatus, non potest craßitiem, & id quod obstruit, continere. At olera sumi debent, si febris absit, quæ calefacere et extenuare queãt: quale est apium, petroselinum, daucus, eruca, pulegium, rapa, caucalis, & quæ ex his tenuia & calida extiterint, alia magis, alia minus in id efficacia. Ex auibus præponi debent feræ mansuetis, ut palumbus, turtur, turdus: & ex minutis passerculis, qui non sunt pingues. Inter pisces conueniunt saxatiles: at horum ius sit excremẽti expers, quod inter coquẽdũ assumat anisum, aut piperis paululum. Ex carnib. moderatè comedãt, et eas potius quæ nõ sunt pingues, præcipuè ferinas, ut ceruinas, aprinas, et caprearũ. leporinæ uerò prohiberi debẽt. paretur aũt earum ius cum cibo quodam

extenuate. Assas maximè, si gratæ sunt, assumere ipsos alienũ nõ est. Testacea, ut astacum, uel buccina, uel pectines, rarò & modicè solius uoluptatis gratia offerre conuenit. Quantum enim ad affectum attinet, & præcipuè in quibus calida nõ est intemperies, aut febris, cõtinuus ipsorum usus interdici debet. At leguminibus ipsos, maximè tympanicos, abstinere oportet: similiter etiã placentis omnibus, quæ ex lacte & similagine parantur. Bellaria uerò assumere nõ est absurdum, amygdala, aut pistacea: uuas autem passas, & palmulas rarò: castaneæ uerò, & nuces in totum prohibendæ sunt. Vinum assumant Tyrium, uel Ascaloneum, præsertim uetus, & senium resipiẽs: hoc uerò etiam urinas prouocat. Quod autem medicamentum hoc præstantius cõmodiusq; ad aqua inter cutem laborantes inuenire poteris? Ex facticijs uinis sumant absinthites, præcipuè quod spicam nardi copiosiorem recipiat, uel apiatum: alijs autẽ abstineant. Porrò motus, si quid aliud, hydropicis conducit: præcipuè qui fit per mare, equum, et lecticam. ijs autem qui uiribus constant, etiam itio est utilißima. At perfricatio hydropicis adhiberi debet potißimum, ut externos corporis meatus rarea

ἐδεσμάτων. καὶ ὀπτῶν δὲ μάλιστα εἰ ἡδέως ἔχοιεν, οὐδέν ἐστιν ἄτοπον αὐτοὺς λαμβάνειν. τῶν δὲ ὀστρακοδέρμων, οἷον ἀστακοὺς, ἢ κηρύκια, ἢ κτένια, σπανίως τε καὶ δὴ ὀλίγου δεῖ προσφέρειν ἡδονῆς ἕνεκα μόνης. ὅσον γὰρ πρὸς τὴν διάθεσιν, καὶ μάλιστα ἐφ' ὧν οὐκ ἔστι θερμὴ δυσκρασία, ἢ πυρετὸς, παραιτεῖσθαι δεῖ αὐτῶν τὴν συνεχῆ χρῆσιν. τῶν δὲ ὀσπρίων ἀπέχεσθαι δεῖ αὐτοὺς δὴ μάλιστα τοὺς τυμπανικούς. ὁμοίως δὲ καὶ πλακούντων ἁπάντων, ὅσα διὰ γάλακτος ἔχει τὴν σκευασίαν, καὶ ἀπὸ σεμιδάλεως. τῶν δὲ τραγημάτων οὐδὲν ἄτοπον λαμβάνειν, ἀμυγδάλων, ἢ πιστακίων· σταφίδων δὲ καὶ φοινίκων, σπανίως. καστάνων δὲ, ἢ καρύων, εἰς τὸ παντελές. οἶνον δὲ προσφερέσθωσαν τὸν τύριον, ἢ ἀσκάλωνα, καὶ μάλιστα τὸν παλαιὸν καὶ γεροντίζοντα. ἔτι δὲ καὶ τὰ οὖρα προτρέπει. τί δὲ ἂν τις εὕρῃ τούτου τοῖς ὑδεριῶσι κάλλιον βοήθημα; τῶν δὲ προπομάτων λαμβανέτωσαν, ἀψινθιάτου, καὶ μάλιστα τοῦ ἔχοντος καὶ ναρδοστάχυος πλέονος, ἢ τοῦ * ἀπίου. τῶν δὲ ἄλλων ἀπεχέσθωσαν. κίνησις δὲ εἴπερ τι ἄλλο, τοῖς ὑδεριῶσι συμβάλλεται, καὶ μάλιστα ἡ διὰ θαλάσσης, καὶ ἵππου, καὶ λεκτικίου. τοῖς δὲ δυναμένοις καὶ ἡ διὰ τῶν ποδῶν ἐστι χρησιμωτάτη. τὴν δὲ ἀνάτριψιν λαμβάνειν δεῖ μάλιστα ὡδὶ τῶν ὑδεριώντων, ὡς τοὺς πόρους ἀραιοῦσαν, καὶ

καὶ ἀπολεπτύνουσαν τὰ ὑγρὰ, καὶ διαφοροῦσαν. οὐδὲν γὰρ οὕτω βλάπτει τοὺς ὑδεριῶντας, ὡς ἡ τῶν πόρων πύκνωσις, οὐ συγχωροῦσα διαφορεῖσθαι τὰ συναγόμενα πνεύματα καὶ ὑγρά, ἀλλὰ πάλιν ἀνατρέχουσαν εἰς τὴν γαστέρα καὶ τὸ περιτόναιον. ἀνατρίβειν οὖν τούτους δεῖ, ποτὲ μὲν ξηραῖς ταῖς χερσίν, ἄλλοτε δὲ μετὰ ἁλῶν καὶ ἐλαίου, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ μετὰ σικυωνίου, ἢ κυπρίνου. δεῖ δὲ τὰς τῶν λουτρῶν εἰδέναι χρήσεις βλαβερὰς τοῖς ὑδεριῶσι, καὶ μάλιστα τοῖς ψυχρὰν ἔχουσι δυσκρασίαν. ἐπειδὴ καὶ αὗται, ὡς μεμαθήκαμεν, τοῦ ψύχειν μᾶλλον καὶ θερμαίνειν δυναμένων εἰσίν. λούονται οὖν λούονται, συμφέρει κατὰ τῶν σπλάγχνων ἐπιβαλεῖν ὅσα διαφορεῖν δύνανται, καὶ λεπτύνειν, οἷόν ἐστι τὸ ὀρόβινον ἄλευρον, καὶ οἱ ἅλες, ἢ νίτρον, ἢ ἄλλο τι τῶν διαφορεῖν δυναμένων. πολλὰ δέ εἰσι καὶ ἄλλα τοῖς παλαιοῖς κείμενα, διαφορεῖν δυνάμενα. ἃ δεῖ ἐπινοεῖν τοιαῦτα, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀναλέγεσθαι τὰ χρησιμώτατα. οὕτω μὲν δεῖ τοὺς ἄνευ πυρετῶν ὑδεριῶντας σπουδάζειν διαιτᾶσθαι.

Περὶ τῶν μετὰ πυρετοῦ ὑδεριώντων.

Εἰ δὲ καὶ πυρέττουσιν οἱ ἔχοντες τὸν ὕδερον, οὐ δεῖ πάνυ τοῖς θερμαίνουσι κεχρῆσθαι, οὔτε ἐπὶ τῶν σπλάγχνων, οὔτε ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων, ἢ

refaciat, humores extenuet & discutiat. Nihil enim adeò hydropicos offendit, ut densitas meatuum, quæ flatus & humores cõgregatos non sinit dißipari, sed ipsi in uentrẽ, & mẽbranã (quæ quòd omnib. intestinis circumtẽdatur, Græcis dicitur Peritoneos) recurrũt. Itaq; fricare hos conuenit interim siccis manibus, interim cum sale & oleo, interdum etiam cum sicyonio, aut cyprino. Balneorum usus hydropicis, præsertim frigida intemperie præditis, noxios esse, scire licet: quoniã et ipsa, ut didicimus, refrigerare magis quàm calefacere possunt. Cum itaq; lauantur, utile est uiscerib. inijcere medicamẽta quæ discutere queãt, et extenuare: qualis est erui farina, atque sal, aut nitrũ, aut aliud quid ad discutiendũ efficax. Multa uerò sunt etiam alia à ueterib. medicamenta tradita, quæ discutere possunt: ac licet eiusmodi examinare, et utilißima quæq; ex ipsis deligere. Talis sanè uictus ijs qui aqua inter cutem sine febri laborant, præscribi debet.

De ijs qui aqua inter cutem cum febri laborant.

Quòd si aqua inter cutẽ laborantes etiã febricitẽt, admodũ calidis auxilijs utendũ non est, neque in uisceribus, neque in cibis, aut

aut potibus, aut antidotis, aut purgationibus: sed abundè est ex oleribus assumere intibum, & troximum, aut caucalidem, aut rapam his mixtã: item cichorium maximè, aut apiorũ radices. Dato autem ipsis & porra decocta subinde, & palustres asparagos. Ita uerò etiam continuum antidotorũ usum, præsertim sicciorum & acriorum, in hydropicis uitare oportet: item ex purgantibus similiter calida admodum medicamenta prohibere. Nullum enim ualde calefaciens, ipsos iuuare potest. Nam eiusmodi medicamenta sitim ipsorũ augent, & febrim incendunt, & causas inflammantes magis adhuc exurunt, intẽduntq; malum. Quare aqua inter cutem ex acutis morbis profecta, nõ potest non inflammationes habere in ipsa perseuerantes. Nihil enim adeò interuallorum expers est, ut febris: ac mirum, quòd neq; aqua inter cutem ipsis oboriens, calorem ægrorum extinguat, neq; febris omnem aquam inter cutem exhauriat, sed ab aqua simul & igne ambo contineantur, ut undiquaq; dubia fiat curatio, siue calefacere, siue refrigerare quippiam uelis. Quippe necesse est, ut refrigerãtia omnino aquã inter cutẽ adaugeant: calefaciẽtia rursus febrim. Satius igitur est in huiusmodi

ἢ πομάτων, ἢ ἀντιδότων, ἢ καθαρτηρίων, ἀλλ' ἀρκεῖ τῶν μὲν λαχάνων λαμβάνειν τό, τε ἴντυβον καὶ τὸ τρώξιμον, ἢ καυκαλίδια, ἢ γιγγίδια μιγνυμένην τούτοις, καὶ κιχώριον δὲ μάλιστα, ἢ σελίνων ῥίζας. δίδου δὲ αὐτοῖς καὶ πράσων ἀποζεσθέντων πολλάκις, καὶ τῶν ἑλείων ἀσπαράγων. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἀντιδότων φεύγειν δεῖ τὴν συνεχῆ χρῆσιν, καὶ μάλιστα τῶν ξηροτέρων, καὶ δριμυτέρων, καὶ καθαρτηρίων ὁμοίως τὰ πάνυ θερμὰ παραιτεῖσθαι. οὐδὲν γὰρ τῶν πάνυ θερμαινόντων αὐτοὺς ὠφελεῖν δύναται, τήν τε γὰρ δίψαν αὐτῶν ἐπιτείνουσι τὰ τοιαῦτα, καὶ τὸν πυρετὸν ἐξάπτουσι, καὶ τὰ φλεγμαίνοντα τῶν αἰτίων ἔτι μᾶλλον ἐκκαίουσι, καὶ ἐπαύξουσι τὰ κακά, ὥστε ἀπὸ τῶν ὀξέων νοσημάτων ὕδεροι οὐ δύνανται μὴ τὰς φλεγμονὰς ἔχειν παραμενούσας αὐτοῖς. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀδιάλειπτον, ὡς ὁ πυρετός. καὶ θαυμαστὸν ἔτι οὐδὲ ὁ ὕδρος αὐτοῖς ὁ τικτόμενος ἀποσβεννύει αὐτῶν τὴν θερμασίαν. οὐδὲ ὁ πυρετὸς ἐξατμίζει πάντα τὸν ὕδερον, ἀλλ' ὑπό τε ὕδατος ἅμα καὶ πυρὸς συνέχονται, ὥστε πανταχόθεν ἄπορον γενέσθαι τὴν θεραπείαν, εἴτε θερμαίνειν, εἴτε ψύχειν βούλοιντό τι. ἀνάγκη γάρ ἐστι, τὰ ψύχοντα πάντως ἐπιτείνειν τὸν ὕδερον, τὰ θερμαίνοντα πάλιν τὸν πυρετόν. βέλτιον οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων

μικτὴν

di

μικτὴν ποιεῖσθαι τὴν θεραπείαν, καὶ πρὸς τὸ κατεπεῖγον μᾶλλον ἐνίστασθαι, ὡς οἷόν τε, καὶ ὅπου γε σφοδρότεροι φαίνοιντο οἱ πυρετοί, τηνικαῦτα δεῖ ἐγχειρεῖσθαι τοῖς ψύχουσι μᾶλλον, καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὰ ψύχοντα τότε διδόναι· πῶς γὰρ ἂν παύσεται ὁ πυρετὸς, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν ἐναντίων; ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ ὕδρωψ ἂν παύσαιτό ποτε, εἰ μὴ παύσαιτο πρῶτον ἡ παρὰ φύσιν θερμασία. καὶ γὰρ αὐτὴ χρονίζουσα δύναται τίκτειν ὕδρωπα. πᾶσα γὰρ εἴτε θερμὴ δυσκρασία, εἴτε ψυχρὰ χρονίζουσα καὶ ἐπικρατοῦσα, καταβάλλει τὴν δύναμιν καὶ τὴν τροφήν. ἀνάγκη τοίνυν αὐτῶν μηκέτι μεταβαλλόντων εἰς αἱματώδη τὴν ἀναδιδομένην τροφήν, εἰς ἀτμώδη τινὰ καὶ ὑδατώδη καὶ μοχθηρὰν οὐσίαν τρέπεσθαι. ὅτι δὲ καὶ διὰ τὴν σύντηξιν ὕδρωψ γίνεται, καὶ τῷ θειοτάτῳ γαληνῷ ὁμολόγηται. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὴν σύντηξιν γένεσιν ὑπὸ θερμασίας, ἤπερ ὑπὸ ψύξεως μᾶλλον γινομένην. δεῖ οὖν θεωρεῖν καὶ τὰ προηγησάμενα πάντα, καὶ τὰ παρόντα νῦν, καὶ τὴν παροῦσαν δυσκρασίαν διεγνωκότα, οὕτω τολμᾶν ἔρχεσθαι πρὸς τὴν θεραπείαν, καὶ μὴ τῇ τῶν πολλῶν ἕπεσθαι δόξῃ, ὡς δεῖ τοὺς ὑδεριῶντας παντὶ τρόπῳ θερμαίνειν. οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦτο ἀληθές. ἐγὼ

di mixtam curationẽ adhibere, et ei quod magis urget, quatenus licet, insistere. At ubi febres uehementiores apparẽt, tunc refrigerantib. potius utendũ est, nec metuendum ea tunc exhibere. Quomodo enim finietur febris, nisi à contrarijs? Imò neq; aqua inter cutem cessaueritunquã, nisi prius calor præter naturam desierit. Etenim ijs si diutius immoretur, aquam inter cutem parere potest. Omnis namque siue calida intemperies, siue frigida longius protrahat, superetq;, uires deijcit & nutritionem. Itaque cum ægri alimentum, quod distribuitur, non amplius in sanguinem trasmutant, necesse est, ut in uaporosam quandam, & prauam substantiam conuertatur. Porrò quòd aqua inter cutem etiam ex colliquatione nascatur, diuinissimus quoque Galenus confitetur. Videmus autem colliquationem à calore potius, quàm frigiditate oboriri. Quare omnia, & quæ præcesserunt morbum, & quæ nunc adsunt, obseruanda puto: ac ubi præsentem intemperiem internoueris, ita ad curationem audacter accedas, nõ autem uulgarium opinionem sequaris: nempe aqua inter cutẽ laborantes quouis modo calefaciẽdos esse. neque enim hoc uerum est. Nam

Τερεβινθίνης, διὰ χυλοῦ, βουτύρου, καστορίου, πλατυκυμίνου ἀνὰ οὐγ. ϛ. τοῦ βασιλικοῦ οὐγ. β. δαφνόκοκκα ν. σκόρδων σκελίδας ν. τριβείσας καὶ λειωθείσας, πηγάνου χειροπληθὲς δέσμιον α. ἐλαίου κυπρίνου λιτ. ε. τὰ μὲν εἴδη ταῦτα· ἡ δὲ σκευασία ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον· βάλε εἰς τὸν κάκαβον τὸ κύπρινον ἔλαιον, καὶ τὸ σαβῖνον, καὶ προσπλέξας αὐτοῖς ξε. α. οἴνου, εἰς τοῦτο ἀπόβρεχε τὸ καστόριον, καὶ τὸ πλατυκύμινον, καὶ

καὶ τὰ δαφνόκοκκα, καὶ τὰ σκόρδα, καὶ τὸ πήγανον, ἄχρι τριῶν ἡμερῶν, καὶ μετὰ ταῦτα ἕψησον μαλακῷ πυρὶ, ἕως ἂν ἀναλωθῇ ὁ οἶνος. καὶ ἐξελὼν ἀπὸ τοῦ πυρὸς, διήθησον τὸ ἔλαιον. εἶτα λαβὼν τὴν τερεβινθίνην, καὶ τὸ βασιλικὸν, καὶ τὸ βούτυρον, καὶ τὴν διὰ χυλοῦ, καὶ ἠρέμα θερμάνας, ἕως οὗ μιγῶσιν, ἀπόθου ἐν βυκίῳ, καὶ χρῶ, λαμβάνων ἐξ αὐτοῦ κοχλιάρια β. ἢ γ. καὶ στέατος βραχύ. θαυμαστόν ἐστι βοήθημα. πάνυ γὰρ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας καὶ παρηγορεῖ, μετὰ τοῦ μηδὲν ἔχειν ναρκωτικόν.

Ἄλλο κάλλιον ἔνεμα, καθαῖρον τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους χυμούς.

Ἀριστολοχίας κεκομμένης, ἁλῶν πεφρυγμένων καὶ λελειωμένων, μούου βοτάνης καὶ αὐτῆς κεκομμένης, ἐλαίου τηλίνου, ἐλαίου πηγανίνου, ἐλαίου ἀνηθίνου, εἰς τὸ ἔλαιον ἔμβαλε πρὸς ἓν κοχλιάριον τῶν βοτανῶν, καὶ τῶν ἁλῶν κοχλιάριον ἕν. τοῦτο πάνυ λύει φλέγμα, καὶ οὐ μόνον κωλικοὺς, ἀλλὰ καὶ ἰσχιαδικοὺς ὠφελεῖ γενναίως.

Ἄλλο ποιοῦν καὶ ἐπὶ εἰλεῶν.

Λαβὼν νίτρου ἀλεξανδρινοῦ ὅσον οὐγγ. S. ἢ καὶ πλέον, πρόσμιξον ἔλαιον καὶ ὕδωρ θερμὸν, καὶ πάντα ἀναμίξας ὅσον κοτύλης πλῆθος, ἔνιε, καὶ θαυμάσεις ὅπως ἐκκρί-

et rutā usq; ad dies tres in eo macerato, et post hæc lento igne coquito, donec uinum absumptum fuerit. ubi aūt ab igne sustuleris, oleū percolato: deinde accepta, terebinthinam, basilicum, butyrum, & medicamentum diachylu sensim calefacito, quousq; misceantur: deinde uase reponito, ac utitor, cochlearia duo, aut tria, cum modico adipis ex eo capiens. Mirabile est auxilium: ut quod dolores uehementes admodum etiam mitiget, præterquàm quòd nihil habet torpori inducendo accommodatum.

Aliud præstantius enema, crassos uiscososq; humores purgans. Recipit

℞ Aristolochiam rotūdam contusam, salem torrefactum & læuigatum, meu herbam, ipsam quoq; cōtusam, oleum fœnugræci, oleum rutaceū, oleum anethinum. Ad herbarum autem cochleare unum, etiam salis tantundem in oleum conijcies. Hoc admodum pituitam soluit, & non modò colicos, sed etiam ischiadicos strenuè iuuat.

Alia iniectio, ileis quoque efficax.

Nitri Alexādrini instar semūciæ, uel etiā ampliori, oleum & aquam calidam admisceto. Omnia permixta heminæ mensura inijcito, ac miraberis quomodo

excernat quodcunque inuenerit stercus durũ, siue uiscosum crassumq; humorẽ pituitosum, intus contentum. Ego etiam in iliosis ea usus sum, ac successit, ut omnes simplicitatẽ & efficaciam medicamenti admirarentur.

Alia admodum benefaciens.

Styracis, castorei, myrrhae, opij, singulae unciae. Omnib. mixtis, cum usus postulat fabae Aegyptiae magnitudinem capito, et cum oleo rutaceo, adipeq; modica inijcito. Haec etiam somnũ conciliat, & uehementes dolores, siquid aliud, mitigare potest: plurib. ipsam experimentis probaui.

Quae per os dentur, etiam ijs qui ex frigido & pituitoso humore dolent.

Quoniam autem multi per anum curari non sustinent, partim metu, partim etiam prae multo dolore erubescentes: necesse est his potui exhibere, quae ad colicos dolores facere creduntur. Multa igitur ab omnibus ueteribus prodita sunt: quorum autem nos quoque experientiam habuimus, optimè ualentium, horum omnium scripturas uobis exponam, à simplicioribus, & quae ad mediocres dolores facere inscribuntur, auspicatus.

Sim-

ἐκκρίνεσθαι παρασκευάζει ὅσον ἂν εὕρῃ, εἴτε κόπρον σκληρὰν, εἴτε γλίσχρον καὶ παχὺν χυμὸν φλεγματώδη περιεχόμενον. ἐγὼ καὶ ἐπὶ τῶν ὑπὸ εἰλεοῦ κατεχομένων ἐχρησάμην αὐτῷ, καὶ ἐπέτυχον, ὥστε θαυμάσαι πάντας τὸ ἁπλοῦν καὶ τὸ δραστικὸν τοῦ βοηθήματος.

Ἄλλο ποιοῦν λίαν καλῶς.

Στύρακος, καστορίου, σμύρνης, ὀπίου ἀνὰ οὐγ. α. τὰ πάντα μίξας, ἐπὶ τῆς χρείας, λαβὼν ὅσον κυάμου αἰγυπτίου τὸ μέγεθος, ἐνίει μετὰ πηγανίνου ἐλαίου, καὶ ὀλίγου στέατος. τοῦτο καὶ ὕπνον ἐμποιεῖ, καὶ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας, εἴπερ τι ἄλλο παρηγορεῖν δύναται, καὶ πλείστην αὐτοῦ πεῖραν εἴληφα.

Περὶ τῶν διὰ στόματος διδομένων ἐπὶ τοῖς διὰ ψυχρὸν καὶ φλεγματώδη χυμὸν ὀδυνωμένοις.

Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τὴν γαστέρα θεραπεύεσθαι οὐκ ἀνέχονται, τὰ μὲν δεδοικότες, ἔστι δ' ὅτε δὲ καὶ ὑπὸ πολλῆς ἀνίας ἐρυθριῶντες, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἤδη τούτων ἐκδιδόναι αὐτοῖς πίνειν ὅσα πρὸς τὰς κωλικὰς ὀδύνας ποιεῖν πεπίστευται. πολλὰ μὲν οὖν ἅπασιν εἴρηται τοῖς παλαιοῖς· ὧν δὲ καὶ ἡμεῖς ἔσχομεν πεῖραν ἄριστα ποιεῖν δυναμένων, τούτων ἁπάντων ἐκθήσομαι τὰς γραφὰς, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ἁπλουστέρων, καὶ πρὸς μετρίας ὀδύνας ποιεῖν δυναμένων τὴν ἀναγραφὴν ποιούμενος.

Ἁπλοῦν

Ἁπλοῦν βοήθημα πεπειραμένον.

Πράσιον βοτάνην ἀποζέσας, δίδε μετὰ οἰνομέλιτος πίνειν, ἢ δαφνίδας λελεπισμένας θ, ἢ ιδ. καὶ λεπίσας καλῶς, δίδου πιεῖν μετ' οἴνου κυάθους γ. δεδοκίμασται.

Ἄλλο ποιοῦν καὶ ἐπὶ νεφριτικῶν.

Λαβὼν φύλλα τῆς ῥάμνου χύλισον, καὶ εἰς μίαν κρᾶσιν τοῦ χυλοῦ ἀνάμιγνυε κόκκους πεπέρεως ζ. ἢ θ. καὶ μέλιτος ὅσον κοχ. β. καὶ χλιάνας, δὸς πιεῖν τῷ κάμνοντι ἐν τῇ ἐμβάσει τοῦ λουτροῦ. καὶ θαυμάσεις, ὅπως μετὰ βραχὺν χρόνον ὁ πάσχων ἀνώδυνος γίνεται. τοῦτο καὶ πρὸς νεφριτικοὺς ποιεῖ, ἔχοντας ἔμφραξιν ἢ λίθον, ἢ παχύτερον χυμόν. πολίου τὸ ζέμα δίδου μετ' οἴνου πιεῖν, ὁμοίως καὶ ὑσσώπου, καὶ δικτάμνου καλῶς ποιεῖ, καὶ πετροσελίνου, καὶ ἀνίσου.

Ἄλλο σφόδρα γενναῖον.

Ὀριγάνου γρ. α. δίδου ἐμβαλεῖν εἰς μίαν κρᾶσιν ἀσκαλωνίτου, ἢ ἄλλου λεπτοῦ οἴνου. πεπείραται τὸ βοήθημα, πολλοὺς ἐκ μεγάλων ὀδυνῶν ῥυσάμενον.

Ἄλλο καὶ αὐτὸ λίαν καλόν.

Καστορίου μέρη β. ὀριγάνου μέρος α. δίδου ἀπυρέτοις μετ' οἰνομέλιτος, πυρέττουσι δὲ μετὰ μελικράτου.

Ἄλλο

Simplex mèdicamentum usu compertum.

Marrubij herbæ decoctum potui cũ mulso dato: aut baccas lauri læuigatas nouem, aut quatuordecim, & cortice bene detracto, ex uini cyathis tribus propinato. usu approbatum est.

Aliud, quod etiam nephriticis confert.

Ex rhamni folijs succum extrahito, ac in unam succi misturã grana piperis septem, aut nouẽ indito: mellis cochlearia duo. Tepida ægro in balnei solio potioni dato, ac miraberis, quomodo post exiguum tempus æger dolore liberetur. Hoc etiam ad nephriticos ualet, qui laborant obstructione, aut calculo, aut crassiore humore. Polij decoctũ ex uino bibendum dato: similiter etiam hyssopi, & dictamni, item petroselini & anisi conducit.

Aliud ualde generosum.

Origani scrupulum dato ex una mistura ascalonitis, aut alterius uini tenuis. Comprobatũ est auxilium, multos magnis doloribus liberasse.

Aliud, & ipsum ualde bonum.

Castorci partes duæ: origani pars una. Datur febri carentib. ex mulso: febricitantibus autem, ex mulsa.

Aliud

Aliud ad idem.

Feniculi seminis, anisi, spicæ nardi, singulæ unciæ: apij seminis, ameos, casiæ, singulæ semūciæ. Hoc *&* *nephriticis, &* *colicis, &* *hydropicis salutariter datur.*

Aliud præstantißimum, etiam ad aliud efficax.

Cardamomi interioris seminis uncia: amomi uuæ uncia: spicænardi, fœniculi corticis, aut foliorū papaueris albi, costi albi, nardi gallici. piperis albi, cumini Aethiopici, mētæ siccæ, seminis asari, singulæ unciæ. myrrhæ troglodytidis drac. 4. scāmonij totidē: mellis despumati quod satis est. Mixta *excipito, datoq; nucis auellanæ magnitudinē arquatis deuorandā: colicis autem cū hydromelitis frigidi cochlearijs duobus.* Scire licet, *medicamenti pōdus nō solū nucis auellanæ, sed etiā iuglandis instar dandū esse, præsertim iliosis, &* *qui seipsos* propter immoderatos dolores *huc et illuc proijciūt.* Vt *aūt semel dicā, in quibus uires robustæ sunt, et dolor uehemens urget, nihil reueritus, cū fiducia etiā maius q̄ nucis auellanæ pōdus dato.* Nihil enim habet quod ad torporē inducat, ut philoniū, *&* *alia quædā antidota: sed quia noxiū humorem purgat, &* *subducit, doloris mitigationem conciliat.*

Item

Ἄλλο πρὸς τὸ αὐτό.

Μαράθρου σπέρμα, ἀνίσου, ναρδοστάχυος ἀνὰ οὐγ. α. σελίνου σπέρματος, ἄμμεως, κασίας ἀνὰ οὐγγ. S. τοῦτο καὶ νεφριτικοῖς, καὶ κωλικοῖς, καὶ ὑδερικοῖς καλῶς δίδοται.

Ἄλλο κάλλιστον, καὶ πρὸς ἄλλο ποιεῖν δυνάμενον.

Καρδαμώμου ἐξεντερισμένου οὐγ. α. ἐν ἄλλῳ οὐγ. α. ἀμώμου βότρυος οὐγ. α. ναρδοστάχυος, μαράθρου φλοιοῦ ἢ φύλλων, μήκωνος λευκῆς, κόστου λευκοῦ, νάρδου κελτικῆς, πεπέρεως λευκοῦ, κυμίνου αἰθιοπικοῦ, ἡδυόσμου ξηροῦ, τοῦ καρποῦ ἀσάρου ἀνὰ οὐγ. α. σμύρνης τρωγλίτιδος δρ. δ. σκαμμωνίας δρ. δ. μέλιτος ἀπηφρισμένου τὸ ἀρκοῦν, προσμίξας ἀναλάμβανε, καὶ δίδου καταπίνειν καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος ἐπὶ τῶν ἰκτεριώντων, ἐπὶ δὲ τῶν κωλικῶν, μετὰ ὑδρομέλιτος ψυχροῦ κοχ. β. εἰδέναι δὲ δεῖ τὸ ποσὸν τῆς δόσεως, καὶ διδόναι μὴ μόνον καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος, ἀλλὰ καὶ βασιλικοῦ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν εἰλεῶν, καὶ ῥιπτόντων ἑαυτοὺς διὰ ἀμέτρους ὀδύνας. ὡς δὲ εἰπεῖν, ἐφ᾽ ὧν ἔρρωται ἡ δύναμις, καὶ ἡ ὀδύνη σφοδρὰ οὖσα κατεπείγει, μηδὲν ὑφορώμενος, καὶ μεῖζον τὸ μέγεθος τοῦ βασιλικοῦ καρύου δίδου. οὐ γὰρ ἔχει τί ναρκωτικόν, ὡς ἡ φίλωνος, καὶ ἄλλαι τινὲς τῶν ἀντιδότων, ἀλλὰ τὸ καθαίρειν καὶ ὑποκλέπτειν τὸν λυποῦντα χυμόν, τὴν ἀνωδυνίαν χαρίζεται.

καὶ

καὶ ἡ θηριακὴ δὲ ἀντίδοτος μεγάλως ποιεῖ πρὸς τὰς ἀπὸ φλέγματος καὶ ὑαλώδους χυμοῦ γινομένας ὀδύνας. ἡ δόσις, καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος μετὰ μελικράτου. ἐγὼ πολλάκις ἐπὶ τούτων δεδωκὼς ἐπέτυχον. εἰ δέ τις αὐτὴν καὶ ἐν τοῖς διαλείμμασι πίνει ἅπαξ τοῦ μηνὸς, εἰς τέλεον ὑγιής ἐστι, καὶ ἀπαρέξωστος τοῦ λοιποῦ. ἡ δὲ φιλώνειος ἀντίδοτος παρηγορεῖ μὲν τοὺς διὰ ψυχρὰν αἰτίαν ὀδυνωμένους, οὐκ ἰᾶται· τοὺς δὲ ἤδη χολώδει καὶ κακοχυμίᾳ πάσχοντας, οὐ μόνον παρηγορεῖ, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὠφελεῖ, συμμέτρως ἐπιδιδομένη, καὶ πρὸς τὴν δύναμιν. ἔτι δὲ καὶ ἡ μαρκελλία ἀντίδοτος παρηγορεῖ, μετὰ τοῦ πάνυ ἔχειν ναρκωτικόν. ἔχει δὲ αὐτῆς ἡ γραφὴ οὕτω, κρόκου δραχ. η. θείου ἀπύρου δραχ. β. ὀπίου δραχ. S. κινναμώμου δραχ. α. πεπέρεως λευκοῦ δραχ. κ. μέλιτος ἀττικοῦ τὸ ἀρκοῦν. δίδου καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος, μετὰ θερμοῦ ὕδατος. ταῦτα περὶ ἐνεμάτων καὶ ἀντιδότων εἰρηκότας, ἐπειδὴ πολλὰ τούτων εἰσὶ διὰ ὀπίου, καὶ τῶν ἄλλων ναρκωτικῶν, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τούτων διαλαβεῖν, πότε, καὶ πῶς, καὶ ἐπὶ ποίοις αὐτοῖς κεχρῆσθαι χρή.

Περὶ ἀνωδύνων ἐνεμάτων, καὶ τροχίσκων, καὶ ἀντιδότων.

Τὰ ναρκωτικὰ τῶν φαρμάκων,

ἅπα

Item theriacæ antidotum ad dolores ex pituita, & uitreo humore nascentes, magnificè facit. Datur auellanæ modo ex mulsa. Ego subinde cũ his illã obtulissem, successum consecutus sum. Sin autem quis eam etiam per interualla semel mense bibat, sanus ex toto euadit, & in posterum malo nõ tentatur. At philonium antidotum dolores sanè ex frigida causa contractos mitigat, nõ medetur: biliosa autem, et cacochymia, quæ humorum prauitas est, affectos non solum lenit, sed etiã maximè iuuat, si modicè exhibeatur, & pro uirium ratione. Præterea Marcellium antidotum, præterquã quod magnã torporis inducendi uim obtinet, dolores sedat. scriptura ipsius ita habet. Croci drachmas octo: sulphuris uiui drachm. duas: opij drachmam semis, cinamomi drachma: piperis albi drachmæ uiginti: mellis attici quod satis est. dato nucis auellanæ magnitudinem, ex aqua calida. Hæc de enematis & antidotis interpretatos, cum multa eorum opio atq; alijs torporem inducentib. constent, necesse est etiam de his tractare, quãdo, & quomodo, et in quibus ipsis uti oporteat.

De anodynis enematis, pastillis & antidotis.

Torporẽ faciẽtia medicamẽta

quæ

quæ & ex opio & alterco componuntur, non temerè admouere properandum est: uerùm, siquidem humores qui dolorē pariunt, tenues & acres fuerint, cum fiducia adhibere oportet, nullam inde noxam fore suspicantes: sin autē crassi sint, & uiscosi, torporem inferentium usus uitari debet. Etsi enim doloris ea leuationem adferre uideantur, tamen efficiunt, ut dolor postea diutius permaneat: putoq́; bona ratione ipsa non conferre. Nam cum meatus ex medicamētorum quæ torporem faciunt, frigiditate cōdensentur, constringanturq́; & recrementa spissescant, necesse est etiam totum affectum magis adaugeri, et ad discutiendū difficilem reddi. Multi igitur cum in eiusmodi affectibus ea iterum atq; tertiò dedissent, effecerunt ut partes læsæ emorerentur, resolueretūrq́; interdum uerò etiam mortem omnino induxerunt. Propter hæc omnia, ut dixi, medicamenta torporē facientia temerè colicis ex frigida intemperie infestatis offerre properandum non est, nisi magnus quidam dolor & uehemens, qui syncopes periculū minetur, id nos facere compellat. Si igitur uires tibi robustæ appareant, & dolor grandis admodum, urgensq́;, tunc solùm exhibere, id'que semel oportet.

ὅσα καὶ δὶ ὀπίου καὶ ὑοσκυάμου τὴν σύνθεσιν ἔχει, οὐ δεῖ σπουδάζειν ὡς ἔτυχε προσφέρειν. ἀλλʼ εἰ μὲν λεπτοὶ καὶ δριμεῖς εἶεν οἱ τὴν ὀδύνην ἐργαζόμενοι χυμοί, θαῤῥοῦντα δεῖ προσφέρειν, μηδεμίαν ὑποπτεύοντα ἔσεσθαι βλάβην. εἰ δὲ παχεῖς εἶεν καὶ γλίσχροι, φεύγειν δεῖ τὴν τῶν ναρκωτικῶν χρῆσιν. εἰ γὰρ καὶ παραυτὰ δόξουσιν ἀνωδυνίαν προσφέρειν, ἀλλʼ οὖν γε τὴν ὀδύνην ἐς ὕστερον ἐπὶ πλείονα χρόνον παραμένειν παρέχουσι, καὶ οἶμαί γε εἰκότως αὐτὰ μὴ συμφέρειν. πυκνουμένων γὰρ τῶν πόρων διὰ τὴν ἐκ τῶν ναρκωτικῶν φαρμάκων ψύξιν, καὶ παχυνομένων τῶν περιττωμάτων, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὴν ὅλην διάθεσιν ἐπαύξεσθαι μᾶλλον, καὶ δυσδιαφόρητον γίνεσθαι. πολλοὶ γοῦν ἐκ δευτέρου καὶ τρίτου δεδωκότες ἤδη τῶν τοιούτων διαθέσεων, νέκρωσιν καὶ παράλυσιν εἰργάσαντο, ἔσθʼ ὅτε δὲ καὶ θάνατον ἐπήγαγον παντελῆ. διὰ ταῦτα πάντα οὐ δεῖ σπουδάζειν ἡμᾶς, ὡς εἴρηται, τὰ ναρκωτικὰ τῶν φαρμάκων ὡς ἔτυχεν ἐπὶ τῶν κωλικευομένων διὰ ψυχρὰν διάθεσιν, εἰ μὴ μεγάλη τις ὀδύνη καὶ σφοδρὰ, καὶ κίνδυνον ἀπειλοῦσα συγκοπῆς, εἴη τὸ ἀναγκάζον ἡμᾶς τοῦτο πρᾶξαι. ἐὰν οὖν ἡ δύναμις ἐῤῥωμένη σοι φανῇ, καὶ ἡ ὀδύνη μεγάλη πάνυ καὶ κατεπείγουσα, τηνικαῦτα χρὴ μόνον ἐπιδιδόναι, καὶ τοῦτο πρὸς ἅπαξ.

ἤδη γὰρ τῶν ἐχόντων θερμοτέραν τὴν κρᾶσιν, καὶ διὰ λεπτὸν καὶ δριμὺν ὀδυνωμένων χυμόν, πρὸς τὸ μηδὲν βλάπτειν τὰ ναρκωτικὰ τῶν φαρμάκων, ἔτι καὶ μᾶλλον ὠφελεῖ παχύνοντα, καὶ εἰς πέψιν ἄγοντα, καὶ εἰς εὐκρασίαν μεταβάλλοντα τὸν λεπτὸν καὶ δριμὺν καὶ χολώδη χυμόν.

Περὶ ἐμέτου.

Ὁ δὲ ἔμετος ὠφελιμώτατός ἐστι τοῖς διὰ ψυχρὸν χυμὸν ὀδυνωμένοις, καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ ῥαφανίδων, καὶ ἁλμυρῶν, καὶ γλυκέων, ἢ πλειόνων ἐδεσμάτων παραλαμβανόμενος. ἅμα γὰρ τῷ ἐμέτῳ, καὶ εἴ τι γλίσχρον ἐστί, καὶ παχὺ, καὶ φλεγματῶδες, συναναφέρεται, καὶ οὐ συγχωρεῖται πολὺ συναγόμενον αὖθις τοῖς ἐντέροις ἐπιρρεῖν καὶ ἑτέρων πάλιν ὀδυνῶν αἴτιοι γίνονται. χρὴ δὲ μὴ μόνον ἐν τῇ νόσῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς διαλείμμασι τοῦτο πράττειν.

Περὶ σιναπισμοῦ καὶ δρώπακος.

Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς διὰ νάπυος φοινιγμοὺς, καὶ δρωπακισμοὺς ἁρμόζειν ἡγοῦμαι, μάλιστα ἤδη τῶν ἤδη χρονισάντων ἐν τῇ τοιαύτῃ νόσῳ. ἀναθάλποντα γὰρ ἐκ διαλειμμάτων, εἴ τις αὐτοῖς χρήσαιτο, τὰ πεπονθότα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἀνέλκει τὰ περιττά. εἰ δὲ καὶ φλυκταίνας συμβῇ γενέσθαι μικρὰς, καὶ ψυδράκια, οὐ δεῖ ταράττεσθαι.

τὰ

Nā calidiore temperatura præditis, et ob tenuem acremq; humorem dolentibus, torporem excitantia medicamenta, præterquam quòd nihil nocent, adhuc etiam magis opitulantur, dum tenuem, acrem & biliosum humorem crassum reddunt, ad con concoctionem perducunt, ad bonamq; temperiem conuertunt.

De uomitu.

Vomitus ob frigidum humorem dolentib. utilißimus est, præsertim qui à raphani radicibus, itē cibis salsis, dulcibus, et copiosioribus petitur. Simul enim cum uomitu etiā si quid uiscosum est, crassum et pituitosum, educitur, nec sinit copiosum collectū rursus intestinis influere, qui aliorū iterū dolorū autor fiat. Oportet autem non solum in ipso morbo uomitū ciere: sed etiam quando conquiescit, id faciundum est.

De sinapismo, & dropace.

Similiter & cutis uellicatus, cruentationesq; sinapi excitatos, & dropacismos conuenire arbitror, præsertim in tali morbo iam inueterato. Nam cum affectas partes calefaciant, si quis per interualla ipsis usus fuerit, recrementa in extimam cutem eliciunt. Sin autem pustulas exiguas, & bullas aquæ plenas, quas psydracia Græci appellāt, fieri contingat, terreri nō debes.

At diu

At diuturnos affectus, & perseuerantes, ijs potius solui medicamentis accidit, quae uiolentiora esse uidentur. Haec autem non in accessionibus, sed interuallis, magis praeseruationis gratia adhibere cōueniebat, ne permittant adhuc aegrum ad affectus admonitionem reuerti.

τὰ δὲ χρόνια τῶν παθῶν καὶ ἐπίμονα ὑπὸ τῶν δοκούντων εἶναι βιαιοτέρων βοηθημάτων, φιλεῖ μᾶλλον τὴν λύσιν ἐπιδέχεσθαι. ταῦτα δὲ οὐκ ἔδει πράττειν ἐν τοῖς παροξυσμοῖς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τοῖς διαλείμμασι, προφυλακῆς χάριν, ὥστε μὴ συγχωρεῖν ἔτι τοῦ πάθους πρὸς ὑπόμνησιν ἐλθεῖν τὸν πάσχοντα.

De motu.

Motus quoq;, & omnis exercitatio insigniter ijs conferunt, qui diutius tali morbo laborarunt, & frequentius eo corripiūtur, siue pedibus, siue per equū, siue etiam nauigio mouere corpus uelint: item palaestra, & totius corporis perfricatio, lociq; mutatio, et longa peregrinatio. Haec enim omnia exteuāt, discutiūtq;, & totum corpus excrementis liberum reddunt, uniuersum habitum corroborantia, ut in posterum affectae partes frigidum humorem colligere nequeant: imò, neq; aliunde influentem promptè in se recipiant.

Περὶ κινήσεως.

Καὶ ἡ κίνησις δὲ καὶ πᾶσα γυμνασία τὰ μεγάλα συμβάλλονται τοῖς κεχρονικόσιν ἐν τῇ τοιαύτῃ νόσῳ, καὶ συνεχέστερον ἁλισκομένοις, εἴτε διὰ ποδῶν, εἴτε διὰ ἵππου, εἴτε καὶ διὰ πλοῦ κινεῖν τὸ σῶμα βούλοιντο· καὶ παλαίστρα, καὶ ἀνάτριψις ὅλου τοῦ σώματος, καὶ τόπων μεταβολή, καὶ ἀποδημία μικρά. ταῦτα γὰρ πάντα λεπτύνει καὶ διαφορεῖ, καὶ τὸ πᾶν ἀπέριττον διατίθησιν, ἀναρωννύντα τὴν ὅλην ἕξιν, ὡς τοῦ λοιποῦ μηκέτι τὰ πεπονθότα δύνασθαι ψυχρὸν ἀθροίζειν χυμόν, ἀλλὰ μηδὲ τὸν ἐξ ἑτέρου ἐπιρρέοντα, ἑτοίμως ἐπιδέχεσθαι πρὸς ἑαυτά.

De colico dolore ex flatibus contracto.

His igitur qui ob copiam flatuum cruciantur, cōgruunt fomenta, quae ex milio, et furfuribus modicè adhibentur: quae oleis tenuibus, et calidioribus adiecto aliquo flatib. discutiendis medicamento, uel semine constant. Nam

Περὶ τῶν ἐπὶ πνεύμασι κωλικευομένων.

Ἁρμόζουσι μὲν οὖν καὶ τοῖς διὰ πλῆθος πνευμάτων ὀδυνωμένοις αἵτε διὰ κέγχρων καὶ πιτύρων συμμέτρως πυρίαι προσφερόμεναι, καὶ τὰ συγκέμενα διὰ τῶν λεπτομερῶν καὶ θερμοτέρων ἐλαιῶν, ἐχόντων τι τῶν ἀφύσων φαρμάκων, ἤτοι σπερμάτων. ἐνε-

των. ἐνεθέντος γάρ τινος τούτων, εὐθὺς ἐκκρίνουσι πλῆθος πνευμάτων, καὶ παραυτὰ παύονται τῆς ὀδύνης. ὀνίνησι δὲ αὐτοὺς μάλιστα καὶ σικύα περὶ τὸν ὀμφαλὸν εὐμεγέθης τεθεῖσα, ὥστε θαυμάσαντάς τινας τὸ τάχος τῆς θεραπείας, μαγείᾳ τινὶ, καὶ οὐ λόγῳ τέχνης ἐπινοῆσαι τὴν ἀνωδυνίαν αὐτοῖς ἐπιγίνεσθαι. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ τούτου τὴν θερμοτέραν προσήκει ἔτι μᾶλλον προτιμᾶν δίαιταν.

Περὶ τῶν διὰ ἔμφραξιν σκληρᾶς κόπρου ὀδυνωμένων τὸ κῶλον.

Τοὺς δὲ διὰ ἔμφραξιν σκληρᾶς κόπρου ὀδυνωμένους τὸ κῶλον, σπουδάζειν χρὴ μάλιστα πολλῷ τῷ ὑδρελαίῳ καὶ μελικράτῳ θεραπεύειν, καὶ ποτίζειν δὲ τοῖς αὐτοῖς. οὕτω γὰρ ὑγραινόμενον τὸ φθάσαν ξηρανθῆναι, καὶ σκληρυνθῆναι σκύβαλον ὑπὸ τῆς συνεχοῦς τῶν ἐνεμάτων χρήσεως, ὀλισθαίνειν τε περὶ τὰ κάτω, καὶ ἐκκριθῆναι δυνήσεται. καὶ πᾶσα ὑγρὰ δίαιτα δῆλον ὅτι τούτοις συμφέρει. καὶ μάλιστα ἡ ὑπάγειν τὴν γαστέρα πεπιστευμένη. ἀλυπία τοίνυν βοτάνη συνεψομένη τοῖς λαχάνοις, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ παρθένιον, θαυμαστῶς ὑπαχθῆναι τὴν γαστέρα παρασκευάζει, καὶ ὁ τοῦ παλαιοῦ ἀλεκτρυόνος ζωμός. χρὴ δὲ ἀναπτύξαντας αὐτοῦ τὴν γαστέρα, καὶ πληρώσαντας ἁλῶν, καὶ ἀνήθου κόμης ἕψειν, ἐμβάλλοντας ὕδατος πολλοῦ, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἕψοντας, ἄχρις οὗ πάνυ διαλυθῇ, καὶ καθεψηθῇ.

Nam horum aliquo per aluum indito, statim flatuum copia erumpit, & dolor inde conquiescit. Maximè uerò iuuat ipsos etiam cucurbitula bene grandis circa umbilicum admota, ut nõnulli curationis celeritatem admirati, cogitarint magia quadã, & nõ ratione artis, leuationem doloris ipsis obtingere. Constat aũt etiã in hoc uictũ calidiorem magis adhuc præponẽdum esse.

De colicis, qui ex stercoris duri obstructione dolent.

Eos uerò, qui ob stercoris duri obstructionẽ colico dolore uexantur, multò hydrelæo potissimũ, et mulsa curare, atq; eadem propinare ipsis conandũ est. Ita namq; stercus, quod exiccatum iam induratumq; fuerit, ex continuo iniectionũ usu humidũ euadens, ad infernas partes delabi, & excerni potest. Ac omnẽ uictũ humidum his cõuenire notũ est, maximè eũ qui uentrem subducere creditur. Itaque alypias herba oleribus incocta, similiter partheniũ, mirabiliter aluũ subducere uidẽtur: item ueteris gallii ius. Oportet autẽ uẽtre ipsius explicato, saleq; & anethi coma repleto, cõiectũ in aquã copiosam tãdiu decoquere, donec admodũ dissoluatur, et intabescat.

Si uerò cum eo quoq; polypodij unciã coxeris, ius magis adhuc aluo ducendæ erit: si uinũ etiam, aut mulsum adieceris, multo ipsum suauius, & ad alui deiectionẽ efficacius reddes. Quoniã uerò nonnulli usi sunt etiam folle fabrili, & catapotijs ex plumbo factis (nihil enim assumptis antidotis et iniectionib. magnũ quid præstare potuerunt) necesse est de hoc quoque nonnihil dicere. Nam si citra inflammationem præcedẽtẽ frigidus colicus, ileosusq; affectus sit, tũc curatione per utrẽ utendũ est. Sin autẽ inflãmatione prægressa astrictio alui oborta sit, hæc curandi ratio præterquã quòd nihil iuuet, maximè etiã nocebit. Accõmodetur aũt usus ipsius in hũc modũ. Canalẽ medicũ folli fabrili adaptato: et cũ hoc feceris, ipsum aperito, quousq; totũ flatu repletũ cõspexeris, atq; tũc demũ ceu in clystere uentũ intro immittes, et utrẽ cõprimes. Deinde ex momẽto nitri et hydrelæo clysterẽ inijcies. nam omnia quæ in uentre et intestinis continentur, unà cũ clystere euacuabuntur, ut admireris, siue stercus, siue humor, siue spiritus flatulentus fuerit id quod inclusum erat. Pari modo etiã catapotijs ex plumbo uti licet: sed cum nulla inflãmatio infestat, præcipuè inter initia.

Nam

εἰ δὲ καὶ ἑψήσεις αὐτῷ πολυπόδιον ὅσον οὐγ. α. ἔτι μᾶλλον ὑπακτικώτερος ὁ ζωμὸς γενήσεται. εἰ δὲ καὶ οἶνον αὐτῷ προσπλέξεις ἢ οἰνόμελιτος, ἡδύτερον αὐτὸν ἐργάσῃ πολλῷ καὶ ὑπακτικώτερον. ἐπειδὴ δέ τινες ἐχρήσαντο καὶ τῇ χαλκευτικῇ φύσῃ, καὶ καταποτίοις ἀπὸ μολύβδου γενομένοις· οὐδὲν γὰρ δυνηθέντες δρᾶσαι τὶ μέγα διὰ τῶν προσενεχθέντων ἀντιδότων καὶ ἐνεμάτων, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τούτου ἡμᾶς εἰδέναι, * ὡς εἰ γε χωρὶς φλεγμονῆς προηγησαμένης, εἴη ψυχρὰ ἡ κωλικὴ καὶ εἰλεώδης διάθεσις, συμφέρει τηνικαῦτα κεχρῆσθαι τῇ διὰ τοῦ ἀσκοῦ θεραπείᾳ. εἰ δὲ φλεγμονῆς προηγησαμένης ἐπίσχεσις ἐγένετο, πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελῆσαι, καὶ βλάψει τὰ μέγιστα. ἔστω δὲ ὁ τρόπος τῆς χρήσεως οὕτως· λαβὼν αὐλισκὸν ἰατρικὸν, ἐφάρμοσον αὐτὸν τῇ χαλκευτικῇ φύσῃ, καὶ ὅταν τοῦτο ποιήσῃς, διάστειλον αὐτὴν ἕως οὗ θεάσῃ πᾶσαν πληρωθεῖσαν πνεύματος. καὶ τότε λοιπὸν ὡς ἐπὶ κλυστῆρος πέμπε τὸ πνεῦμα, συστείλας τὸν ἀσκόν. εἶτα μετὰ τοῦτο κλύσον παρ᾽ αὐτὰ δι᾽ ὀλίγου νίτρου καὶ ὑδρελαίου. κενωθήσεται γὰρ ἅμα τῷ κλύσματι τὰ ἐν τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς ἐντέροις περιεχόμενα πάντα, ὥστε θαυμάσαι, εἴτε κόπρος, εἴτε ὑγρὸν, εἴτε πνεῦμα φυσῶδες ἦν τὸ περιεχόμενον. ὡσαύτως καὶ τοῖς καταποτίοις τοῖς διὰ τοῦ μολύβδου κεχρῆσθαι.

δὲ

ἂν δὲ μηδεμιᾶς οὔσης φλεγμονῆς, καὶ μάλιστα ἐν ἀρχῇ προελθουσῶν δ' ἤδη τινῶν ἡμερῶν, καὶ χαυνώσεώς τινος φανείσης, καὶ πέψεως, οἶμαι, καὶ τὰ διὰ τοῦ μολύβδου καταπότια, καὶ τὰ διὰ τοῦ εὐφορβίου τηνικαῦτα δυνήσεται διαμεῖναι, καὶ τὴν ἔμφραξιν διαλῦσαι καλῶς.

Περὶ τῆς διὰ θερμοὺς καὶ χολώδεις χυμοὺς γινομένης κωλικῆς διαθέσεως.

Τοσαῦτα περὶ τῶν ὑπὸ πλήθει πνευμάτων διαλαβόντες, καὶ περὶ τῶν ἐπὶ ψυχροῖς καὶ παχέσι χυμοῖς ὀδυνωμένων τὸ κῶλον· ἤδη λοιπὸν ἀναγράψομεν καὶ περὶ τῶν ὑπὸ χολώδεσι καὶ δριμέσι χυμοῖς ἁλισκομένων τῷ πάθει τούτῳ, τὴν ἀρχὴν κἀνταῦθα τὸ πῶς χρὴ διαγινώσκειν αὐτοὺς, ποιησάμενοι.

Διάγνωσις τῶν ὑπὸ θερμοῖς καὶ χολώδεσι χυμοῖς κωλικευομένων.

Γνωρίσεις δὲ πάλιν τοὺς διὰ θερμοὺς καὶ χολώδεις καὶ δριμεῖς χυμοὺς κωλικευομένους, ἔκ τε τοῦ δάκνεσθαι δοκεῖν καὶ ἐκκαίεσθαι, καὶ τιτρῶσθαι τὰ ἔνδον, καὶ τὴν γλῶσσαν ξηρὰν ἴσχειν, καὶ δίψαν, καὶ ἀγρυπνίαν. καὶ διὰ μιᾶς δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ παροξύνεσθαι, καὶ τὸ οὖρον εἶναι δριμὺ, καὶ τὰ διὰ γαστρὸς ἐκκρινόμενα χολώδη, καὶ πολλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐδεσμάτων τῶν θερμοτέρων, καὶ πομάτων, καὶ βοηθημάτων παροξύνεσθαι μᾶλλον, καὶ οὐκ ἄνευ πυρετοῦ διατελεῖν τοὺς πλέους αὐτῶν.

Nam progressis iam diebus aliquot, & laxa quadam mollicie, concoctioneq; apparente, meo iudicio etiam catapotia ex plũbo, & quæ euphorbio constant, tunc dari poterunt, & obstructionem pulchrè discutere.

De colico affectu ex calidis & biliosis humoribus nascente.

Cum hactenus de colico dolore ob flatuum copiam contracto, item de eo qui ex frigidis & crassis humoribus prouenit, tractauerimus: iam tandem etiam de ijs, qui ob biliosos et acres humores hoc morbo corripiuntur, agemus, exorsi hic quoq; ab ipsorum internotione.

Notæ colici doloris ob calidos bilososq; humores excitati.

Nosces rursus colicos cruciatus ex calidis, biliosis & acrib. humorib. cõcitari, quòd interna morderi, exuri, & lancinari uideãtur: item quòd lingua arida sit, et sitis uigiliæq; urgeãt, et singulis dieb. magna ex parte accessio inuadat: urina sit acris, & quæ per aluum excernuntur, biliosa, copiosáque. Adhæc quòd cibis calidioribus, potionibus, & medicamentis ægri magis irritentur, & plures ipsorum nõ sine febri agant.

Tales igitur notæ colici affectus, ob biliosos & calidos humores prouenientis habentur. Curare autem contrarijs nimirum conuenit, quæ refrigerare & humectare poßint.

τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ γνωρίσματα τῆς διὰ χολώδεσι καὶ θερμοῖς χυμοῖς γινομένης κωλικῆς διαθέσεως. θεραπεύειν οὖν χρὴ δηλονότι τοῖς ἐναντίοις, τοῖς ψύχειν καὶ ὑγραίνειν δυναμένοις.

Curatio colici affectus, ex calidis biliosisque humorib. orti.

Cremor ergo ptisanæ, si per se offeratur, nullam habens mixturam, aut porri, aut copiosioris salis, his est utilißimus. Nam absque sale calorem refrigerare, & biliosum abstergere, si quid aliud potest, præsertim copiosior, & sæpe exhibitus: adhæc ouorũ recens positorum lutea assumpta.

Θεραπεία κωλικῆς διαθέσεως διὰ θερμοὺς καὶ χολώδεις χυμοὺς γινομένης.

Πτισάνης τοίνυν χυλὸς αὐτοῖς ὠφελιμώτατος, καθ' ἑαυτὸν προσφερόμενος, μηδεμίαν ἔχων ἐπιμιξίαν ἢ πράσου, ἢ ἁλῶν πλειόνων. ἄνευ γὰρ ἁλῶν, ἐμψύξαι τε τὸ θερμὸν, καὶ ἀπορρίψαι τὸ χολῶδες, εἴπερ τι καὶ ἄλλο δύναται, καὶ μάλιστα πλείων τε καὶ πολλάκις διδόμενος, καὶ τῶν ὠῶν τῶν προσφάτως τεχθέντων αἱ λέκυθοι προσφερόμεναι.

De oleribus.

Olera his cõmodißima sunt, si & cocta, & non cocta exhibeantur: his adhuc magis lactucæ grandes, & auctæ, si probè refrigeratæ exhibeantur. Dari autem debent hæc ijs potißimum, quos uigiliæ urgent, & calidiore temperamento præditis, & ætate uigentibus. Porrò omne pomum, quod refrigerare & humectare potest, his datur utiliter: nec ulla suspicio est, ægros hinc offensum iri. Cucurbitam uerò solam metuere oportet, eo quòd ipsa naturali quadam ui colo aduersetur, ut omnes testantur. Ego itaque noui

Περὶ λαχάνων.

Τῶν δὲ λαχάνων τούτοις ὠφελιμώτατα καὶ ἄνεφθα καὶ ἑφθὰ προσφερόμενα, καὶ ἔτι πλέον αἱ μεγάλαι καὶ εὐθαλεῖς θριδακίναι ψυχρωθεῖσαι καλῶς διδόμεναι. δεῖ δὲ διδόναι μάλιστα ταῦτα τοῖς ἀγρυπνοῦσι, καὶ θερμοτέραν ἔχουσι τὴν κρᾶσιν, καὶ ἀκμάζουσι τὴν ἡλικίαν. καὶ πᾶσαν δὲ ὀπώραν ψύχειν καὶ ὑγραίνειν δυναμένην προσφέρειν δεῖ τούτοις, μηδεμίαν ὑπονοοῦντας αὐτοῖς ἔσεσθαι βλάβην, τὴν μέντοι κολοκύνθην μόνην φοβεῖσθαι, διὰ τὸ φυσικὴν ἀντιπάθειαν αὐτὴν πρὸς τὸ κῶλον ἔχειν, ὡς ὑπὸ πάντων μαρτυρεῖται. ἐγὼ γοῦν

γειῶ οἶδα οὐ μόνον νεωτέρους, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν πρεσβυτικὴν ἔχοντας ἡλικίαν, ἰαθέντας ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ὑπὸ τῆς τοιαύτης διαίτης· καὶ ψυχρῷ δὲ ὕδατι χρησαμένους οἶδα, ἐφ' ὧν εὗρον ἐρρωμένην τὴν δύναμιν, ἀβλαβῆ τε τά κύρια μόρια, καὶ τελέως ἀποπαύσας τὴν ὀδύνην, καὶ τὴν ὅλην ἔτι συμβῆναι διάθεσιν κωλύσας, καὶ ταῦτα συνεχέσι παροξυσμοῖς ἁλισκομένου τοῦ πάσχοντος. ἐκεῖνοι δὲ μάλιστα τῶν καμνόντων ἔμειναν, τοῦ λοιποῦ μηκέτι παροξυνόμενοι, ὅσοι πρὸς τὸ τοῦ οἴνου ἀπέχεσθαι, καὶ τῶν δριμέων ἁπάντων ἀπέσχοντο τοῦ λοιποῦ, καὶ ἐπέμειναν τῇ ὑδροποσίᾳ, καὶ τῇ ἐμψυχούσῃ διαίτῃ χρώμενοι. ἐφ' ὧν δὲ τὸ ψυχρὸν ἐφοβήθην δοῦναι, ἢ φλεγμονὴν ὑποπτεύσας εἶναι κυρίου μορίου, ἢ διὰ τὸ τὴν δύναμιν ἀσθενεῖν, ἐπὶ τούτων καὶ ῥόδινον οἶδα δεδωκὼς ψυχρανθὲν δαψιλές, διὰ τῶν κάτωθεν ἐνίεσας, καὶ τὰ μέγιστα ὠφελήσας. προσέπλεξα δὲ καὶ στέαρ χήνειον πολλάκις, καὶ εἶδον ὅτι ὠφέλησα. εἰ δὲ διὰ τὸ δριμὺ καὶ δακνῶδες ἀμέτρως τῆς χολῆς, καὶ ξυσματώδη διὰ τῆς γαστρὸς ἐκκρινόμενα καλῶς ποιεῖ, καὶ ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης ἅμα χαμαιμήλῳ ἐνεθείς, καὶ τὰ πυρρὰ τῶν ᾠῶν, ἅμα ῥοδίνῳ ἐνιέμενα ἐπὶ τούτων.

Περὶ ἰχθύων.

Τῶν δὲ ἰχθύων αὐτοὺς συμφέρει λαμβάνειν τοὺς σκληροτέραν ἔχοντας τὴν σάρκα, οἷον κηρίδα, ὀρφὸν,

noui non ſolum iuniores, ſed etiã ſenes paucis diebus huiuſmodi uictu curatos fuiſſe. Adhæc frigida aqua uſus ſum, in quibus uires robuſtas, & principales particulas illæſas deprehendi. ac ſcio leuaſſe me omnino dolorem, & totum morbum, ne amplius reuerteretur, prohibuiſſe: idq́; cum æger antea crebris acceßionibus corriperetur. Illi uerò potißimum immunes ab acceßione poſtea manſerunt, qui præterquàm quòd uino abſtinerent, etiam ab acribus omnibus in poſterum ſe continebant, perſeuerabantq́; aquæ potionis & uictus refrigerãtis uſu. At in quibus, aut principalis particulæ inflammationem ſuſpicatus, aut uires infirmas eſſe, aquam frigidam dare metui. In his etiam roſaceum copioſum, ac refrigeratum, per inferiora me inieciſſe noui, ac plurimum profuiſſe. Adieci etiam ſubinde adipem anſerinum, ac præſidium attuliſſe ſenſi. Porrò ob bilis acrimoniam & immoderatam roſionem, nec nõ ramentoſa, quæ per aluum excernuntur, probè facit etiã cremor ptiſanæ unà cũ chamæmelo iniectus, et lutea ouorũ ſimul cũ roſaceo his per aluũ indita.

De piſcibus.

Ex piſcibus ſumi debent duriore carne præditi, ut ceris,

orphus, glaucus, scorpius, caris, coxyx, sæpia & lolligo.

De testaceis.

Ex testaceis, pectines, ostrea, cochleæ marinæ. Vtilis ipsis etiam erinacius existit, ut qui præterquam quòd contemperet, refrigeretq́; præterea etiam stomacho gratus est, aluumq́; & urinam mouet, quibus nihil est præstantius.

De carnibus.

Ex carnibus potißimum dare conuenit, quæ difficulter conficiuntur, ut pedes bubulos, & uentriculum: item suũ uuluam, & ungulas probè coctas, refrigeratasq́;.

De fructibus pomaceis.

Inter fructus, melopepones omnibus alijs pomis præferendi sunt. Ne autem os uentriculi subuertatur, miscere ipsis aceti paulum oportet, cum assumentur. Adhæc aliud quoduis pomum à flatibus alienum, & dulce, modicè uoluptatis gratia sumere alienum non est. Ex placentis, aut bellarijs nihil prorsus offerri ijs debet, qui à bile roduntur, & colico dolore cruciantur.

De balneis.

Balnea dulcis aquæ his adhibeantur, præsertim ætate uigentibus, & calidiore temperamento præditis. Sit autem aer

ὀρφὸν, γλαῦκον, σκορπίον, καρίδα, κοκκύγια, σηπίαν, τευθίδα.

Περὶ ὀστρακοδέρμων.

Τῶν δὲ ὀστρακοδέρμων κτένια, καὶ τὰ ὄστρεα, καὶ κοχλίας θαλασσίους. καλῶς δὲ καὶ ὁ ἐχῖνος αὐτοῖς ἐστι. πρὸς τῷ παρέχειν τὸ ἐπικεραστικὸν καὶ ἔμψυχον, ἔτι καὶ τὸ εὐστόμαχον κέκτηται, καὶ τὸ εὐκοίλιον, καὶ διουρητικὸν, ὧν οὐδὲν ἐστὶ κάλλιον.

Περὶ κρεῶν.

Τῶν δὲ κρεῶν μάλιστα διδόναι συμφέρει τὰ δυσκατέργαστα, οἷον τούς τε βοῶν τοὺς πόδας καὶ τὴν κοιλίαν, καὶ τῶν συῶν τὴν μήτραν, καὶ τοὺς ὄνυχας καλῶς ἑψηθέντας, καὶ ψυχρανθέντας.

Περὶ ὀπωρῶν.

Καὶ τῶν ὀπωρῶν δὲ τοὺς μηλοπέπονας δεῖ προτιμᾶν τῶν ἄλλους ἁπάσους ὀπώρας. πρὸς δὲ τὸ μὴ ἀνατρέπεσθαι τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, μιγνύειν αὐτοῖς χρὴ ὀλίγου ὄξους ἐν τῷ μέλλειν προσφέρεσθαι· καὶ τὴν ἄλλην δὲ πᾶσαν ὀπώραν τὴν ἄφυσον καὶ γλυκεῖαν, οὐδὲν ἄτοπον ἡδονῆς χάριν αὐτοὺς λαμβάνειν συμμέτρως. τῶν δὲ πλακούντων, ἢ τραγημάτων οὐδὲν ὅλως προσφέρεσθαι δεῖ, τοὺς ὑπὸ χολῆς δακνομένους τὸ κῶλον.

Περὶ λουτρῶν.

Λουτρὰ δὲ τὰ ἀπὸ γλυκέων ὑδάτων παραλαμβανέσθωσαν, ἐπὶ τούτων, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων τὴν ἡλικίαν, καὶ θερμοτέραν ἐχόντων τὴν κρᾶσιν. ἔστω δὲ

δὲ καὶ ὁ ἀὴρ σύγκρατος, καὶ ἡ τοῦ θερμοῦ δεξαμενή. καὶ ἀλειφέσθωσαν, κατὰ μὲν τῶν πεπονθότων τόπων, χαμαιμήλῳ· ἐν δὲ τῷ ὅλῳ σώματι, τῷ ὑδρελαίῳ. φυγέτωσαν δὲ καὶ τὸ ἐπιπλάττειν νίτρῳ, ἢ σαμψύχῳ, ἢ ὅλως τινὶ τῶν δριμέων, ἢ θερμῶν, καὶ τὸ ἀνατρίβεσθαι τὰ πεπονθότα, καὶ πυριᾶν παραιτείσθωσαν, καὶ τὰ ἁλμυρὰ ὕδατα ἢ νιτρώδη, καὶ τὸ ὅλως προσπελάζειν τοῖς αὐτοφυέσι καλουμένοις ὕδασιν. ἀνιόντες δὲ ἀπὸ τοῦ βαλανείου, μὴ πινέτωσαν οἴνου παραχρῆμα. λαμβανέτωσαν δὲ χυλὸν πτισάνης ἢ εὔκρατον. ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῆς τροφῆς εἰ βούλοιντο, καὶ τὸ καλούμενον ῥεκεντάτον πίνειν, ἐπιτρέπειν αὐτοῖς δεῖ, καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ αὐτό, καὶ ὠφελοῦνται πίνοντες. οἴνου δὲ εἰ καὶ παντελῶς ἀπέχεσθαι δυνατόν, καλὸν ἂν εἴη. εἰ δὲ μὴ βούλοιντο, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν τὴν παντελῆ τοῦ οἴνου ἀποχήν, συγχωρητέον αὐτοῖς τὸν λεπτὸν καὶ ὑδατώδη πίνειν οἶνον.

Περὶ κινήσεως.

Γυμνασίοις δὲ καὶ αἰώραις καὶ πάσῃ κινήσει κεχρήσθωσαν ἐν τοῖς διαλείμμασι μήτε πολλοῖς, μήτε συντόνοις. οὔτε γὰρ φέρουσιν, ἀλλ' εὐθὺς δύσκρατοί τε καὶ δριμύτεροι γίνονται, ἐπειδὰν ἐπὶ πλέον τοῖς γυμνασίοις χρήσωνται. ἀπεχέσθωσαν δὲ καὶ θυμοῦ, καὶ φροντίδος ἁπάσης, ὡς ἐνδέχεται, καὶ παντοίων κόπων. οὕτω γὰρ ἐγκρατῶς διαιτώμενοι, καὶ ἐν εὐθυμίᾳ ἁπάσῃ διατελοῦντες,

δυνή-

aer temperatus, & calidæ aquæ solium. Cæterùm partes quidem affectæ ungãtur chamæmelino, totum uerò corpus hydrelæo. Cauendum autem, ne oblinantur nitro, aut sampsucho, uel omnino acri quodam, uel calido: item ne affecta perfricentur, fomentisq; obducantur, & salsæ aquæ, aut nitrosæ, & in summa naturalium aquarum usus uitari debet. Reuersi à balneo, non statim uinum ægri bibant, sumant autem cremorem ptisanæ, aut aquam tepidam: in medio uerò cibi si uelint, recentatam dictam bibere ipsis permittẽdum, ipsamq; aquam frigidam, ac potu eius iuuantur. At uino si in totum abstinere possent, utile esset: sin autem nolint, eo quòd ex toto uini abstinentiam ferre nequeant, cõcedendum ipsis tenue & aquosum.

De motu.

Exercitijs autem, gestationibus, omniq; motu per interualla morbi, neque multis, neque ualidis utantur. Neque enim ferunt, sed statim intemperati & acriores redduntur, ubi largius exercitijs usi fuerint. Abstineant autem ab ira, omnique cura, quatenus licet, & omnis generis laßitudinibus. Ita nãq; tẽperãter, ac in omni hilaritate degẽtes, molestũ

& excruciantem coli dolorem euadere poterunt.

De purgatione.

Quòd si purgatione interdũ uti in ijs, qui ob biliosum acreq́; humorẽ colico dolore afficiuntur, oporteat, obseruandum est, ne ullum adhuc medicamentũ, quod acre quid obtinet, offeratur, ut euphorbium, aut cnidium granum, aut lathyridas, aut ueratrum. Hæc enim omnia præterquàm quòd nihil hos iuuant, præterea etiã tormina et rosionẽ pariunt, et aliã bilẽ excitant. Vtile igitur his est antidotũ quod picra dicitur. Si namq; bilis, quæ dolorẽ rosionemq́; inducit, intestinorũ ipsorũ tunicis affixa tibi uideatur, ipsa per se picra eis dari debet: sin autem non solum in tunicas absorpta est, sed etiam in spacio cõtinetur, ac aliunde frequenter influit, tunc antidotum non per se exhibere, sed adiectis ei scammonij lachrymæ scrupulis duobus, aut paulo ampliori aut minore modo, ipsos purgabis: nec non theodoreto, admixta ei scammonij lachryma. Quòd si æstas fuerit, etiam rhodomeliti, aut rhodomelo ipsam adijcientes, aut hydrorosato, sic purgare ipsos conuenit. Valde enim iuuantur, non solum quòd infestante dolore leuentur, sed etiam quòd totum prorsus affectum euaserint.

δυνήσονται διαφεύγειν τὴν ἀνιαρὰν καὶ ἐπώδυνον τοῦ κώλου ὀδύνην.

Περὶ καθάρσεως.

Εἰ δὲ καὶ δεήσει ποτὲ καθάρσει ἡμᾶς χρήσασθαι ἐπὶ τῶν διὰ χολώδη καὶ δριμὺν χυμὸν ὀδυνωμένων τὸ κῶλον, προσέχειν δεῖ, καὶ μηδὲν ἔτι τούτων προσφέρειν φάρμακον δριμύ τι ἔχον, οἷον εὐφορβίου, ἢ κνιδίου κόκκου, ἢ λαθυρίδων, ἢ ἐλλεβόρου. ταῦτα γὰρ ἅπαντα πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελεῖν τούτους, ἔτι καὶ στρόφων καὶ δήξεως αἴτια γίνεται, καὶ χολῆς ἄλλης προσθήκη. χρήσιμος οὖν ἐστιν ἐπὶ τούτων ἡ πικρὰ λεγομένη ἀντίδοτος. εἰ μὲν γὰρ ἡ τὴν ὀδύνην ἐπιφέρουσα καὶ δῆξιν χολὴ ἐμφαίνοιτό σοι προσπεπλασμένη περὶ τοὺς χιτῶνας αὐτῶν τῶν ἐντέρων, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἐπιδιδόναι χρὴ τὴν πικρὰν αὐτοῖς. εἰ δὲ μὴ μόνον ἀναπίπτωται, ἀλλὰ καὶ περιέχεται, καὶ ἐξ ἑτέρων ἐπιρρεῖ πολλάκις, οὐ δεῖ καθ' ἑαυτὴν ἐπιδιδόναι τότε τὴν ἀντίδοτον, ἀλλὰ προσπλέκοντας αὐτῇ δακρυδίου γρ. β. ἢ μικρῷ πλέον, ἢ ἔλαττον, οὕτως αὐτοὺς καθαίρειν καὶ τῇ θεοδορήτῳ, προσμιγνύντας αὐτῇ τὸ δακρύδιον. εἰ δὲ θέρος εἴη, καὶ ῥοδομέλιτι, ἢ ῥοδομήλῳ προσαναπλέκοντας, ἢ ὑδροροσάτῳ, οὕτω καθαίρειν αὐτοὺς χρή. πάνυ γὰρ ὠφελοῦνται, οὐ μόνον κουφιζόμενοι τῆς ὀχλούσης ὀδύνης, ἀλλὰ καὶ τελείως φυγόντες τὴν ὅλην διάθεσιν.

Περὶ

Περὶ τῶν διὰ φλεγμονὴν τῶν ἐντέρων κωλικευομένων.

Εἰ δὲ συμβῇ γενέσθαι τὴν κωλικὴν διάθεσιν ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἐντέρου, μηδὲ ὅλως ἐπιδοῦναι τολμήσεις τὸ καθάρσιον ἐπὶ τούτων, καὶ μάλιστα ἐν ἀρχῇ, καὶ μηδέπω εἰς πέψιν ἐλθούσης τῆς φλεγμονῆς. ὅσοι γὰρ ἐτόλμησαν ἐπιδοῦναι τῶν ὑπηλάτων, κινδύνων αἴτιοι καὶ θανάτων ἐγένοντο τοῖς κάμνουσι. συμβαίνει γὰρ τὸ δοθὲν φάρμακον ἐκ τῶν ἀπαθῶν ἑλκῦσαι, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιπέμψαι μορίοις. τούτων δὲ μὴ δυναμένων ἀπωθῆσαι τὸ ἐνεχθὲν, τήν τε ὀδύνην ἐπιταθῆναι, καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τοὺς στρόφους· ὧν ἁπάντων ἐπιτιθεμένων, εἰς τὸν εἰλεὸν ἀνάγκη πεσεῖν. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τί ἐστιν ὁ εἰλεὸς, ἢ ἐπίτασις τῆς κωλικῆς διαθέσεως. διὰ τοῦτο γὰρ οὖν οὐ δεῖ καθάρσιον ἐπιδιδόναι τοῖς ἔχουσι φλεγμονήν. φλεβοτομίαν δὲ παραλαμβάνειν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος, ἢ μετὰ μικρὸν ποιεῖσθαι τὴν κένωσιν. οὐδὲ γὰρ ἡ ἀθρόα κένωσις τοσοῦτον ὠφελεῖν οἶδεν, ὅσον ἡ κατὰ μικρὸν γινομένη. εἰ δὲ ἐπισχεθῆναι συμβῇ διὰ τὸ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς, καὶ τὰ οὖρα, καὶ τὴν ἐν τῷ σφυρῷ καὶ περὶ τὸν ταρσὸν, οὐδὲν ἄτοπον τέμνειν φλέβα. πολλάκις γὰρ οὕτως ἡμῶν πραξάντων, καὶ ἡ τῆς γαστρὸς ἔκκρισις, καὶ ἡ τῶν οὔρων ἐγένετο. ῥο-

φεῖ

De colicis doloribus ob inflammationem intestinorum contractis.

At si colicum affectũ, ob inflammationem intestini fieri cõtingat, nequaquam purgationẽ in his, præsertim inter initia, & cũ illa nondũ ad concoctionem peruenerit, exhibere audebis. Qui enim medicamenta uentri ducendo apta præbere non dubitarunt, ægrotantib. periculorum autores, & mortis extiterunt. Accidit namque, ut datũ medicamentum humores ex illæsis ac sanis particulis trahat, et transmittat affectis. Cum aũt hæ, id quod illatũ est, nequeant propellere, necesse est dolorẽ, uigilias et tormina augeri: quib. omnib. increscentibus, in ileosum morbũ incidere. Neq; enim aliud est ileos, quàm colici affectus intentio, ac incrementũ. Quapropter purgatio inflãmatione tentatis danda nõ est: uenæ autem sectio adhibenda, & paulatim ex toto corpore uacuatio tentanda: eo quòd uniuersa inanitio tãtũ præsidij nõ adferat, quãtũ, quæ paulatim fit. Porrò si propter inflãmationis magnitudinẽ etiã urinas supprimi cõtingat, uenã & in talo, et in superiore pedis parte secare non est alienũ. sæpe enim cũ hoc nos fecissemus, & alui et urinæ excretio secuta est.

 Ali-

Alimento in his utendum est, cremore ptisanæ, aut auena mediocriter. item iniectione per aluũ ex cremore ptisanæ, chamæmelo, succo lini seminis, & hydreleo, præsertim si etiam febris uehemens urgeat. Rarũ namq; est colo inflãmationem sustinente, febrim non oboriri. Quæ extrinsecus imponẽtur, temperata sint, nihil acre habentia: è quorũ numero est etiam chamæmelinum oleum, & ex farina ordeacea, liniq; semine epithemata: nec non cerata similiter, quæ componuntur ex chamæmelino, cera, rosaceo, & luteis ouorum. fiat autẽ ponderũ æqualitas eiusmodi. Ceræ unciæ quinq;: chamemeli unciæ duæ, semis: farinæ fabaceæ, rosacei, singulorũ unciæ duæ, semis: lutea ouorũ quinq;, aut sex: succi lini seminis quod satis est. Oua & farina læuigentur, atq; tunc ceratum refrigeratũ iniciatur, ac omnia subigantur, quousque inuicem commixta fuerint, ac in unum coiisse uideatur. Hoc & renibus & uesicæ inflammatæ pulchrè auxiliari potest.

De balneo.

Balnea igitur continua, priusquam totum corpus recrementis uacuatũ fuerit, adhibenda nõ sunt. Post sanguinis autem uacuationẽ, etiam si dolor urgeat, balneo uti absurdum nõ est. Si uerò uires

φῇ δὲ ἐπὶ τούτων δεῖ κεχρῆσθαι, χυλῷ πτισάνης, ἢ βρόμῳ, τούτοις συμμέτρως, δῆλον ἐστι. καὶ ἐνέματι δὲ τούτοις ἀπὸ χυλοῦ πτισάνης, καὶ χαμαιμήλου, καὶ χυλοῦ λινοσπέρμου, καὶ ὑδρελαίου μάλιστα, εἰ καὶ σφοδρὸς εἴη ὁ πυρετὸς. σπάνιον γὰρ φλεγμαίνοντος τοῦ κώλου, μὴ πυρετὸν ἐπιγίνεσθαι· καὶ τὰ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενα ἔστωσαν εὔκρατα, μηδὲν ἔχοντα δριμύ. ἐξ ὧν ἐστι καὶ τὸ χαμαιμήλινον ἔλαιον, καὶ τὰ διὰ τοῦ κριθίνου καὶ λινοσπέρμου ἐπιῤῥίμματα, καὶ κηρωταὶ ὁμοίως αἱ διὰ χαμαιμηλίνου, καὶ κηροῦ, καὶ ῥοδίνου, καὶ κρόκων ὠῶν ἔχουσαι τὴν σύνθεσιν. γινέσθω δὲ ἡ συσταθμία τοιάδε· κηροῦ οὐγ. ε. χαμαιμήλου οὐγγ. β. S. φαβατίνου ἀλεύρου οὐγ. γ. S. ῥοδίνου οὐγ. β. S. κρόκους ὠῶν ε. ἢ ϛ. χυλοῦ λινοσπέρμου τὸ ἀρκοῦν, λειούσθω τὰ ὠὰ καὶ τὸ ἄλευρον, καὶ τότε ψυχρανθεῖσα ἡ κηρωτὴ ἐπιβαλλέσθω. καὶ λειούσθωσαν ἅπαντα, ἕως οὗ συμπλακῶσιν ἀλλήλοις, καὶ ἓν εἶναι δόξωσι. τοῦτο καὶ νεφροῖς καὶ κύστει φλεγμαινούσῃ βοηθεῖν δύναται καλῶς.

Περὶ λουτροῦ.

Λουτρὰ μὲν οὖν συνεχῆ πρὶν ἢ ἀπέριττον γενέσθαι τὸ ὅλον σῶμα παραλαμβάνειν οὐ δεῖ. μετὰ δὲ τὴν διὰ φλεβοτομίας κένωσιν, εἰ καὶ τὰ τῆς ὀδύνης ἐπάγει, οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι τῷ βαλανείῳ κεχρῆσθαι. εἰ δὲ τὸ

τὰ δὲ δυνάμεως ἀντιπράττει, καὶ εἰς τὴν κατακειμένην αὐτοὺς ἐμβιβαστέον σκάφην, ὑπαλείφοντας ἐλαίῳ χαμαιμηλίνῳ. οἴνου δὲ μὲν φλεγμονῆς ζεούσης ἔτι, καὶ τῶν πυρετῶν ἐπικρατούντων, ἀπεχέσθωσαν. πέψεως δὲ σημείων φανέντων, ἐὰν καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ἀσθενῆ σοι φανείη, οὐδὲν ἄτοπον αὐτοῖς τὸν λεπτὸν καὶ ὑδατώδη οἶνον προσφέρεσθαι. οἶδα μὲν οὖν, ὅτι ταῖς εἰρημέναις μεθόδοις χρώμενός τις, οὐ μὴ δεηθῇ τινος ἔξωθεν ἄλλης ἐπικουρίας. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῶν περιοδευομένων πολλοί, καὶ μάλιστα τῶν πλουσίων, οὔτε πίνειν ὅλως θέλουσι φάρμακον, οὔτε κλύσμασι θεραπεύειν τὴν γαστέρα, διὰ δὲ περιάπτων φυσικῶν ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς ἀποπαύειν αὐτῶν τὴν ὀδύνην, ἐσπούδασα καὶ περὶ τούτων ἐκθέσθαι ὑμῖν, ὧν τε αὐτὸς ἔσχον πεῖραν, καὶ ὅσα παρὰ φίλων ἀληθινῶν ἔγνων ὠφελεῖν δύνασθαι. καὶ τοὺς ἀρίστους δὲ τῶν παλαιῶν εὕρομεν μαρτυρήσαντας, ὅπως μηδὲ ἡ τέχνη ἄπειρος εἶναι νομισθείη, καὶ ἀσυμπαθής, μήτε οἱ περιοδεύοντες ἀφιλόκαλοί τε καὶ ἀσυμπαθεῖς εἶναι δόξωσιν, ὡς ἀγνοοῦντες τὰ τῆς φύσεως ἀσυμπαθῆ τε καὶ συμπαθῆ.

Περίαπτα φυσικὰ πρὸς τοὺς κωλικὴν ἔχοντας διάθεσιν.

Περίαπτον ἀδιάπτωτον, οὗ καὶ ἡμεῖς ἔσχομεν πεῖραν, καὶ πάντες δὲ ὀλί-

uires refragentur, in alueum ægri descēdent, corpus oleo chamæmelino illinētes. Vino, si inflāmatio adhuc feruet, & febres præpollent, abstineant: ubi concoctionis notæ apparuerint, etsi uires imbecillæ uideantur, non alienum est ipsis uinum tenue et aquosum propinare. Scio igitur, quòd si quis prædictis curādi methodis utatur, nō ullo alio extrinsecus remedio opus habebit. Verùm cum pleriq; eorum qui per circuitus colico dolore afficiuntur, præsertim diuites, neq; bibere omnino medicamentum, neq; uentrem clysterijs curari uolūt, naturalib. autem quæ alligari solent, dolorem ipsorum abigere nos cogunt: conatus sum etiam de his uobis mentionem facere, quorū & ipse experientiam habui, & quæ à ueris amicis iuuari posse cognoui. Ac præstantissimos ueterum testatos illa inuenimus, ut neq; ars experientiæ & misericordiæ expers esse censeatur, neq; medici ab honestate et cōsensu doloris alieni esse uideantur, tanquam ignorantes naturam, & à sensu doloris aliorum affici, & simul condolere.

Medicamēta naturalia quæ alligari solent aduersus dolores colicos.

Medicamentum alligatoriū, certum, cuius & nos periculum fecimus, ac omnes pro-

pemodum præstantißimi medicorum comprobarunt. Stercus lupi si fieri poßit, qui ossa uorauerit, in canalē includito, ac dato in dextro brachio, aut femore, aut lumbis, per acceßionē gestandum: cauens, ne dolente parte, neq; terram, neq; balneū æger attingat.

Aliud, etiam ipsum probatum.

Alauda comesta, idem optimè præstat. Thraces uiuente adhuc alauda, cor eximentes, alligatorium faciunt, femori sinistro ipsum circumdantes.

Aliud naturale comprobatum.

Ex porci intestino cæco, id quod mammosum est, accipito, ac myrrha inuolutum ligatumq; in pelle lupina, aut canina dato gestandum, luna abeunte à sole, ac miraberis.

Aliud alligatorium.

Herculem erectum, suffocantem leonem in lapidem medicum insculpito, ac inclusum in annulum aureum, gestandum dato.

Idem rursus.

Alauda combusta læuigataq;, & cochlearijs duobus, aut tribus ad dies tres, aut quatuor propinata, admodum colicis affectibus auxiliatur.

Aliud

ὀλίγου δεῖν ἄριστοι τῶν ἰατρῶν δεδοκίμασαν. λαβὼν ἀφόδευμα λύκου, εἰ δυνατὸν, ἔχον ὀστάρια, κατάκλεισον εἰς σωληνάριον. καὶ δὸς φορεῖν περὶ τὸν δεξιὸν βραχίονα, ἢ μηρὸν, ἢ ὀσφὺν ἐν τῷ παροξυσμῷ, κατὰ τοῦ ἀλγοῦντος μέρους φυλαττόμενος, ὡς μήτε τῆς γῆς, μήτε λουτροῦ θίγειν.

Ἄλλο καὶ αὐτὸ διὰ πείρας.

Κορυδαλὸς ἐσθιόμενος, τὸ αὐτὸ ποιεῖ καλῶς. οἱ δὲ θρᾷκες ἔτι ζῶντος τοῦ κορυδαλοῦ, ἐξαιροῦντες τὴν καρδίαν, περίαπτον ποιοῦσιν, ἐν τῷ μηρῷ τῷ ἀριστερῷ περιθέντες αὐτό.

Ἄλλο φυσικὸν δεδοκιμασμένον.

Χοίρου λαβὼν ἐκ τοῦ τυφλοῦ ἐντέρου τὸ μαστοειδὲς * σμυρνιάσας καὶ ἐνδύσας δέρματι λυκίῳ, ἢ κυνίῳ, δίδου φορεῖν ἐν ἀποκρούσει σελήνης, καὶ θαυμάσεις.

Ἄλλο περίαπτον.

Εἰς λίθον μηδικὸν γλύψον ἡρακλέα, ὀρθὸν πνίγοντα λέοντα, καὶ ἐγκλείσας εἰς δακτυλίδιον χρυσοῦν, δίδου φορεῖν.

Τὸ αὐτὸ πάλιν.

Κορυδαλὸς καιόμενος καὶ λειούμενος, καὶ διδόμενος ὅσον κοχλιάριον β. ἢ γ. προποτιζόμενος ἐπὶ ἡμέρας γ. ἢ δ. ποιεῖ πάνυ πρὸς κωλικὰς διαθέσεις.

Ἄλλ

Ἄλλο λίαν δραστικόν.

Παιδίου ὀλίγον ἐκτμηθέντος ὀμφαλοῦ, εἰς ἀργυροῦν ἢ χρυσοῦν ἔγκλεισον μετὰ ἁλὸς ὀλίγου. ὁ φορῶν τὸ περίαπτον τοῦτο, ἄπονος ἔσται εἰς τὸ παντελές.

Ἄλλο.

Αἴγειον ἧπαρ καύσας λείωσον, καὶ δὸς πιεῖν μετ᾽ οἴνου· πάνυ βοηθεῖ αὐτοῖς.

Δακτύλιος πρὸς τὸ αὐτό.

Λαβὼν δακτύλιον σιδηροῦν, ποίησον γενέσθαι τὸ κρικέλλιον αὐτοῦ ὀκτάγωνον, καὶ οὕτως ἐπίγραφε εἰς τὸ ὀκτάγωνον * φεῦγε φεῦγε ἰοὺ χολή, ἡ κορυδαλὸς ἐζήτει. τὸν δὲ χαρακτῆρα τὸν ὑποκείμενον γράφε εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ δακτυλίου, [symbol]. τούτου πολλὴν ἔσχον πεῖραν, καὶ ἄτοπον ἐνόμισα μὴ παραδοῦναι τηλικαύτην ἀντιπαθῶς ἔχουσαν πρὸς τὸ πάθος δύναμιν. ἀλλὰ παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ πρὸς τοὺς τυχόντας ἐμφαίνειν τὰ τοιαῦτα· πρὸς δὲ τοὺς φιλαρέτους, καὶ τὰ τοιαῦτα δυναμένους φυλάττειν, ὅθεν καὶ ὁ θειότατος ἰδὼν Ἱπποκράτης, παρακελεύεται λέγων, τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα, ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται· βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις. γινέσθω δὲ ὁ προϋποτυπωθεὶς δάκτυλος ιζ. τῆς σελήνης, ἢ κα.

Aliud ualde efficax.

Vmbilici infantis nuper nati præcisi paululum in argentũ aut aurum includito, cũ modico sale: qui gestat hoc alligatorium medicamentum, dolore prorsus non corripietur.

Aliud.

Iecur caprillũ combustum læuigato, datoq; ex uino potui: multum ipsis auxiliatur.

Annulus ad idem.

Annulum ferreũ accipito, ac circulum ipsius octangulum efficito, atq; ita in octãgulum inscribito: φεῦγε φεῦγε ἰοὺ χολή, ἡ κορυδαλὸς ἐζήτει. hoc est, Fuge, fuge, heu bilis, alauda quærebat. Subiectam autem figuram in annuli caput scribito [symbol]. Huius magnam habui experientiam, ac absurdum putaui tantum medicamentum naturali ui colico aduersum, non uobis tradere: sed admoneo uos, ne quibuslibet huiusmodi ostẽdatis: uirtutis autem studiosis, & qui eiusmodi possunt conseruare, communicate. quod etiam Hippocrates diuinissimus cum nouisset, præcepit his uerbis: Res quæ sacræ sunt, sacris hominibus ostenduntur: prophanis autem, non fas est. Paretur autem præfiguratus annulus decimoseptimo, aut uigesimo primo die lunæ.

Aliud naturale, ad colum efficax, usu probatum.

Lupi stercus in tenuißimũ puluerem tritum, incretumq́;, ex aquæ calidæ cochlearij dimidio, laboranti dato.

CAPITA LIBRI VNdecimi, *& appendices.*

Ἄλλο φυσικὸν ποιοῦν πρὸς κῶλον, διὰ πείρας.

Λαβὼν λύκου ἀφόδευμα, θλίψας χνοωδέστατον πάνυ, καὶ σήσας, δίδου τῷ κάμνοντι εἰς ὕδωρ θερμὸν κοχλιαρίου τὸ S.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ *ἑνδεκάτου βιβλίου.*

τύρησαν.

Ἁλάτια πεπτικά.

Ἄλλο τὸ βουφάτου.

Φυσικὰ διάφορα πρὸς ῥεῦμα ποδῶν.

Φυσικὸν πρὸς σύριγγα ποδῶν πάνυ περιβόητον, καὶ ἐπὶ πολλῶν πεῖραν δέδωκε.

Φυλακτικὸν ποδάγρας καὶ ἀρθρίτιδος.

Ἄλλο διὰ πείρας.

Ἄλλο ποδῶν καὶ χειρῶν προφυλακτικόν.

Πρὸς ποδάγραν.

Φυλακτικὸν ποδαγρικῶν.

Πρὸς ποδάγραν μηδέπω κονδύλους ἐχουσαν, θαυμάσιον, καὶ διὰ πείρας.

Ποδαγρικὸν φυσικόν.

Ἄλλο πρὸς ποδάγραν, καὶ πᾶν ῥεῦμα.

Βοήθημα ποδαγρικὸν πάνυ καλόν.

ΑΛΕ.

ti teſtati ſunt.

Halacia ad cõcoquendum.

Aliud buphati.

Naturalia diuerſa ad pedum fluxionem.

Medicamẽtũ naturale ad fiſtulã pedũ, admodũ celebre, & à multis cõprobatũ.

Medicamentum præſeruans à podagra, & morbo articulario.

Aliud probatum.

Aliud quod pedes & manus præſeruat.

Ad podagram.

Remedium à podagra præſeruans.

Ad podagram, quæ nondum contraxit nodos, admirabile & probatum.

Podagricum naturale.

Aliud ad podagram, & omnẽ fluxionem.

Auxilium podagricum ualde bonum.

P ALE-

ALEXANDRI TRALLIANI liber undecimus, IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.

DE PODAGRA. Cap. I.



Odagræ affectum ex multis, diuersisq́; causis originẽ trahere, in primis sciendum est: unde meo iudicio propter generationis uarietatem, neq; internosci probè, neq; absolutam curationem consequi potuit. Hac autem ex re morbus molestã tristemq́; de se opinionem acquisiuit, nempe ꝙ nequaquã arte medica unquam curari poßit. At ego asseuero, si et differentiæ, & species ipsius, quot et quales existant, probè internoscantur, facilem curatu medicis futurũ. Dicamus igitur iam notas ipsius, deinde sic etiam curationes persequamur. Speret aũt unusquisq́;, quòd si animũ diligẽter scriptis à me intendat, multos iuuabit, non modò morbi principia subeuntes, sed etiam diu iam eo conflictatos. Multæ igitur causæ sunt, quæ molestam podagram progignunt. Etenim sanguis, qui in sinus articulorum confluxerit, calidus,

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ βιβλίον ἑνδέκατον.

ΠΕΡΙ ΠΟΔΑΓΡΑΣ κεφ. α.



Ο τῆς ποδάγρας πάθος εἰδέναι χρὴ πρό γε πάντων, ὡς ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων αἰτιῶν ἔχει τὴν σύστασιν· ὅθεν, οἶμαι, διὰ τὸ ποικίλον τῆς γενέσεως οὔτε διαγνωσθῆναι καλῶς, οὔτε θεραπείας τελείας ἠδυνήθη ἐπιτυχεῖν. ὑπόληψιν δὲ ἐκ τούτου τὸ πάθος ἀνιαρὰν ἐκτήσατο, καὶ μηδὲ ὅλως ὑπὸ τέχνης ἰατρικῆς ἰαθῆναί ποτε δυνηθῆναι. ἐγὼ δέ φημι, ὡς εἰ διαγνωσθεῖεν καλῶς αἵ τε διαφοραὶ καὶ τὰ εἴδη αὐτῆς, ὅσα τε καὶ οἷα τυγχάνει, εὐθεράπευτον ἂν ῥαδίως ὑπὸ τῶν ἰατρῶν γενήσεται. εἴπωμεν οὖν ἤδη τὰς διαγνώσεις αὐτῶν, εἶθ' οὕτω καὶ τὰς θεραπείας. ἐλπιζέτω γάρ, ὅτι τοῖς γεγραμμένοις ἄν τις ἀκριβῶς προσέχοι, ὠφελήσει πολλούς, οὐ μόνον τοὺς ἀρχὴν ἔχοντας εἰς τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη κεχρονικότας ἐν αὐτῷ. πολλὰ μὲν οὖν εἰσιν αἴτια, τὰ τὴν ἀνιαρὰν τίκτοντα ποδάγραν. καὶ γὰρ αἷμα συῤῥεῦσαν

Ναρδοστάχυος, ἴρεως, σμύρνης τρωγλίτιδος, ἀναγαλλίδος τῆς τὸ κυανοῦν ἄνθος ἐχούσης, παιωνίας ῥίζης ἀνὰ οὐγ. β. κασίας, κρόκου, μήου, φύλλου, μαστίχης, ἀσάρου, ἐρυθροδάνου ἀνὰ οὐγ. α. δαμασονίου, ἀριστολοχίας μακρᾶς καὶ στρογγύλης ἀνὰ οὐγ. δ. καρυοφύλλου οὐγγ. S. φοῦ οὐγ. α. S. ἀλόης ἡπατίτιδος οὐγ. γ. ἡ δόσις δραχ. α. λαμβανέτω ὁ πάσχων ἐπὶ ἐνιαυτόν. τοσαῦτα περὶ τῶν καθόλου βοηθημάτων εἰρηκότες, μετέλθωμεν λοιπὸν ἐπὶ τὰ μορικὰ βοηθήματα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ἐπὶ ταῖς ψυχραῖς δυσκρασίαις ἁρμοζόντων ποιούμενοι.

Κατα-

Καταπλάσματα τοπικὰ τοῖς διὰ ψυχρὸν χυμὸν ὀδυνωμένοις.

Μετρίας μὲν οὔσης τῆς ὀδύνης, ἐπὶ τούτων ἁρμόζει καὶ ἡ κράμβη καταπλαττομένη κοπανισθεῖσα, καὶ τῶν σελίνων τὰ φύλλα, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς κονύζης. εἰ δὲ ἡ ὀδύνη σφόδρα γένοιτο, ὥστε μὴ δύνασθαι φέρειν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπὶ τούτων κεχρῆσθαι τοῖς καταπλάσμασι· μάλιστα δὲ τοῖς παρηγοροῦσιν, οἷά εἰσι τὰ διὰ τοῦ τήλεως ἀλεύρου λινοσπέρμου, καὶ αἴρας, καὶ μέλιτος ὀλίγου. ἔστω δὲ τοῦ μὲν τήλεως ἀλεύρου μέρη γ. τῆς δὲ αἴρας μέρος α. οὐκ ἀποτρέπω δὲ οὐδὲ τῶν ἐρεβίνθων αὐτοῖς προσπλέκειν ἅμα. ἑψέσθω δὲ αὐτὰ ἐν οἴνῳ λεπτομερεῖ, καὶ θερμοτέρῳ ναρδίνῳ τε καὶ μύρῳ, ἢ κυπρίνῳ συνεψομένῳ ὀλίγον, καὶ μάλιστα χειμῶνος ὄντος. τότε γὰρ εἰ καὶ θερμότερόν τι αὐτοῖς προσπλέξεις, οὐδὲν ἂν βλάψοις, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὠφελήσεις. ἀνώδυνόν τε γὰρ καὶ διαφορητικώτερον ἔσται τὸ προσφερόμενον. μιγνύσθω οὖν αὐτοῖς, εἴγε δεήσει καὶ μικρὸν ἔτι θερμότερον ἐργάσασθαι τὸ κατάπλασμα, καὶ τῶν φύλλων τῆς δάφνης, ὅσα τε ἄλλα ἁπαλώτατα τυγχάνει, καὶ τῆς κονύζης ὁμοίως, ἢ σέλινον, ἢ σμύρνιον, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα γε τῆς αὐτῆς ὄντα τυγχάνει δυνάμεως. ἔστω δὲ ἔλαττον τὸ κατάπλασμα, πολὺ δὲ ἔλαττον τὸ ἐκ τούτων προσπλεκόμενον τῷ καταπλάσματι ζέμα. εἰ γὰρ

Cataplasmata quæ locis ex frigido humore dolētibus admouentur.

Cum mediocris quidem dolor est, in his etiam braßica confert, si concisa obducatur: item apiorum folia: similiter etiam conyze. Sin autem dolor uehemens ortus fuerit, ut ferri non poßit, in his uti cataplasmatis oportet, præsertim mitigantibus: qualia sunt, quæ farina fœnugræci, seminis lini loly, & melle modico constant. Fœnugræci farinæ sint partes tres: loly pars una. non dissuadeo, etiam cicera ipsis simul admiscere. Cæterùm coquito ipsa ex uino tenui, & calidiore, nardino'que unguento, et cyprino modicè incocto; præsertim hyeme. tunc enim, etsi calidius quippiam ipsis adycias, non offendes, sed etiam potius iuuabis. Nam ad dolorem *leuandum, discutiendumq́, efficacius erit id quod admouetur. Misceantur igitur ipsis, siquidem opus erit etiam paulo adhuc calidius cataplasma efficere, tum folia lauri, tum alia mollißima: & conyzam similiter, aut apium, aut smyrnium, & quæ alia eiusdem sunt facultatis. Verùm cataplasmatis portio sit maior: multo autem minor iuris ex his decocti, quod cataplasmati admisceatur. Si enim*

nim plus herbarum adiectum fuerit, præsertim inter initia accessionum, plurimùm nocere solet. Commodius igitur est in declinationib. ijs quæ magis discutiunt, uti: prius autem lenire expedit. At si æger dolorem, cum cataplasmata imponuntur, immoderatum esse, & intolerabilem dicat, necesse est tunc uti superfusionibus, quæ discutiant simul, et repellant. ex quorũ numero unũ etiã hoc est frequẽter in multis celebratum, habet autem hoc pacto: Ex aceto acerrimo decoquito thymum, origanum, satureiã, & calaminthen, in montanis potius locis decerptam. Vbi igitur herbæ coctæ probè fuerint, omnemq; uim ipsarum exuerint, tunc aceto reliquo adhuc calido accepto particulas affectus superfundito. Nõ modò enim semel, sed etiam sæpe experientia probatum est, ac mirum quòd in calidis quoque fluxionibus adhibitum profuerit, & defluxionem rursus alteram oriri prohibuerit. Vbi uerò dolor post superfusionem moderatior euaserit, etiam ceratis, si res postulet, uti licet, non solum quæ summam cutem infestantia, sed etiam in alto fixa calefacere & discutere queant. Ac primùm sanè cõducit ceratũ, quod ex struthio paratur, &

εἰ γὰρ πλέον ἐπιβληθῇ τῶν βοτανῶν, καὶ μάλιστα ἐν ἀρχῇ τῶν παροξυσμῶν, οἶδε βλάπτειν μεγάλως. ἄμεινον οὖν ἐστιν ἐν ταῖς παρακμαῖς, τοῖς ἐπὶ πλέον διαφορεῖν δυναμένοις κεχρῆσθαι* πρότερον δὲ παρηγορεῖν. εἰ δὲ καὶ τῶν ἐπιπλασμάτων ἐπιτιθεμένων ἄμετρόν τε καὶ οὐ φορητὴν εἶναι φάσκει τὴν ὀδύνην ὁ κάμνων, ἀναγκαῖόν ἐστι καταντλήμασι κεχρῆσθαι τηνικαῦτα, διαφορεῖν τε ἅμα καὶ ἀποκρούειν δυναμένοις, ὧν ἐστιν ἕν, καὶ τοῦτο πολλάκις εὐδοκιμῆσαν ὑπὸ πολλῶν. ἔχει δὲ οὕτω, λαβὼν ὄξος δριμύτατον, ἀφέψησον ἐν αὐτῷ θύμον τε καὶ ὀρίγανον, θύμβραν τε καὶ καλαμίνθην, ἐκ τῶν ὀρεινῶν μᾶλλον ληφθεῖσαν τόπων. ἐπειδὰν οὖν καλῶς ἑψηθῶσιν αἱ βοτάναι, καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀπολύσωσι τὴν δύναμιν, τότε λαβὼν τὸ ὑπολειφθὲν ὄξος ἔτι θερμὸν ὑπάρχον, ἀπάντλησον ἐξ αὐτοῦ τὰ πάσχοντα μόρια. οὐ μόνον γὰρ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις δέδωκε πεῖραν, καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ ἐπὶ θερμῶν ῥευμάτων ὠφέλησε προσενεχθὲν, καὶ ἐκώλυσε πάλιν γενέσθαι ῥευματισμὸν δεύτερον. μετρίας δὲ τῆς ὀδύνης γενομένης μετὰ τὴν κατάντλησιν, καὶ κηρωταῖς εἰ δεήσει χρῆσθαι φαρμάκοις, οὐ μόνον θάλπειν καὶ διαφορεῖν τὰ ἐπιπολῆς δυναμένοις, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν βάθει. καὶ πρῶτον μὲν προσφέρεσθαι καλὸν τὴν διὰ τοῦ στρουθίου σκευαζομένην κηρωτὴν

καὶ

καὶ τὸ παρηγορικὸν ἔχουσαν, καὶ τὸ διαφορητικόν. ἔχει δὲ καὶ ταύτης ἡ σκευὴ οὕτω.

Ἡ διὰ στρουθίου κηρωτή.

Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, γάλακτος βοὸς μελαίνης ἀνὰ οὐγ. γ. λινοσπέρμου οὐγ. η. ὠὰ δ. ταῦτα λειοτριβήσας, πρόβρεχε τὸ ἀμμωνιακὸν εἰς τὸ γάλα, καὶ λέαινε, εἶτα κολοφωνίας οὐγ. γ. στέατος στρουθίου οὐγ. β. S. ἐλαίου παλαιοῦ οὐγ. γ. κηροῦ οὐγγ. δ. σκευάσας χρῶ.

Ἄλλο σφόδρα καλὸν τὸ διὰ τοῦ εὐφορβίου.

Πρὸς δὲ τὰς ἤδη πλείους καταψύξεις, καὶ ἀφορήτους ἐκ ταύτης ὀδύνας, καὶ σφηνώσεις τῶν ἄρθρων, ἰσχυρόν ἐστι τὸ διὰ τοῦ εὐφορβίου σκευαζόμενον ἐπίθεμα, ἔχει δὲ τούτου ἡ σκευασία οὕτω· ἐλαίου παλαιοῦ λι. α. S. κηροῦ, νίτρου ἀλεξανδρινοῦ, τερεβινθίνης καλῆς, ἀνὰ λι. α. εὐφορβίου οὐγ. α. ἴρεως ἰλλυρικῆς οὐγ. β. τήλεως ἀλεύρου ξε. α. S. δόκιμόν ἐστι τὸ φάρμακον, καὶ ἤδη πολλῶν πολλάκις εὐδοκιμῆσαν ἤδη τῶν τοιούτων διαθέσεων. καὶ γὰρ διαφορεῖ καὶ ἀμύσσει τὴν ἐπιφάνειαν, ἕλκει τε ἐκ τοῦ βάθους τὰ ἐσφηνωμένα, καὶ διαλύει, καὶ τὴν ὀδύνην ἐκκόπτει, καὶ τὸ πάντων κάλλιον, ἀμόλυντόν ἐστι, καὶ ἀνεπαχθῶς ἀφαιρούμενον. οἶδα δὲ καὶ αὐτὸ τὸ εὐφόρβιον ἅμα ἐλαίῳ καὶ κηρῷ συνεψηθὲν, καὶ μεγάλας ὀδύνας ὑπὸ ψυχροῦ χυμοῦ γινομένας παραμυθησάμενον.

οὐ δεῖ

& uim mitigatoriam, digerentemq́; obtinet, admouere: confectio eius ita habet.

Ceratum ex struthio.

Suffiminis ammoniaci, lactis uaccæ nigræ, singulorũ unciæ 3. seminis lini unciæ octo: oua quatuor. His in læuorẽ tritis, ammoniacũ ex lacte macerato, læuigatoq́; : deinde addito colophoniæ uncias tres: adipis struthij uncias duas semissem. Cõfectis utitor.

Aliud uehementer bonũ.

Epithema quod ex euphorbio paratur, ualidum est ad ampliores perfrictiones, & intolerabiles ex his dolores contractos: nec non articulorum infarctus, obstructionesq́;: habet aũt eius compositio hoc pacto. Olei ueteris sesquilibra: ceræ, nitri Alexandrini, terebinthinæ electæ, singulorũ libra: euphorbij uncia: iridis illyricæ unc. duæ; fænugræci farinæ sesquisextarius. Nobile est medicamentum, & in multis eiusmodi affectibus frequenter approbatum. Etenim summam cutem discutit, & uellicat, trahitq́; ex alto quæ impacta sunt, & discutit, dolorem excindit, et quod omniũ optimũ est, manus nõ inquinat, et sine molestia aufertur. Noui aũt ipsum quoq; euphorbiũ, unà cum oleo & cera incoctum, etiam magnos dolores à frigido humore natos mitigasse.

At mi-

At mirari non debemus, quòd euphorbiũ, cum sit adeò calidum & rodens, commendemus, tanquàm dolores lenire poßit. Sunt enim nonnulli cruciatus, qui immutari nequeunt, nisi aliquod acrius ipsis admoueas. Itaque ratio neq; horum quicquam miratur, neq; utentes damnat. Quemadmodum nec, cum uidet contraria quædam ex dulcibus aquis in uehementi defluxione adhiberi, sed considerat nimirum, & discernit probè, methodumq; admiratur. Vt enim ex tenui, rodenti & acri humore dolentibus balnea iurè profuerunt (partim enim discusserunt, partim etiam ad bonam temperiem redegerunt) ita rursus frigidorum humorum defluxiones expertis, qui articulorum membranas dolere dicant, & distendi, meritò usus eorum quæ cutem calefaciunt, rodunt, & uellicant, profecit. Ego sanè noui quendam solo sinapi in huiusmodi, dum maximè urgerent acceßiones, utentem, dolore liberattum. Admiscebat ei frequenter ficus siccas, & acetum, eaque subigens emplastri figura medicamentum sic imponebat. Ac alium similiter spectaui medicamento diacantharidõ usum, ac maximas gratias agebat. Nã pustula, quæ à medicamẽto fiebat, rupta, multus

οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν ἡμᾶς, ὅτι τὸ εὐφόρβιον οὕτω θερμὸν ὑπάρχον καὶ δακνῶδες ἐπαινοῦμεν, ὡς παρηγορεῖν ὀδύνας δύνασθαι. εἰσὶ γάρ τινες ἀλγηδόνες ἀλλοιωθῆναι μὴ δυνάμεναι, εἰ μή τι τῶν δριμυτέρων αὐταῖς προσενέγκῃς. ὁ γοῦν λόγος οὔτε θαυμάζει τούτων οὐδὲν, οὔτε καταγινώσκει τῶν χρωμένων. ὥσπερ οὖν οὐδὲ ὅτε ὁρᾷ τινα τὰ ἐναντία προσφέρειν τὰ ἐκ γλυκέων ὑδάτων ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων σφόδρα, ἀλλὰ λογίζεται δηλονότι καὶ διακρίνει καλῶς, καὶ θαυμάζει τὴν μέθοδον, ὡς γὰρ τῶν ὀδυνωμένων ὑπὸ λεπτοῦ καὶ δακνώδους καὶ δριμέος χυμοῦ δικαίως ὠφέλησε τὰ λουτρά· τὸ μὲν γὰρ διεφόρησε, τὸ δὲ καὶ εἰς εὐκρασίαν μετέβαλεν· οὕτω πάλιν τοὺς ὑπὸ ψυχρῶν ῥευματισθέντας χυμῶν, ὀδυνᾶσθαί τε καὶ διατείνεσθαι φάσκοντας τοὺς ἐν τοῖς ἄρθροις ὑμένας, εἰκότως ἡ τῶν θερμαίνειν καὶ δάκνειν καὶ ἀμύττειν τὴν ἐπιφάνειαν δυναμένων ὠφέλησε χρῆσις. ἐγὼ γοῦν οἶδά τινα τῷ νάπυϊ μόνῳ χρώμενον ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐν τοῖς μεγίστοις παροξυσμοῖς, καὶ ἀνώδυνον γινόμενον, ἐπεμίγνυέ τε αὐτῷ πολλάκις ἰσχάδων καὶ ὄξους, καὶ ἀνακόπτων αὐτὰ, καὶ ἐμπλαστρῶδες ποιῶν, οὕτως ἐπετίθει τὸ φάρμακον. καὶ ἄλλον ὁμοίως ἐθεασάμην κεχρημένον τῷ διὰ κανθαρίδων φαρμάκῳ, καὶ ηὐχαρίστει τὰ μέγιστα. ῥηγνυμένης γὰρ τῆς γινομένης ὑπὸ τοῦ φαρμάκου φλυκταίνης, ὑγρὸν

ὑγρὸν ἐξεκρίνετο πολὺ, καὶ τούτου συμβαίνοντος, ἔφασκεν ὠφελεῖσθαι τὰ μέγιστα. καὶ τὸ διὰ σκορόδων τε ἄλλους ὠφέλησεν, ἐπεὶ πλασθέντα καὶ αὐτὰ μόνα τὰ σκόροδα, καὶ ἄλλως δὲ αἱ παρὰ τοῖς βαρβάροις *ἴσκαι καλούμεναι. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαινῶ τὰ τοιαῦτα τῶν φαρμάκων, ἐπειδὰν καθ' ἑαυτὰ προσφέρωνται. βλάπτουσι γὰρ τὰ μέγιστα, εἰ καὶ παρηγορεῖν δοκοῦσι, μηδὲν ἔχοντα τῶν μαλάττειν τε καὶ κατασχεῖν τὰ κατεψυγμένα καὶ πεπηγότα πάνυ δυναμένων. ἐξατμίζουσι γὰρ τὸ λεπτὸν μόνον, τὸ δὲ παχὺ καὶ γεῶδες καταλιμπάνουσι, καὶ μένειν καὶ προσπεπλάσθαι τοῖς ἄρθροις ἀναγκάζουσιν αὐτό. ἔτι δὲ μᾶλλον ἀποξηραίνουσι καὶ ὑπεροπτῶσι διὰ τῆς ξηραντικῆς καὶ θερμαντικῆς αὐτῶν δυνάμεως, τῆς προσούσης τῷ νάπυϊ, καὶ τοῖς δριμέσι πᾶσιν. ὅτι δὲ τοῦτο συμβαίνει, δῆλον. πάντες γὰρ οἱ τοσοῦτον δριμέσι μόνοις κεχρημένοι φαρμάκοις, καὶ μηδὲν ἔχουσι μαλακτικὸν, καὶ μάλιστα ἐν ἀρχῇ, καὶ πλήθους ὄντος, δυσκίνητά τε, καὶ μετὰ πολὺν ἐπανερχόμενα χρόνον εἰς τὸ δύνασθαι βαδίζειν ἔσχον τὰ ἄρθρα. βέλτιον οὖν ἐστι, μὴ κεχρῆσθαι τούτοις μόνοις, ἢ χρώμενον εὐθὺς μεταβαίνειν εἰς ὅσα τε διαχεῖ, καὶ μαλάττει, καὶ τέμνει, καὶ διικνεῖται εἰς τὸ βάθος, ὥστε διὰ τούτων ἀναλαβεῖν δυνηθῆναι τὰ ἄρθρα πάλιν τὴν ἀφ-

ἀφ-

multus humor excernebatur: atque hoc eueniente, plurimum iuuari se dicebat. Item diascordon quod ex allijs cōficitur, alijs profuit, alijs obfuit: ipsaq́; sola allia inducta, & præsertim quæ crustā faciūt, apud Barbaros ischæ dicuntur. Ego uerò nō laudo huiusmodi medicamenta, cum per se admouentnr. Nocent enim maximè, etiam si lenire uideantur, cum nihil habeant, quod emolliat, extrahatq́; refrigeratos humores, & admodum infixos.

Nam id quod tenue est solum, per ea exhalat: crassum autem et terrestre relinquitur, ut quod manere, & articulis infigi, ac adhærescere compellant. Præterea magis exiccant: & siccante ipsorum ui, atque calefactoria, quæ inest sinapi, & acribus omnibus, nimium assant. Quòd aut hoc euenit, nulli non constat: nam omnes solis adeò acribus medicamentis, quæ nihil habent emolliens, usi, præsertim initio, & cum urgeret copia, articulos nacti sunt ad motum difficiles: & post longum tempus eò reuertentes, ut potuerint incedere. Consultius igitur est his solis non uti: aut eum qui utitur, statim transire ad illa quæ diffundunt, emolliunt, incidunt, & in altum penetrant, ut articuli rursus uete-

rem

rem motum per hæc iterum possint recipere. Si quis unius auxilij facultatem habeat, quod ambo præstare queat, bene habet: sin minus, licet etiam particulatim ipsis uti, interim sanè laxantibus & discutientibus (ita namque materia tandem diffundi poterit) interim extenuantib. uellicantibusq; affectas partes, omnem in alto repositam articulis materiem subtrahere. Porrò ne quis composita medicamenta ex alijs colligere ueterib. cogatur, necessarium esse duxi, etiam horum compositiones apponere. Nam medicus, qui non in operibus exercitatus est, neque multos ueterum commentarios commodè potest euoluere.

ἀρχαίαν κίνησιν. εἰ μὲν οὖν εὐποροίη τις ἑνὸς βοηθήματος ἀμφότερα ποιεῖν δυναμένου, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μήγε, δυνατόν ἐστι καὶ παρὰ μέρος αὐτοῖς κεχρῆσθαι, ποτὲ μὲν τοῖς χαλαστικοῖς, καὶ διαφορητικοῖς· οὕτω γὰρ ἄν τις δυνηθείη ποτὲ διαχέειν τὴν ὕλην· ἄλλοτε δὲ λεπτυνόντων καὶ ἀμυσσόντων τὰ πεπονθότα, πᾶσαν ὑποκλέψαι τὴν ἐν βάθει τοῖς ἄρθροις ἐναποκειμένην ὕλην. ἵνα δὲ μὴ ζητοίη τις ἀναλέγεσθαι τὰ σύνθετα τῶν βοηθημάτων ἐξ ἑτέρων ἀρχαίων, ἀναγκαῖον ἐνόμισα παραθέσθαι καὶ τούτων τὰς σκευασίας. ὁ γὰρ ἐν τοῖς ἔργοις ἀσχολούμενος ἰατρὸς, οὐδὲ τοῖς τῶν παλαιῶν ἐντυγχάνειν δυναιρεῖ πολλοῖς συγγράμμασιν.

Vnctio simplex discutiens, & induratos articulos resoluens.

Olei populei, ceræ, adipis anserini, singulæ unciæ: euphorbij scrupuli quinque. Ceram cum oleo populeo liquefacito, deinde adipem adijcito, cocta refrigerataq; in pilam diffundito, ac euphorbium detritū paulatim inspergito: rursusq; oleum populeum superfundens, læuigato usque ad consistentiam neque crassam admodum, neque liquidam.

Ἄλειμμα ἁπλοῦν διαφοροῦν καὶ διαλῦον τὰ σκληρυνθέντα τῶν ἄρθρων.

Αἰγειρίνου ἐλαίου, κηροῦ, στέατος χηνείου, ἀνὰ οὐγγ. α. εὐφορβίου γρ. ε. τὸν κηρὸν μετὰ τοῦ αἰγειρίνου ἐλαίου τῆκε, καὶ τότε τὸ στέαρ ἐπίβαλε, καὶ ἑψήσας καὶ ψύξας, εἰς τὴν θυίαν κατακένωσον, καὶ τὸ εὐφόρβιον λειοτριβήσας, ἐπίπασσε κατὰ μικρὸν, καὶ πάλιν λέαινε, ἐπιχέων τὸ αἰγείρινον ἔλαιον, ἕως συστάσεως μήτε παχείας πάνυ, μήτε ὑγρᾶς.

Αλειμμα τὸ διὰ κισσοῦ καλούμενον, πρὸς τὰ αὐτά.

Ἐλαίου παλαιοῦ λιτ. ι. κυπαρίσσου σφαιρία κε. βράθυ χλωρᾶς λιτ. α. λιβανωτίδος χλωρᾶς λιτ. α. δαφνίδων χλωρῶν κόκκους ρ. τήλεως ξε. α. ἀλθαίας χλωρᾶς λι. α. φλοιοῦ στροβιλίνου λιτ. α. ταῦτα συνθλάσας, βρέξον εἰς ὕδατος ξε. γ. ἐπὶ ἡμέρας γ. καὶ μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας, ἐπίβαλλε τὸ ἔλαιον, καὶ ἕψε ἕως ἀναλωθῇ τὸ ὕδωρ, εἶτα διηθήσας τὸ ἔλαιον, ἐπίβαλε εἰς αὐτὸ κηροῦ λιτ. α. κολοφωνίας λιτ. α. ὀποῦ κισσοῦ ὀγγ. δ. τὸν ὀπὸν λέαε μετὰ οἴνου ἀσκάλωνος καλοῦ πάνυ, καὶ οὕτω πάντα ἀναλαβὼν, χρῶ καλλίστῳ πάνυ καὶ παρηγορικῷ φαρμάκῳ. ἰσχυρότερον δὲ τούτου καὶ πρὸς τὰς χρονίας διαθέσεις ἁρμόζειν δυνάμενον, ἔστω τὸ καλούμενον λυσιπόνιον. ἔχει δὲ καὶ τούτου ἡ γραφὴ οὕτω· καστορίου ὀγγ. α. εὐφορβίου ὀγ. α. πεπέρεως, ἀμμωνιακοῦ ἀνὰ ὀγγ. β. ὀποπάνακος, χαλβάνης, μυελοῦ ἐλαφείου ἀνὰ ὀγγ. β. τερεβινθίνης ῥητίνης ὀγγ. ς. κηροῦ λιτ. α. ἰρίνου ὀγγ. γ. γλευκίνου, κυπρίνου, δαφνίνου ἀνὰ ὀγ. γ. ἐλαίου παλαιοῦ λι. α.

Αλλο

Vnctio, quæ diacissu, ab hædera dicitur, ad eadem.

Olei ueteris libræ decem: cupressi galbuli uigintiquinque: sabinæ uiridis libra: roris marini uiridis libra: lauri uirentis baccæ centum: fænugræci sextarius: altheæ uiridis libra: corticis pinei tantundem. Hæc contusa in aquæ sextarijs ternis ad triduum macerato: deinde adijcito oleum, coquitoq; dum aqua fuerit insumpta, postea oleo percolato, adiungito ceræ libram: colophoniæ tantundem: hæderæ lachrymæ uncias quatuor. Hæc ex uino ascalone admodum generoso læuigato, atque ita omnibus exceptis utitor, ut præstantissimo & mitigatorio medicamento. At hoc ualentius, quod uetustis uitijs etiam conuenit, esto, id quod Lysiponium dicitur. habet autem eius descriptio in hunc modum. Castorei uncia: euphorbij uncia: piperis, suffiminis ammoniaci, singulorum unciæ duæ: opoponacis, galbani, medullæ ceruinæ, singulorum unciæ duæ: terebinthinæ resinæ unciæ sex: ceræ libra: irini, gleucini, cyprini, laurini, singulorum unciæ tres: olei ueteris libra.

Aliud

Aliud efficax, & in duris corporibus, & ualde uetustis uitijs: quinetiam articulos recenti cicatrice contractos dissoluit.

Adarcæ, opoponacis, castorei, galbani, terebinthinæ, piperis, singulorum unciæ quatuor: œsypi, ceræ, singulorum unciæ duæ: euphorbij uncia: styracis, thapsiæ, singulorum unciæ quatuor: pyrethri unciæ tres: ceræ rufæ libra: olei cyprini unciæ tres: thedacei unciæ sex: laurini olei unciæ octo: olei ueteris uncia: nardini libra: olei amaracini libra: balsami unciæ tres. Hæc descriptio strenuè ualet ad particulas resolutas. Obseruandum uerò est, ne in siccioribus calidioribusq́; corporibus utamur: sed in ijs, qui carnē habent iniurijs minus opportunam, & duriorē, quæq́; ex longo tēpore ob crassos uiscososq́; humores malè habēt, ut particulæ fluxionem expertæ nequeant distendi, neque ideo moueri.

Si pedes tumoribus pituitosis laxisq́; infestantur.

Si laxi tumores sint, quos Græci œdematodes appellant, in quibus humor qui influxit, neque crassus & terrestris existit, sed laxus & mollis, tangentibus statim digitis cedens, spiritum flatulentum & pituitā humi-

Ἄλλο ποιοῦν καὶ ἐπὶ τῶν σκληρῶν σωμάτων, καὶ πάνυ χρονίων διαθέσεων, ὥστε καὶ τὰς καλουμένας ἀγκυλώσεις διαλύειν.

Ἀδάρκης, ὀποπάνακος, καστορίου, χαλβάνης, τερεβινθίνης, πεπέρεως ἀνὰ οὐγ. δ. οἰσύπου, κηροῦ ἀνὰ οὐγ. β. εὐφορβίου οὐγ. α. στύρακος, θαψίας ἀνὰ οὐγ. δ. πυρέθρου οὐγ. γ. κηροῦ πυῤῥοῦ λιτ. α. ἐλαίου κυπρίνου οὐγ. γ. δαδίνου οὐγ. ϛ. δαφνίνου ἐλαίου οὐγ. η. ἐλαίου παλαιοῦ οὐγ. α. ναρδίνου λιτ. α. ἐλαίου ἀμαρακίνου λιτ. α. βαλσάμου οὐγ. γ. αὕτη ἡ γραφὴ καὶ πρὸς τὰ παραλελυμένα ποιεῖ γενναίως μόρια. χρὴ δὲ προσέχειν, καὶ μὴ ἐπὶ ξηροτέρων καὶ θερμοτέρων σωμάτων κεχρῆσθαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν δυσπαθῆ καὶ σκληροτέραν ἐχόντων τὴν σάρκα, καὶ ἐκ χρόνου πολλοῦ κακοπαθούντων ἐπὶ παχέσι καὶ γλίσχροις χυμοῖς, ὡς μὴ δύνασθαι διαστέλλειν καὶ κινεῖν διὰ τοῦτο τὰ ῥευματισθέντα μόρια.

Πρὸς τοὺς οἰδηματώδεις ἔχοντας ὄγκους εἰς τοὺς πόδας.

Πρὸς τοὺς οἰδηματώδεις ὄγκους, ἐφ᾽ ὧν οὐκ ἔστιν ὁ ἐπιῤῥυεὶς χυμὸς οὔτε παχὺς, οὔτε γεώδης, ἀλλὰ χαῦνός τε καὶ μαλακὸς, ὑπείκων ταχέως ἁπτομένων ἡμῶν τοῖς δακτύλοις, ὑπονοοῦμεν φυσῶδες πνεῦμα ἐπιῤ-

ἐπιρρεῖν, καὶ ὑγρὸν καὶ ὑδατῶδες φλέγμα. ἐπὶ τούτων οὖν ἁρμόζουσι μάλιστα ἥτε διὰ ἁλῶν σκευαζομένη κηρωτὴ, καὶ τὰ χρίσματα. ἐφ' ὧν δὲ μηδὲν ἀνύουσι τὰ ἐπιπλάσματα ἢ χρίσματα, τούτοις ἐπιτήδειαι καὶ αἱ διὰ τῶν ἁλῶν πεφρυγμένων πυρίαι, πυκνότερον ἀλλασσόμεναι. καὶ γὰρ ὑπ' αὐτῶν οὐ μόνον αὐτοὺς συμβαίνει παρηγορεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ὠφελεῖσθαι τὰ μέγιστα. ἐγὼ γοῦν οἶδα τῶν πάνυ διαφανεστάτων ἀνδρῶν τινα ἐν τῇ ῥώμῃ τῇ διὰ τῶν ἁλῶν ἀεὶ χρώμενον πυρίᾳ, καὶ διὰ ταύτης παρηγορούμενον μεγάλως. ὅτι δὲ ὠφελεῖ τοῦτο, πρόδηλον. οὐδέποτε γὰρ βλάβην τινὰ τῶν ἄρθρων, οὐδὲ πῶρον εὑρέθη ποιήσας. ὠφελεῖ δὲ τούτους καὶ θερμοτέρῳ κεχρῆσθαι λουτρῷ, καὶ ξηροτέρῳ καὶ νίτρῳ λεπτῷ, καὶ ἁλσὶ, καὶ ὅσα τοῖς παλαιοῖς εὕρηται δάκνειν τε καὶ ἀμύττειν καὶ λεπτύνειν τὴν ἐπιφάνειαν δυνάμενα, ἐπισπᾶσθαί τε τὴν ἔνδον ἐμπεριεχομένην ὑγρότητα. εἰσὶ δὲ τοῖς παλαιοῖς εὑρημένα πολλά. ἡμεῖς δὲ πολλὴν ἔσχομεν πεῖραν καὶ τοῦ διὰ τοῦ πάσματος. ἔχει δὲ αὐτοῦ ἡ γραφὴ οὕτως.

humidam, aquosamq́; fluere suspicamur. In his igitur conueniunt potißimum & ceratum, quod ex sale paratur, & unctiones. In quibus autem illitus, aut unctiones nihil proficiunt, his etiam fomenta ex sale torrefacto frequētius mutata aptè accōmodantur. Etenim ab ipsis non modò leniuntur, sed etiam plurimum adiuuantur. Ego sanè noui Romæ quendã uirum longè clarißimũ, qui fomento ex sale semper uteretur, atque hinc ualde mitigaretur. Quòd autem hoc opitulatur, omnibus est manifestum. nunquam enim læsionem aliquam articulorum, neque tophum excitasse inuentum est. Confert porrò his etiam calidiore balneo, & sicciore uti: item nitro, tenui sale, & ijs quæ cutem rodere, uellicare, et extenuare posse, nec non humiditatem intus contentam attrahere deprehenduntur. Sunt autem multa à ueterib. inuenta, nos uerò etiam huius pulueris magnum fecimus experimentum.

Σμῆγμα, ἤτοι πάσμα καλόν. καλοῦσι δὲ αὐτό τινες ἰνδόν, ἄλλοι δὲ ἀσκληπιόν.

Smegma, aut puluis egregius: uocant autem quidã ipsum Indum, alij Asclepium.

Ξηρίον μετασυγκριτικὸν πώρων, καὶ πρὸς τοῖς οἰδηματώδεις ὄγκοις, μετ' ὄξους ἐπιπλασσόμενον, καλῶς

Puluis, qui tophos emendat, atque ad laxos tumores, cum aceto inductus, bene facit. Nec

non ad eos qui humidum caput & thoracem habent, item ad lepram ualet, alphum, ſpirandi difficultatem: & alia uitia quæ ex capite aut thorace, ut quod cauſam habent uitiatam materiem, & copioſam, repellat ruborem in cute magnum, excitans humores prauos uitioſosq́;, impactos, et ferinos digerens, articularijs & ſtomachicis accommodum. Et qui perpetuò ipſo utitur, podagra laborare nõ permittit uel coxæ dolorem experiri: item ad pruriginoſa impetiginoſaq́; corpora facit, pilos extenuat, ac uocatur Iſotheos, quaſi dicas, æqualis Deo: quoniã etiã ad elephanticos conducit, habet ipſius compoſitio in hunc modum.

Deſcriptio pulueris indici.

Salis cappadocici, ſalis communis, ſalis amari, ſalis ex nitri fontibus, ſalis tragaſæi, nitri alexandrini, aphonitri, aphronitri, pumicis, adarcæ, ſingulæ libræ: lapidis aſij floris, aluminis liquidi, aluminis ſciſsilis, nardi Gallicæ, ueratri albi & nigri, herbæ lanariæ, feculæ, hoc eſt fecis uini combuſtæ, radicis chamæleõtis, ſulphuris uiui, ſtaphidis agriæ, ſinapis, aluminis, iunci anguloſi, piperis, terræ cimoliæ, ſeminis uiticis, baccarum lauri ſiccarum, gallæ omphacitidis,

καλῶς ποιεῖ, καὶ τοῖς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχουσι καὶ * θώραξι, καὶ λέπραις, καὶ ἀλφοῖς, καὶ δυσπνοίαις, καὶ ὅσα ἄλλα πάθη ἐκ τῆς κεφαλῆς ἢ ἐκ τοῦ θώρακος ἔχει τὴν αἰτίαν, ἀποκρουστικὸν ὑπάρχον βοήθημα πάσης ὕλης κακῆς, καὶ πληθωρικῆς, φοινίσσον σφόδρα, καὶ διαφορεῖ τοὺς καχεκτικοὺς, καὶ ἐμπεπηγότας χυμοὺς, καὶ τοὺς θηριώδεις, ἀρθριτικοῖς καὶ στομαχικοῖς ἁρμόζον. καὶ γὰρ τὸν διὰ παντὸς αὐτῷ χρώμενον οὐ συγχωρεῖ ποδαγριᾶν, ἢ ἰσχιάδος πεῖραν ὀδύνης λαβεῖν. καὶ πρὸς κνησμώδη δὲ καὶ λειχηνώδη σώματα πεποίηται, καὶ λεπτύνει τρίχας, καὶ ποιεῖ τὸ ἰσόθεον ἐπάγγελμα αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρὸς ἐλεφαντικοὺς συμποιεῖ. ἔχει δὲ αὐτοῦ ἡ σκευασία οὕτω.

Γραφὴ τοῦ ἰνδικοῦ.

Ἁλῶν καππαδοκικῶν, ἁλῶν κοινῶν, ἁλῶν πικρῶν, * ἁλῶν νιτροπηγικῶν, ἁλῶν τραγασαίων, νίτρου ἀλεξανδρινοῦ, καὶ ἀφονίτρου ἀφρονίτρου, κισσήρεως, ἀδάρκης ἀνὰ λιτ. α. λίθου ἀσίου ἄνθους, στυπτηρίας ὑγρᾶς, νάρδου κελτικῆς, ἐλλεβόρου λευκοῦ καὶ μέλανος, στρουθίου, σφέκλης, τουτέστι τρυγίας οἴνου κεκαυμένης, χαμαιλέοντος ῥίζης, θείου ἀπύρου, ἀγρίας σταφίδος, νάπυος, στυπτηρίας, κυπέρου, πεπέρεως, κιμωλίας γῆς, ἄγνου σπέρματος, δαφνίδων ξηρῶν, κηκῖδος ὀμφακίτιδος,

τιδος, λίθου βοτάνης, τουτέστι θέρμου ἀλεύρου, κυμίνου, ὧν πάντων ἀνὰ οὐγ. γ. πυρέθρου, σχοίνου ἄνθους, λιβάνου ἄρρενος, κόμμεως, ἴρεως ἰλλυρικῆς, σικύου ἀγρίου ῥίζης ξηρᾶς, πρασίου ξηροῦ, σηπίας ὀστράκου, τήλεως, κνίκου, κόκκου κνιδίου, κόστου, γλήχωνος, ἀγρώστεως ξηρᾶς, καὶ βρυωνίας ἀνὰ οὐγγ. γ. σαμψύχου οὐγ. α. φύλλου οὐγ. β. τοὺς ἅλας καὶ τὸ νίτρον φρύξον ἐπὶ πυρὸς ἐν χύτρᾳ καινῇ. τὰ δὲ λοιπὰ ξηράνας, κόψον καὶ σῆσον. κεχρήσθωσαν δὲ, διηνεκῶς λουόμενοι. ὅτε δὲ ἄρξονται ἱδροῦν, τότε ποίει σμήχεσθαι τὴν κεφαλὴν μετ' ἀφεψήματος ῥίζης ἰτέας φλοιοῦ. τοῦτο τὸ πάσμα κάλλιστόν ἐστι καὶ ἰσχυρὸν πάνυ, χωρὶς τῶν θερμῶν δυσκρασιῶν, καὶ ἐπὶ χολώδει καὶ δριμεῖ χυμῷ ῥευματιζομένῳ, καὶ ἐπὶ αἵματι θερμῷ. πάσαις δὲ ταῖς ἄλλαις ῥευματικαῖς διαθέσεσιν ἁρμόζειν δύναται. τούτοις καὶ ψίλωθρα ποιεῖν ἐν τοῖς λουτροῖς ἁρμόζει πάνυ, τοῖς ἐκ τοῦ φλεγματικοῦ χυμοῦ ποδαγριῶσι, μάλιστα δὲ τοῖς τὴν ἐπιφάνειαν λεπτύνεσθαι δεομένοις.

Ψίλωθρον ποδαγρικὸν δόκιμον.

Λιβάνου, μαστίχης, *λίθου ἀσίου ἄνθους, κισσήρεως ὀπτῆς, ἀλκυονίου, σταφίδος ἀγρίας, κιμωλίας, ἐλλεβόρου, σαμψύχου, λιθαργύρου, ἀμύλου, ἀνὰ

tidis, lupinorum farinæ, lomenti fabarum, cumini, singulorũ omnium unciæ tres: pyrethri, iunci rotundi floris, thuris masculi, gũmi, iridis illyricæ, cucumeris syluestris radicis siccæ, marrubij sicci, sepiæ testæ, fœnugræci, cnici, grani cnidij, costi pulegij, graminis sicci, prioniæ, singulorum unciæ tres: sampsuchi uncia: folij unciæ duæ. Sales & nitrum olla recenti super ignem torreto: reliqua siccata contundito, incernitoq́;. Vtantur autem ægri subinde in balneo: cũ iam sudare incœperint, tunc caput decocto radicis salicis abstergi curato. Hic puluis præstãtissimus est, & ualde efficax, præterquàm calida intemperie affectis, & fluxionibus ex bilioso & acri humore, nec non calido sanguine excitatis. Omnibus autem alijs fluxionum uitijs accõmodari potest. ijs etiam psilothra in balneis adhibere admodum conducit, qui ex pituitoso humore podagra laborant: maximè in quibus summa cutis extenuari desiderat.

Psilothrum nobile ad podagram, quo pili abolentur.

Thuris, mastiches, lapidis asij floris, pumicis tosti, alcyonij, staphidis agriæ, cymoliæ, ueratri, sampsuchi, spumæ argẽti, amyli,

singulorum unciæ tres: spicæ nardi uncia: garyophylli unciæ duæ: utitor puluere, aut cum cremore ptisanæ & oryzæ, uniuscuiusque seorsim cocti. Sit autem mensura utriusque æqualis saponis Gallici uncijs sex ex cremore solutis calefactisq; antea, pulueris cochlearia quinque inspergito, calcis uiuæ & incretæ libram: auripigmenti, sandarachæ, singulorum sescunciam: ac ubi penna probaueris, utitor. Hæc sanè ualida etiam in maximis tumoribus adhibere conuenit: ad moderatos autem tumores laxos, etiam loleacea farina cum aceto inducta, probè auxiliatur. Similiter etiam adeps suillus cum calce uiua in pila subactus, ut malagmatis substantiam induat, optimè discutit laxos tumores, omnesq; inflammationes, præsertim in genibus: item mala punica acida cocta, læuigataq;, & post coctionem applicata. Quin & ipsa theriace, si cum uino quodam tenui illinatur, probè discutere, comprobata est. Tantum de podagra ob pituitosum humorem proueniente interpretati, dicamus etiam quomodo dolor ex sanguine in articulis obortus curari poßit.

Si podagra ob sanguineũ humorem cõstituatur.

Quòd si humorem, qui in articu-

ἀνὰ οὐγ. γ. ναρδοστάχυος οὐγ. α. καρυοφύλλου οὐγ. β. χρῶ τῷ ξηρίῳ, ἢ χυλῷ πτισάνης, καὶ ὀρύζης, κατ' ἰδίαν ἑκάστου ἑψηθέντος. ἔστω δὲ τὸ μέτρον ἀμφοῖν ἴσον· καὶ γαλλικοῦ σάπωνος ἀναλύσας ἐν τῷ χυλῷ, καὶ προθερμάνας, οὕτως ἐπίπασσε τοῦ ξηρίου κοχλιάρια ε. καὶ ἀσβέστου ζώσης, καὶ στενομένης λιτ. α. καὶ ἀρσενικοῦ, καὶ σανδαράχης ἀνὰ οὐγγ. α. S. καὶ δοκιμάσας πτερῷ χρῶ. ταῦτα μὲν ἰσχυρὰ, καὶ ἐπὶ μεγίστων ὄγκων ποιεῖν δεῖ. πρὸς δὲ τὰ μέτρια τῶν οἰδημάτων καὶ τὸ αἴρινον ἄλευρον μετὰ ὄξους καταπλασσόμενον καλῶς ποιεῖ. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ ὑὸς στέαρ μετὰ ἀσβέστου ὁλμοκοπηθὲν, ὥστε μάλαγμα τῶδε γενέσθαι πάνυ καλῶς διαφορεῖ τοὺς οἰδηματώδεις ὄγκους, καὶ πάσας φλεγμονὰς, καὶ μάλιστα τὰς ἐν τοῖς γόνασι. καὶ τῶν ῥοιῶν αἱ ὀξεῖαι συνεψόμεναι, ἢ μετὰ τὴν ἕψησιν καταπλασσόμεναι. καὶ αὐτὴ δὲ διαφορεῖν μεμαρτύρηται ἡ θηριακὴ, χριομένη μετά τινος τῶν λεπτομερῶν οἴνων. τοσαῦτα περὶ τῆς ἀπὸ φλεγματικοῦ χυμοῦ γινομένης ποδάγρας ἀρκούντως, εἴπωμεν καὶ ὅπως τὴν ἐπὶ αἵματι γινομένην ὀδύνην ἐν τοῖς ἄρθροις ἰᾶσθαι δυνατόν.

Περὶ τῆς ἀπὸ αἱματικοῦ χυμοῦ συνισταμένης ποδάγρας.

Εἰ μὲν αἱματικὸν ὑπολάβοις εἶναι τὸν

τὸν συῤῥεύσαντα χυμὸν εἰς τὰ ἄρθρα, εἰ μὲν μηδὲν εἴη τὸ κωλῦον, εἰς τὸν διὰ φλεβοτομίας ἐλθεῖν κένωσιν. οὕτω γὰρ οἶδα πολλοὺς ἢ τέλειον ἀπαλλαγέντας, ἢ σπανίως ῥεύματι ἁλόντας, ἐκ τοῦ μὴ ἀμελεῖν, ἀλλὰ τοῦ ἔαρος ἀρχομένου παρέχοντας ἑαυτοὺς πρὸς τὴν τοῦ αἵματος ἀφαίρεσιν, οὐ μόνον τοῦ κενοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ προφυλακῆς ἕνεκα τοῦτο ποιοῦντας, φυλαττομένους ὅσα τῶν ἐδεσμάτων πέφυκε θρέψιμά τε καὶ τὸν αἱματικὸν χυμὸν ἐπὶ πλέον αὔξειν. ἴσασιν οὖν ταῦτα, κἂν ἐγὼ μὴ γράφω, πάντες ἰατροί, ὡς τὰ κρέα πάντα, καὶ τούτων ἔτι μάλιστα τὰ ὕεια, τοῦτο ποιεῖν πέφυκε, καὶ οἱ γλυκεῖς τῶν οἴνων, καὶ καθόλου πᾶσα τροφὴ πολλή, καὶ εὐθυμία, καὶ κίνησις σύμμετρος. εἰ οὖν ἀμφότερα φυλάττοιτο, οἷον ἔαρος ἀρχομένου παραλαμβάνειν αἵματος κένωσιν. καὶ τῶν αἷμα πολὺ τικτόντων ἐδεσμάτων ἀπέχοιτο, γυμνάζοιτο δὲ καὶ τὸ σῶμα συνεχῶς, ἄοκνός τε γένοιτο πρὸς πᾶσαν κίνησιν, πῶς οὐκ ἂν οὕτως ἀπέριττός ἐστιν; ἀπόριττος δὲ γινόμενος, πῶς οὐκ ἂν ἀρρευμάτιστος διαμένῃ, μηδενὸς ὄντος τοῦ ἐν τοῖς ἄρθροις ἐπιῤῥεῖν ἔτι δυναμένου; κεχρήσθωσαν δὲ καὶ ὑδατοποσίᾳ οἱ τοιοῦτοι μᾶλλον, καὶ πάσῃ τῇ ψυχούσῃ ἀγωγῇ, καὶ ἐναντιοῦσθαι πρὸς τὴν τοῦ αἵματος γένεσιν δυναμένῃ. καὶ

ticulos confluxerit, sanguineum esse suspicemur, ubi quidem nihil prohibet, uacuationem quæ per uenæ sectionẽ adhibetur, tentato. Hac enim ratione multos noui, aut in totum morbo liberatos, aut rarò fluxionibus correptos, eo quòd non neglexerint, sed ueris statim initio sanguinẽ sibi detrahi curarint, nõ solũ uacuãdi, sed etiam præseruationis causa id facientes. abstinendũ eis à cibis ualentis materiæ, & qui sanguineũ humorẽ magis adaugent. Norũt igitur hæc, etiamsi ego nõ scribam, omnes medici, quòd carnes cũctæ, et ex his adhuc maximè suillæ, & uina dulcia, in uniuersum omne alimẽtũ copiosum, animi hilaritas, et motus mediocris, id efficere solent. Si itaq; ambo obseruet quispiã, nempe ut uere ineunte sanguinis uacuationẽ adhibeat, et cibis illũ copiosum gignentibus abstineat, corpus aũt cõtinuè etiã exerceat, impigerq; ad omnẽ motũ fuerit, quomodo is hac ratione nõ liber à recremẽtis erit? quãdo aũt uacat recrementis, quomodo nõ fluxionũ expers permanebit? cùm nihil sit quod adhuc in articulos defluere poßit. Cæterùm utantur tales tepidæ aquæ potu magis, omnique ratione uictus refrigerante, & quæ sanguinis generationi aduersari queat.

Ac multos noui ex his, qui cum uino tantum abstinerent, nō amplius morbū fuisse expertos. Hac ratione copiosum uinum multo sanguine præditis inimicum est. Cōmodum igitur est ipsos talia deuitare, atq; si in totum negligant, certè uere & æstate hæc obseruare conentur. Hæc igitur generatim facere cōuenit, in quibus defluxio à sanguinei humoris copia prouenire consueuit. Quoniam uerò nonnullos etiam ex uictu parum obseruato defluxione corripi contingit, necesse est ideo curationes particulares interpretari, quibus inflammatione obsessis opitulari oporteat.

De remedijs quæ locis inflammatis inducuntur.

Sciendum igitur est utraque in particulis fluxione iam tentatis præcipienda esse, nempe ut id quod in inflāmatione cōtinetur, refrigeremus, & discutiamus. Optimè igitur in his ualet cataplasma, quod ex semperuiuo paratur, aut cortices mali punici, rhus & polenta in uino cocta, inductaq;. Etenim id quod influit repellere, & quod iam cōtinetur, discutere, & exiccare statim abundè possunt: item particulis imbecillis robur adijcere, ut ea quæ ad ipsa mittuntur, rursus remittant. Porrò

καὶ πολλοὺς οἶδα τούτων οἴνου μόνου ἀπεχομένους, καὶ οὐκέτι πειραθέντας τοῦ πάθους. οὕτως ὁ πολὺς οἶνος τοῖς πολυαίμοις πολέμιός ἐστι. καλὸν μὲν οὖν ἐστι τὰ τοιαῦτα αὐτοὺς παραιτεῖσθαι. ὅμως εἰ καὶ μὴ καθόλου δύνανται, ἀλλ' οὖν ἐν τῷ ἔαρι καὶ τῷ θέρει πειράσθωσαν ταῦτα φυλάττεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόζει καθόλου ποιεῖν, ἐφ' ὧν ὁ ῥευματισμὸς ὑπὸ πλήθους αἱματικοῦ χυμοῦ εἴωθε γίνεσθαι. ἐπειδὰν δὲ συμβῇ τινὰς καὶ τῶν ἀφυλάκτως διαιτωμένων ἁλίσκεσθαι ῥευματισμῷ, ἀναγκαῖόν ἐστι διὰ τοῦτο μερικὰς ἐκθέσθαι θεραπείας, αἷς δεῖ βοηθεῖν τοῖς φλεγμαίνουσι.

Περὶ τῶν τοπικῶν βοηθημάτων πρὸς φλεγμονάς.

Εἰδέναι τοίνυν χρὴ ἀμφότερα προστάττειν ἐπὶ τῶν ἤδη ῥευματισθέντων μορίων, ἐμψύχειν τε καὶ διαφορεῖν τὸ περιεχόμενον ἐν τῇ φλεγμονῇ. κάλλιστον οὖν ἐστιν ἐπὶ τούτων κατάπλασμα τὸ διὰ τοῦ ἀειζώου, ἢ τὰ λέμματα τῶν ῥοιῶν, καὶ ῥοῦς, καὶ ἄλφιτα ἐν οἴνῳ ἑψόμενα, καὶ καταπλασσόμενα. καὶ γὰρ ἀποκροῦσαι τὸ ἐπιρρέον ἱκανά εἰσι, καὶ διαφορῆσαι, καὶ ὑποξηρᾶναι τὸ περιεχόμενον εὐθέως, καὶ ἐνθεῖναι ῥῶσιν ἀσθενοῦσι τοῖς μορίοις, ὡς μεταπεμπόμενα πάλιν ἐπ' αὐτὰ στέλλεσθαι. δεῖ

δεῖ δὲ καλῶς ἕψειν ἐν οἴνῳ τὰ τῶν ῥοιῶν λέπη, καὶ τὸν ῥοῦν, καὶ τὸ ἀείζωον. ἀκριβῶς τε λειανθέντα, οὕτως ἅμα τοῖς ἀλφίτοις ἐπιμιγνύειν. ὑγρὸν δὲ αὐτὸ μετρίως καὶ λεῖον παρασκευάσαντα, οὕτως ἐπιτιθέναι τοῖς πάσχουσι. καὶ ἐν μὲν τῷ θέρει ψυχρὸν, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι χλιαρὸν. ἐν μὲν οὖν ἀρχῇ τοῦ παροξυσμοῦ καλόν ἐστι ταῦτα προσφέρειν, καὶ μετρίας οὔσης τῆς ὀδύνης ἔτι. εἰ δὲ αὐξηθείη τὰ τῆς ὀδύνης, καὶ τῇ καλουμένῃ κεχρῆσθαι κηρεμβροχῇ οὕτως ἐχούσῃ, ἑψήματος μέρη ε. ῥοδίνου μέρος α. κηροῦ βραχυτάτου, ὡς μόνον παχυτέραν ἐργάσασθαι τὴν ἐμβροχήν, ἀναλαμβανέσθω δὲ ταῦτα δι' ἐρίων ὑσσοπηρῶν. καὶ ἐπιτιθέσθωσαν ἐν μὲν τῷ χειμῶνι χλιαρὰ, ἐν δὲ τῷ θέρει ψυχρά. εἰ δὲ ἐν βάθει τύχῃ τὴν φλεγμονὴν εἶναι, νίτρου τε βραχὺ καὶ γλυκέος ἐλαίου ἀντὶ τοῦ ῥοδίνου προσμίγνυε τῷ ἑψήματι, καὶ μᾶλλον ὠφελήσεις. ἐπιμενούσης δὲ τῆς ὀδύνης, καὶ τῷ διὰ τῶν φύλλων τῆς κράμβης κεχρῆσθαι. ἔχει δὲ οὕτω· φύλλα κράμβης ἑψήσας, καὶ λειώσας ἐπιμελῶς, ἐπίβαλλε τρύγα ὄξους, καὶ ὠῶν ἀνέφθων λεκύθους β. καὶ ῥοδίνου βραχὺ, καὶ μίξας ἅμα πάντα, καὶ λειώσας, ἐπίπλαττε συνεχῶς, ἀλλάσσων τὸ βοήθημα, καὶ πάνυ γε τὰς σφοδρὰς ὀδύνας παρηγορήσεις. καλῶς δὲ ποιήσεις, εἰ καὶ ἐπάνω τῶν πεπονθότων ἐπιτίθεσθαι κελεύσειας σπογγιὰν οἴνου ἀποβεβρεγμένην, μετρίας ἐχόντος στύψεως.

εἰ δὲ

rò coqui ex uino probè debent mali punici cortices, rhus, & semper uiuum. Accuratè uerò læuigata unà simul cum polēta misceri. Liquidum autē ipsum remedium & læuigatum mediocriter affectis particulis imponere cōducit: æstate quidem frigidum, hyeme aūt tepidū. Itaq; per initia accessionis, et cū dolor adhuc moderatus est, hæc adhibere uincit: sin aūt auctus fuerit, fomento ex cera, quod cerembroche dicitur, utendum est. Habet in hunc modū. Sapæ partes duæ: rosacei pars una: ceræ minimū, ut fomentum tantummodò crassius efficiat. Excipiantur autem omnia lanis succidis, imponanturq; per hyemem quidem tepida, in æstate uerò frigida. At si inflammatio in alto fuerit, etiā nitri paulum, & olei dulcis loco rosacei sapæ admisceto, magisq; proficies. Si dolor remanet, etiā cataplasmate ex braßicæ folijs uteris, habet in hunc modum. Folijs braßicæ coctis læuigatisq; diligenter fecē aceti, ouorū crudorū lutea duo, et rosacei paulū adijcito: ac mixta omnia simul, læuigataq; inducito, cōtinuè immutans medicamētū: ac uehemētes dolores multū lenies, beneq; facies, si etiā spōgiā uino mediocriter astringēte imbutā affectis particulis superimponi iusseris.

ſin tale uinum deſideretur, poſca madefactã. Nõ aũt ſuperfundantur partes ijs quæ ex polline farinæ, aut ordeacea farina conſtant. Omnia enim hæc iſtis ſunt inimica, præſertim in quib. copia articulos offendit, doloréq; excitat. In quib. enim totũ corpus recremẽtis uacat, nõ alienũ eſt, cũ magnus dolor urget, etiã cataplaſmatis ex farina ordeacea uti. ſint autem farinæ quidẽ ordeaceæ partes duæ: ſeminis lini pars una. immutẽtur frequẽtius. humidiorib. aũt, et nõ admodũ feruẽtib. utendũ, quemadmodũ medici faciunt, nõ ſolũ articulos, ſed etiã alias particulas admodũ ardentib. farinis obducentes: ignari, ſe cutem magis adurere & ſiccare, quàm aliquid humoris ſubiecti diſcutere. Porrò quòd cataplaſmata, quæ largius coquuntur, præſertim quæ oleũ in coctione recipiunt, magis ſiccent, manifeſtũ eſt ex piſcibus et carnibus, quæ oleo frigẽtur: quippe ſiccantur, & torrentur. Nõ conuenit igitur temerè cataplaſmata ardentia & feruida inducere, niſi totũ corpus ſit recremẽtis uacuũ: neq; cum adhibes, ardentib. uti, et feruidis. Ego uerò affirmo, ne aſtringentib. quidem & repellentibus in affectis partib. utendum eſſe, niſi totum prius corpus recremẽtis liberaueris

Nam

εἰ δὲ μὴ παρείη τοιοῦτος οἶνος, εἰς ὀξύκρατον. μὴ προσαντλείσθωσαν δὲ τοῖς διὰ γύρεως, ἢ κριθίνου ἀλεύροις. πάντα γάρ ἐστι ταῦτα πολέμια τούτοις, καὶ μάλιστα ἐφ' ὧν πλῆθός ἐστι τὸ λυποῦν τὰ ἄρθρα, καὶ τὴν ὀδύνην ἐργαζόμενον. ἐφ' ὧν γὰρ τὸ ὅλον ἀπέριττον, οὐδὲν ἄτοπον ὀδύνης μεγάλης οὔσης, καὶ τοῖς διὰ τοῦ κριθίνου ἀλεύρου χρήσασθαι καταπλάσμασιν. ἔστω δὲ τοῦ μὲν κριθίνου ἀλεύρου μέρη β. τοῦ δὲ λινοσπέρματος μέρος α. καὶ ἀλλασσέσθω συνεχέστερον. ὑγροτέροις δὲ, καὶ μὴ πάνυ ζέουσι* προσφέρεσθαι, καθὼς ἰατροὶ ποιοῦσιν. οὐ μόνον γὰρ τὰ ἄρθρα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα μόρια πάνυ διαπύροις καταπλάττοντες ἀλεύροις, οὐκ εἰδότες ὅτι μᾶλλον ἐπικαίουσι, καὶ ξηραίνουσι τὴν ἐπιφάνειαν, ἤπερ διαφοροῦσί τι τοῦ ὑποκειμένου χυμοῦ. ὅτι δὲ ξηραίνουσι μᾶλλον τὰ ἐπιπλέον ἑψόμενα τῶν καταπλασμάτων, καὶ μάλιστα ὅσα ἐλαίου ἐν τῇ ἑψήσει προσλαμβάνουσι, δῆλόν ἐστιν ἐκ τῶν ἐλαίῳ τηγανιζομένων ἰχθύων τε καὶ κρεῶν, ὡς ἀποξηραίνονταί τε καὶ ἐκφρύττονται. οὐ δεῖ οὖν ὡς ἔτυχε καταπλάττειν, ἐὰν μὴ τὸ ὅλον ᾖ ἀπέριττον, οὐδὲ προσφέροντα καταπλάσμασι διαπύροις καὶ ζέουσι κεχρῆσθαι. ἐγὼ δέ φημι, μηδὲ τοῖς στύφουσι καὶ ἀποκρούεσθαι δυναμένοις ἐπὶ τῶν πεπονθότων ἐθέλειν κεχρῆσθαι, μὴ πρότερον ὅλον ἀπέριττον ἐργασάμενον τὸ σῶμα.

τὸ γὰρ

τὸ γὰρ ἐπιῤῥέον ἐν τοῖς ἄρθροις, δέος ἐστὶ μὴ πρὸς τὰ κύρια μόρια παλινδρομῆσαν, αἴτιον γένηται τοῦ καταπνιγῆναι, καὶ κινδυνεῦσαι θανάτῳ τὸν πάσχοντα. εἴτε οὖν διαφορητικοῖς, εἴτε ἀποκρουστικοῖς ἐθέλει τις κεχρῆσθαι, σπουδαζέτω τὸ ὅλον σῶμα ἀπέριττον ποιεῖν.

Nam quod articulis influit, ne ad principales particulas recurrens, suffocationis causa fiat ægro, periculúmq; mortis adferat, metuendum est. Siue igitur discutientibus, siue repellentib. uti uelis, totum corpus recrementis uacuare properato.

Περὶ πώρων.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ πῶροι τοῖς πολλοῖς τῶν ῥευματιζομένων τὰ ἄρθρα γίνονται, εἴτε διὰ ἀταξίας τινὰς ἐδεσμάτων τινῶν ἄπεπτόν τε καὶ ὠμὸν ἀθροιζόντων χυμὸν, εἴτε διὰ συνεχῆ ναρκωτικῶν τε καὶ ἀνωδύνων φαρμάκων χρῆσιν, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ περὶ τούτων εἰδέναι ἡμᾶς, ποίοις τε καὶ πότε δεῖ κεχρῆσθαι τοῖς τοὺς πώρους διαλύειν ἐπαγγελλομένοις φαρμάκοις. εἰ μὲν οὖν θερμὴ δυσκρασία ὑποπτῶσα τὴν ὕλην, καὶ ἐπικαίουσα φαίνοιτο γεννᾶν τοὺς πώρους, οὐ χρὴ θερμαίνουσιν ἐπὶ τούτων καὶ δριμέσι κεχρῆσθαι φαρμάκοις. εἰ γὰρ καὶ διαλύειν ταῦτα δόξουσι, τοὺς ἤδη φθάσαντας τεχθῆναι λίθους, ἀλλ' οὖν ταῦτά γε καὶ ἄλλους ἐπιτρέφεσθαι λίθους παρασκευάζουσιν. εἰ οὖν κέχρηταί τις τούτοις, ἐφ' ᾧ τοὺς ἤδη γεγονότας λίθους διαφορῆσαι, εὐθὺς μεταβαινέτω πάλιν ἐπὶ τὰ μέσως θερμαίνοντα, καὶ διαχεῖν μετρίως καὶ διαλύειν δυνάμενα φάρμακα, καὶ ἀπεχέσθω τοῦ λοιποῦ τῶν ξηραινόντων ἐδεσμάτων, καὶ

De tophis.

Quoniã uerò etiam tophi, qui Græcis pori dicuntur, plerisque articulis fluxione tentatis oboriuntur, siue ex inordinato quorũdã ciborum esu, unde incoctus & crudus humor colligitur, siue continuo torporem facientiũ, & anodynorum, hoc est dolorẽ tollentiũ medicaminũ usu: cõsentaneum est, ut sciamus, quib. etiã in his, & quãdo utendum sit medicamentis quæ tophos dissoluere prædicantur. Si igitur calida intẽperies materiam nimium adassans, atque adurens, tophos generare uideatur, calefacientibus in his, & acribus medicamẽtis uti non oportet. Etsi enim hæc procreatos iam lapides dissoluere uidebuntur, tamen efficiunt, ut etiam alij calculi obnascantur. Quare si quis his ad lapillos iam creatos discutiendũ utatur, statim rursus ad ea quæ mediocriter calefaciunt, & modicè diffundunt, dissoluunt'que, transeat, abstineat'que in posterum siccantibus, tum cibis,

tum antidotis, quæ corpus calefacere, & immoderatius siccare solent: omnia enim ista tophos magis his generant, quàm dissoluunt. At quib. nō adest calida intēperies, sed frigidiores, craßiores, crudioresq́; potius humores in articulis inserūtur, his omnia hæc quæ et extenuare et calefacere possunt, opitulantur: & siquis ipsis uti uelit, hic etiā natos iam lapillos cōsumere, et ne alij nascantur, prohibere poterit. Ego sanè noui quēdā, magnos tophos in articulis expertū, consanuisse adeò, ut etiam citra impedimentum incederet, eo quòd antidotum continuè assumeret. Antidotum uerò, quod per totū annum bibebat, hoc est.

Antidotum ad tophos.

*Cētaurei unciæ quinq́;: chamædryos unciæ nouē: hyperici *totidē: aristolochiæ rotūdæ, gētianæ, petroselini, agarici, phu dulcis, meu, singulorū unciæ 3. spicæ nardi uncia. Excipito melle, datoq́; ex tepida aqua. Ac aliū quendā noui, qui cū tophos habere incœpisset, non alios amplius nasci permisit, eo quòd decoctū biberet, cruda, crassaq́; recremēta extenuans. Erat aūt decoctū quod bibebat, ex eiusmodi herbis cōpositū: origano et chamepitij, quarum neutra calido & bilioso recremento præditis cōuenit. At quia*

καὶ τῶν ἀντιδότων, ὅσαι θερμαίνειν καὶ ξηραίνειν ἀμετρότερον τὸ σῶμα πεφύκασιν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα τούτοις γεννῶσι πώρους μᾶλλον, ἢ διαλύουσιν. ὅσοις δὲ μὴ πάρεστι θερμὴ δυσκρασία, ἀλλὰ ψυχρότεροι καὶ παχύτεροι καὶ ὠμότεροι μᾶλλον ἐν τοῖς ἄρθροις ὑποστρέφονται χυμοί, τούτοις ὠφέλιμα πάντα ταῦτα, ἃ καὶ λεπτύνειν καὶ θερμαίνειν δύναται. καὶ εἴ τις αὐτοῖς ἐθέλει μεταχρῆσθαι, οὗτος καὶ τοὺς ἤδη τεχθέντας ἀναλῶσαι δυνήσεται, καὶ ἑτέρους κωλῦσαι τεχθῆναι. ἐγὼ γοῦν οἶδά τινα μεγάλους ἔχοντα πώρους ἐν τοῖς ἄρθροις, καὶ ὑγιῆ γενόμενον, ὥστε καὶ βαδίζειν ἀνεμποδίστως, ἐκ τοῦ λαμβάνειν συνεχῶς τὴν ἀντίδοτον. ἡ δὲ ἀντίδοτος ἣν ἔπινεν ὅλον τὸν ἐνιαυτόν, ἐστὶν ἥδε.

Ἀντίδοτος πρὸς πώρους.

Κενταυρίου οὐγ. ε. χαμαίδρυος οὐγ. θ. ὑπερικοῦ οὐγ. θ. ἀριστολοχίας στρογγύλης, γεντιανῆς, πετροσελίνου, ἀγαρικοῦ, φοῦ ἡδέος, μήου ἀνὰ οὐγ. γ. ναρδοστάχυος οὐγ. α. ἀναλάμβανε μέλιτι, καὶ δίδου εἰς εὔκρατον. καὶ ἄλλον δέ τινα πώρους ἀρξάμενον ἔχειν οἶδα, μηκέτι συγχωρήσαντα φυῆναι ἄλλους, ἐκ τοῦ πίνειν αὐτὸν ἀπόζεμα, λεπτύνειν τὰ ὠμὰ καὶ παχέα τῶν περιττωμάτων δυνάμενον. ἦν δὲ τὸ πινόμενον ἀπόζεμα ἐκ τοιούτων συγκείμενον βοτανῶν· ὀριγάνου καὶ χαμαιπίτυος, ὧν οὐδὲν ἁρμόζει τοῖς θερμὴν καὶ χολώδη κεκτημένοις τὴν κρᾶσιν, ἀλλ' ἐ-

ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλή ἐστιν ἡ διαφορὰ τῶν βοηθημάτων τῶν διαλύειν πεφυκότων τοὺς πώρους. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκ πάνυ δριμέων ἔχει τὴν σύνθεσιν, τὰ δὲ διὰ τὸ μαλάττειν μᾶλλον, καὶ διαχέειν ἐπὶ πλέον· καλόν ἐστιν ὑμῖν καὶ τούτων ἐκθέσθαι τὰς διαφορὰς, ἵνα πρὸς τὰς διαφόρους κράσεις τῶν πασχόντων, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος καὶ τὴν κακοήθειαν τῶν κρατούντων τὰ ἄρθρα πώρων, εὐθὺ λέγεσθαι τῶν ἁρμοζόντων ἑκάστῳ φαρμάκων ᾖ ὑμῖν, ἐκ τῶν ἐνταῦθά μοι γεγραμμένων.

Κηρωτὴ καλλίστη διαλύουσα τοὺς ἐν τοῖς ἄρθροις πώρους, ὡς μηδ᾽ ὅτι ἐπεπεπράφησαν πῶροι, ἔτι φαίνεσθαι.

Ἀφονίτρου οὐγ. η. τερεβινθίνης οὐγ. ιβ. κηροῦ οὐγ. ιε. ἐλαίου παλαιοῦ οὐγ. κα. κονίας πηλοποιικῆς, ἣν καὶ πρωτόστακτον τινὲς καλοῦσιν, οὐγ. ϛ. χρῶ καλλίστῳ, καὶ διὰ πείρας.

Ἄλλη διὰ πείρας.

Ἀφονίτρου, τερεβινθίνης, πρωτοστάκτου, προπόλεως ἀνὰ οὐγγ. δ. κηροῦ οὐγγ. θ. κολοφωνίας λιτ. α. ἐλαίου παλαιοῦ οὐγγ. ιϛ. μίξας χρῶ, καὶ εὐθὺ πώρων καὶ ἀποστημάτων πάνυ ὀξέως ποιοῦσι. καλὰ μὲν

At quia magna auxiliorum, quae tophos dissoluere consueuerunt, differentia existit, alia siquidem ex acribus admodum conficiuntur, alia ex ijs quae magis emolliunt, diffunduntq; largius: cõmodum est, ut horũ quoq; discrimina uobis exponamus, ut pro diuersis aegrorum temperamentis, & tophorum articulos obsidentiũ magnitudine et malitia liceat uobis medicamenta, unicuiq; congrua, ex ijs quae hoc loco à me conscripta sunt, deligere.

Ceratum excellentissimũ, tophos articulorum dissoluens, adeò ut neque an oborti fuerint, adhuc appareat.

℞. *Aphonitri unciae octo: terebinthinae unciae duodecim: cerae unciae quindecim: olei ueteris uncia una & uiginti: lixiuij quo piliarij utuntur lanis succidis abluendis, quod etiam nonnulli protostacton graecè appellant, unciae sex. Vtitor ut praestantissimo, & usu probato.*

Aliud usu probatum.

Aphonitri, terebinthinae, lixiuij quo lanae succidae abluuntur, propoleos, singulorum unciae quatuor: cerae unciae nouẽ: colophoniae libra: olei ueteris unciae sedecim. Mixtis utitor, et in tophis & abscessibus admodum subitò auxiliantur. Commoda igitur

igitur hæc sunt, et plurimis experimentis cõprobata. sed his adhuc multo efficacius est, quod ex cinnabari, salis flore, et alijs plurimis metallicis paratur, cuius descriptio hoc pacto habet.

Medicamentũ dia cinnabareos.

Argenti spumæ libra: olei ueteris* sextarius: squamæ æris uncia: æris cõbusti uncia: cinnabareos scrup. octodecim: magnetis uiui uncia: lapidis phrygij drachmæ sex: lapidis pyritis uncia: thuris uncia: aloes unciæ duæ semis: galbani sescuncia: cadmiæ uncia: diphrygis unciæ duæ: æruginis rasæ uncia: suffiminis ammoniaci semũcia: lapidis onytis scythici scrupuli octodecim: lapidis* hæmatitis uncia: propoleos libra, sescuncia: lapidis perdicitis uncia: betonicæ uncia una, scrupuli octo: gẽtianæ uncia: aristolochiæ lõgæ semũcia: chamæleontis nigri uncia: dictamni sescũcia: resinæ siccæ libra una, et semis: adipis struthiocameli libra: lapides cũ spuma argẽti terũtur seorsim, adiectis salis floris libris duabus: donec omnia dissoluantur. Hoc medicamẽtũ plurimis experimẽtis probatũ est, nõ solũ in condylomatis, sed etiam strumis, ramicibus aquosis, hydropicis, lienosis, alijsq; plurimis & maximis uitijs, quorum hic mentionem facere superfluum est.

μὲν οὖν ἐστι ταῦτα, καὶ τῶν πλείστων δεδωκότων πεῖραν, ἀλλὰ καὶ τούτων ἔτι πολλῷ πλέον δραστικώτερόν ἐστι τὸ διὰ κινναβάρεως, καὶ ἁλὸς ἄνθους, καὶ ἄλλων πλείστων μεταλλικῶν σκευαζόμενον. ἔχει δὲ τούτου ἡ γραφὴ οὕτως.

Τὸ διὰ κινναβάρεως.

Λιθαργύρου λιτ. α. ἐλαίου παλαιοῦ ξε. α. λεπίδος χαλκοῦ οὐγ. α. χαλκοῦ κεκαυμένου οὐγ. α. κινναβάρεως γρ. ιη. μαγνήτου ζῶντος οὐγ. α. λίθου φρυγίου δραχ. ς. λίθου πυρίτου οὐγ. α. λιβάνου οὐγ. α. ἀλόης οὐγγ. β. S. χαλβάνης οὐγγ. α. S. καδμίας οὐγ. α. διφρυγοῦς οὐγγ. β. ἰοῦ ξυστοῦ οὐγ. α. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος οὐγ. S. λίθου * ὀνίτου σκυθικοῦ γρ. ιη. λίθου αἱματίτου οὐγγ. α. προπόλεως λιτ. α. οὐγ. α. S. λίθου περδικίτου οὐγ. α. βεττονίκης οὐγ. α. γρ. η. γεντιανῆς οὐγ. α. ἀριστολοχίας μακρᾶς οὐγ. S. χαμαιλέοντος μέλανος οὐγ. α. δικτάμνου οὐγ. α. S. ῥητίνης ξηρᾶς λιτ. α. S. στέατος * στρουθοκαμήλου λιτ. α. τοὺς λίθους μετὰ τῆς λιθαργύρου τρίβε, προσεπιβαλὼν ἁλὸς ἄνθους λιτ. β. κατὰ μέρος, ἕως οὗ ἀναλυθῇ. τοῦτο τὸ φάρμακον πλείστην ἔδωκε πεῖραν οὐ μόνον ἐπὶ κονδυλωμάτων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χοιράδων, καὶ ὑδροκήλων, καὶ ὑδρωπικῶν, καὶ σπληνικῶν, καὶ ἄλλων πλείστων καὶ μεγίστων παθῶν, ὧν ἐνταῦθα περιττόν ἐστι μνημονεύειν.

Hoc

τοσοῦτον δὲ χρὴ γινώσκειν, ὅτι πρὸς πᾶν πάθος οἰκεῖον προσαγορεύεται, διότι πολύχρηστον ὑπὸ πάντων τῶν ἰατρῶν ὁμολογῆται εἶναι καὶ θαυμαστὸν, ὅτι μετὰ τοῦ μηδὲν θερμαίνειν, οὐδὲ ἐκπυροῖ πάνυ τὰ ἄρθρα, ἀλλὰ καὶ διαλύειν τοὺς ἐν αὐτοῖς πώρους πέφυκεν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐστι δραστικὸν, οὐκ εὐπόριστον δέ· τὸ δὲ διὰ λεπτοκαρύων καλούμενον φάρμακον, ἀμφοτέρων ἐντυχεῖ. καὶ γὰρ καὶ τὸ εὐπόριστον ἅμα καὶ τὸ δραστικὸν κέκτηται. ἡ δὲ σύνθεσις τούτου, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Hoc solum sciendum est, ad omne id uitium accommodum appellari, eo quòd in uarios usus ipsum adhiberi, omnes medici confitentur: ac mirum est idem, præterquàm quòd non calefacit, etiam articulos non ualde exurere, sed etiam tophos in ipsis discutere solere. Hoc sanè efficax est medicamentum, sed non facilè paratur. At quod ex auellanis constat, dialeptocaryon græcè dicitur, ambo consequitur. etenim & facile paratu est simul, & efficaciam obtinet. Compositio eius in hunc modum habet.

Φάρμακον τὸ διὰ λεπτοκαρύων.

Πρωτοσάκτου οὐγ. ϛ. λεπτοκαρύων οὐγ. θ. ἀφρονίτρου, σάπωνος γαλλικοῦ ἀνὰ οὐγ. δ. μέλιτος οὐγ. γ. ὠῶν τὰ λευκὰ ϛ. ἐλαίου παλαιοῦ λι. α. κηροῦ οὐγ. ι. τερεβινθίνης οὐγ. ζ. ἔνεστι δέ σοι πολύχρηστον τὸ φάρμακον ποιεῖν, ποτὲ μὲν ἐκλύον τι αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ποτὲ δ' ἐπιτείνον τι. μετριώτερον γὰρ ἔσται, καὶ ἐπὶ τῶν μαλακωτέρων σωμάτων ἁρμόζειν δυνάμενον, εἰ προσπλέκεις τοῦ διὰ μέλιτος μέρη β. ἓν δὲ τοῦ φαρμάκου, καὶ τὸ δι' ἀνεμώνης δὲ εἰ προσπλέκεις, μὴ παρόντος τοῦ διὰ μέλιτος.

Medicamentum dialeptocaryon.

Lixiuij piliarij unciæ sex: auellanarum unciæ nouem: aphonitri, saponis Gallici, singulorum unciæ quatuor: mellis unciæ tres: ouorum albumina sex: olei ueteris libra: ceræ unciæ decem: terebinthinæ unciæ septem. Licet medicamentum multis utile efficere, si interim uires ipsius remittas, interim intendas. Moderatius namque erit, & corporibus mollioribus accommodatum, si medicamenti, quod ex melle fit, partes duas adijcias, unam uerò medicamenti iam dicti: item si emplastrum dia anemones adiunxeris, ubi id quod ex melle constat, desideratur.

Erit

Erit tibi etiam hoc pacto blandum, & citra rosionem efficax ad maximos tophorum affectus, uariosq; corporũ habitus, ut non multis et diuersis auxilijs indigeant. Quæ cũ ita sint, nõ opus est multorũ medicaminũ hic meminisse. Noui aũt ego, me emplastrũ ex cerusa factũ, medicamento adiecisse, eo quòd æger ipsius rosionem minimè ferre posset. ac mihi opus pulchrè successit. Nam utrisq; æger oblectabatur, tũ lenitate, tũ efficacia medicamẽti. Si quis igitur ita considerare uelit, licet ei tutò, et citra noxã ipsum, pro ut corpora sensilia sunt et pro diuersis habitibus, uitijsq;, admouere. Ipse uerò diuinißimus Galenus meminit etiã se tophos ueteri caseo dissoluisse. Habet autem usus hoc pacto. Vsus sum in articulario tophos in ipsis articulis habente caseo antiquißimo acerrimoq; suillæ carnis salsæ decocto intincto, ac in pila subactũ tophis imposui, et ualde profuit. Nam cute ultrò citra sectionem dirupta, particulas promptè, & citra noxam quotidie tophis liberauit, refecitq;.

um proficiſcuntur, tanquam à natura quadam edocti optimum præcipuumq; remedium eſſe defatigatis lauacrum. Hoc aũt plerique etiam medicorum inconſideratè faciunt, & nulla ratione habita ad lauacra tranſmittunt: unde interim non paucos inſigniter offendunt. Si nãq; corpus recrementis uacuũ, neq; plethoricum, aut uitioſis obnoxium ſuccis inuentum fuerit, maximè iuuantur, nec alterius indigent curationis. Quibus aũt corpus omnibus ex æquo ſuccis ſcatet, plethoricũ appellant, & uitioſis infeſtatur, quod cacochymũ dicitur, putrediniq; eſt opportunum: ut hinc non modò ſpiritus, ſed humores quoq; antea incaluerint: uice uerſa plurimum offenduntur, et in febres putridas prõptè incidunt, præſertim ſi uictu uſi ſint minus curioſo. Ne igitur idẽ nobis quod illis accidat, primùm notas earũ perſequi oportet. Nõnullæ igitur earum ſunt exquiſitæ, nonnullæ uerò non exquiſitæ: cum ſint, in putridas prolabuntur. Sic enim nunc & lauare & nutrire probè, nunc contrà lauare rectè poterimus.

Curatio eorum qui ex laſſitudine febricitant.

Quoniã ex laßitudine febricitantes diligenter planè humectandi ſunt, & refrigerandi, fiet

λουτρὸν, ὥσπερ ἔκ τινος φύσεως δεδιδαγμένοι, ὅτι κάλλιστον καὶ πρῶτον ἴαμά ἐστι τὸ λουτρὸν τοῖς κοπωθεῖσιν. οὕτω δὲ καὶ οἱ πλέους πράττουσι τῶν ἰατρῶν ἀσκόπως. καὶ οὐδὲν περιεργαζόμενοι, περὶ τὰ λουτρὰ πέμπουσιν. ὅθεν ἔσθ' ὅτε καὶ πολλοὺς τὰ μεγάλα βλάπτουσιν. εἰ μὲν γὰρ ἀπέριττον εὑρεθῇ τὸ σῶμα, καὶ μήτε πληθωρικὸν ὂν ἢ κακόχυμον, μάλιστα ὠφελοῦνται, καὶ οὐδὲν ἄλλης χρῄζουσι θεραπείας. ὅσοις δὲ πληθωρικὸν εὑρέθη καὶ κακόχυμον, καὶ ἐπιτήδειον πρὸς σῆψιν, ὥστε ἐκ τούτου μὴ μόνον τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑγρὰ πρότερον προθερμανθῆναι, τοὐναντίον τὰ μεγάλα βλάπτονται, καὶ εἰς τοὺς ἀπὸ σήψεως πυρετοὺς ἑτοίμως ἐμπίπτουσι, καὶ μάλιστα ἐάν περ καὶ ἀφυλακτότερον διαιτηθῶσιν. ὅπως οὖν μὴ ταὐτὸ πάθωμεν ἐκείνοις, τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ἔρχεσθαι δεῖ πρῶτον. τινὲς μὲν οὖν αὐτῶν εἰσιν ἀκριβεῖς· τινὲς δὲ οὐκ ἀκριβεῖς ὄντες, μεταπίπτουσιν εἰς τοὺς ἀπὸ σήψεως. οὕτω γὰρ καὶ λοῦσαι καὶ θρέψαι καλῶς, καὶ μὴ λοῦσαι πάλιν ὅτε μὴ ὀρθῶς δυνηθείημεν.

Θεραπεία τῶν ἀπὸ κόπου πυρεξάντων.

Τοὺς ἀπὸ κόπου πυρέξαντας * ἐπειδὰν ἀκριβῶς, ὑγραίνειν ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐμψύχειν δεῖ. γενήσεται

σαι ὄν ταῦτα, διά τε λουτρῶν εὐκράτων, καὶ διαίτης, καὶ ἀλειμμάτων μηδὲν ἐχόντων διαφορητικόν. ἐπὶ γὰρ τούτων δεῖ πράττειν ἅπαντα, ὅσα προσθεῖναι μᾶλλον ὑγρότητα δύνανται, ἤπερ ἀφελεῖν ἐκ τοῦ σώματος. ὥστε οὐδὲ ἀνατρίβειν δεῖ ἐνθάδε πολὺ τὸ σῶμα, οὐδὲ ἀλειφῇ κεχρῆσθαι χλιαρᾷ δι' ἐλαίου μόνου, ἀλλὰ δι' ὑδρελαίου μᾶλλον. καὶ γὰρ ὑγραίνει τοῦτο πλέον τοῦ καθ' αὑτὸ ἐλαίου, καὶ προσηγεῖται μᾶλλον εἰς βάθος ὑπὸ ὕδατος, καὶ ἐμψύχει τὰ ἄρθρα διαθερμανθέντα, καὶ διάπυρα ἐκ τοῦ κόπου γενόμενα. διὸ οὐδὲ ἀλείφειν ἐν τῷ θερμῷ χρὴ ἀέρι, οὐδὲ ἀνατρίβειν. ἱδρώτων γὰρ κινουμένων, οὐδὲ ὑγρᾶναι ὅλως ἡ ἀλειφὴ δυνήσεται, διεκπίπτουσα σὺν αὐτοῖς. βέλτιον δ' οἶμαι ἀποπλῦναι τὸν ἱδρῶτα χλιαρῷ πολλῷ εἰς τὸν ἐκτὸς οἶκον ἐξελθόντα, κἀναπομάξαι τῷ μάκτρῳ, καὶ οὕτως ἀλείφεσθαι τῷ ὑδρελαίῳ· εἶτα περιμείναντα μικρὸν, εἰσιέναι εἰς τὴν τοῦ ὕδατος θερμοῦ δεξαμενὴν, μηδὲ ὅλως ἐν τῷ ἀέρι διαμείναντα πολλὴν ὥραν, ἀλλὰ παρόδῳ μόνον χρώμενον. οὕτω γὰρ ὑγρανθήσεται, καὶ οὐ δέος ἔσται μὴ διακαὴς καὶ ἐκπυρωθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀέρος, ἕτερον πάλιν ἐπικτήσεται πυρετόν. αὕτη μὲν ἡ ἀγωγὴ πᾶσι τοῖς ἐνθάδε κόπῳ συμβάλλεται, μάλιστα τοῖς ἔχουσι θερμοτέραν τὴν κρᾶσιν.

ἐκ.

fiet id cõmode balneis tẽperatis, uictu & unctionibus, quæ nullam discutiendi uim obtinẽt. Nã in his omnia facere oportet, quæ humiditatẽ potius augere, quàm ex corpore auferre possũt. Quare neq; corpus multũ perfricare, neq; tepida ex solo oleo unctione, sed ex hydrelæo magis uti oportet. Quippe id liberalius, quàm ipsum oleum per se humectat: et penitius in corpus ab aqua transmittitur, refrigeratq; articulos excalfactos, & feruidos ex nimio labore effectos. Quocirca neq; ungere in aere calido, neq; perfricare conuenit: sudoribus enim manantibus, ne humectare quidẽ prorsus unctio poterit, ut quæ cũ eis à corpore decidat. Præstat autẽ meo iudicio multa tepida sudorẽ eluere, & ægrotantẽ in exteriorẽ domũ egressum strigili abstergere, atq; ita hydrelæo perungere: deinde exiguo spacio interposito intrare ipsum, et in calẽtis aquæ soliũ descendere, ita ut neq; integram omnino horã in aere perseueret, sed tãtũ trãsire uideatur. Sic enim humectabitur: & metuẽdũ nõ erit, ne perustus incensusq; ab aere, aliam rursus febrim acquirat. Hæc sanè medendi ratio omnibus ex lassitudine febricitantibus conducit, præsertim ijs qui calidiore sunt temperamento.

Ignoro

Ignoro igitur, cur diuiniſsimus Galenus oleo quidē tepido duntaxat uſus fuerit, aquā uerò ei miſcere uitarit. licet enim et frigidā ei aquā, præterea etiā tepidā admiſcere. In ſumma, ut cuiuſq; tēperamētū eſt, caloriſq; et ſiccitatis ex laßitudine ortæ exceſſus, ita quoq; unctione utendum erit. Quòd ſi uerò iterū rurſus lauare ægros uolueris, eodēq; modò perungere, & in calidæ ſolium demittere, & in eo aliquandiu immorari, ualde quidem ipſos hac ratione iuuabis, ut reuerſi à balneo, laßitudinis omniſq; intemperiei prorſus obliuiſcantur. Atq; hac ratione etiam in ijs utendū erit, qui ex uigilijs febricitarunt, item qui ex mœrore, & in illis qui ex morbo ſe recolligunt. Reſtat nunc, ut de his ſermonem inſtituamus, quib. cruditas ſuperueniens febrim diariā excitauit.

De his qui ex cruditate febricitant.

Cruditas ex caliditate, magis autem ex frigida intemperie generatur. Notatur facilè ex ructu, nidoroſo quidē in his, quibus caliditas cruditatem induxit: acido uerò, quibus frigiditas illam peperit. At non ſolum ructus, ſed etiam aliæ omnes notæ attendendæ ſunt, ætas inquam, temperamentum, ſtudia uitæ, & reliqua totius uictus ratio.

Neq;

οὐκ οἶδα οὖν διά τι ὁ θειότατος Γαληνὸς ἐλαίῳ μὲν ἐχρήσατο μόνῳ χλιαρῷ, τὴν δὲ διὰ τοῦ ὕδατος μίξιν ἔφυγεν. ἐξὸν γάρ ἐστι καὶ ψυχρὸν αὐτῷ ὕδωρ μίξαι, ἔτι δὲ καὶ χλιαρὸν, καὶ ἁπλῶς πρὸς τὴν κρᾶσιν ἑκάστου καὶ πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τῆς θερμασίας, καὶ τῆς ξηρότητος τῆς ἐκ τοῦ κόπου τεχθείσης, οὕτω χρησάσθω καὶ τῇ ἀλοιφῇ. εἰ δὲ καὶ θελήσειας αὐτοὺς ἐκ δευτέρου πάλιν λοῦσαι, καὶ οὕτω πάλιν ἀλεῖψαι, καὶ ἐς τὴν τοῦ θερμοῦ δεξαμενὴν ἐμβιβάσαι, καὶ ποιῆσαι ἐγχρονίσαι, μεγάλως γε οὕτως αὐτοὺς ὀνήσεις, ὡς ὑποστρέψαντας αὐτοὺς ἀπὸ λουτροῦ, παντελῶς ἐπιλαθέσθαι τοῦ κόπου, καὶ πάσης δυσκρασίας, καὶ ταύτῃ τῇ ἀγωγῇ κεχρῆσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν δι' ἀγρυπνίαν πυρεξάντων, καὶ ἐπὶ λύπῃ, καὶ ἐπὶ τῶν ἀνακομιζομένων ἐκ νόσου. λοιπὸν δὲ καὶ περὶ τῶν διὰ συμβᾶσαν ἀπεψίαν πυρεξάντων ἐφημέρων πυρετῶν διαλάβωμεν.

Περὶ τῶν ἐπὶ ἀπεψίᾳ πυρεξάντων.

Η ἀπεψία γίνεται διὰ θερμότητα, καὶ διὰ ψυχρὰν δὲ μᾶλλον δυσκρασίαν· καὶ γινώσκεται ῥαδίως ἐκ τῆς ἐρυγῆς, κνισσώδης μὲν, ἐπὶ τῶν διὰ θερμότητα· ὀξώδης δὲ, ἐπὶ τῶν διὰ ψυχρότητα ἀπεπτούντων. δεῖ δὲ οὐ μόνον ταῖς ἐρυγαῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι προσέχειν σημείοις, ἡλικίᾳ λέγω, καὶ κράσει, καὶ ἐπιτηδεύματι, καὶ βίῳ, καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ διαίτῃ τοῦ κάμνοντος.

οὔτε

ἐστὶ γὰρ * ἡ κνισσώδης ἐστὶν ἐρυγή. πάντως ἤδη καὶ θερμὴν ὑπονοεῖν δεῖ τὴν ἀπεψίαν εἶναι. ἔσθ' ὅτε γὰρ ἐγένετο καὶ διὰ τὴν τῶν ἐδηδεσμένων ποιότητα, ἢ κνισσωδῶν, ἢ μελιτωδῶν αὐτῶν φαγόντων. οὐ μὴν οὐδὲ ἡ ὀξώδης ἐρυγὴ πάντως ὑπονοεῖν δίδωσι ψυχρὰν λέγειν τὴν δυσκρασίαν. πολλάκις γὰρ καὶ ὀξώδης τροφὴ καὶ στρυφνὴ τὴν ὀξώδη παρεσκεύασεν ἐρυγὴν φανῆναι. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ θερμότης. γίνεται γὰρ καὶ ὀξώδης ἐρυγὴ οὐ μόνον διὰ ψύξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ θερμὴν δυσκρασίαν, καὶ ἀμήχανον τοιαύτην ἐρυγὴν παύσασθαι, εἰ μὴ ψυχούσῃ καὶ ὑγραινούσῃ διαίτῃ χρήσαιτό τις. δεῖ οὖν ἐκ πάντων, ὡς εἰρήκαμεν, διαγινώσκειν, καὶ οὕτω διακρίναντα, βέβαιαν αὐτῶν ποιεῖσθαι θεραπείαν.

Περὶ τῆς διὰ θερμότητα γινομένης φθορᾶς καὶ κνισσώδους ἐρυγῆς.

Τοῖς μὲν οὖν διὰ θερμότητα φθορὰν ὑπομένουσι, καὶ ἀπεψίαν κνισσώδη, καὶ διὰ τοῦτο πυρέξασι τὸν ἐφήμερον πυρετὸν, οὐ δεῖ τὰ θερμαίνοντα προσφέρειν ἐδέσματα, ἢ ποτά. καὶ γὰρ εἰ πρὸς ὀλίγον δόξουσι παρηγορεῖσθαι, τῶν ἐνοχλούντων πνευμάτων εἰς διαφόρησιν ἐλθόντων, ἀλλ' εἰς ὕστερον αἴτια γίνεται τοῦ μᾶλλον ἐκπυρωθῆναι τὸν ἐφήμερον πυρετόν. ἔσθ' ὅτε

Neq; enim si ructus est nidorosus, calidã iam quoq; cruditatem esse prorsus suspicabimur. Interdũ enim ex ingestorũ etiã qualitate fuit excitata, uel cũ ægri ipsi nidorosum aut melleum quid in cibo antea assumpserint. Quin nec acidus ructus omnino suspicionem nobis præbet, ut frigidã intemperiẽ dicamus: quippe etiã acidus cibus, & acerbus frequẽter efficit, ut ructus acidus appareret, interim uerò caliditas quoque: nã acidus ructus non solùm ex frigiditate, sed calida etiã intẽperie generatur. fieriq; nõ potest, ut eiusmodi cesset ructus, nisi quis refrigerante et humectante uictu usus fuerit. Cõuenit igitur cruditates ex omnib. iam cõmemoratis internoscere: atq; ubi sic discretæ fuerint, firmam earum curationem aggredi.

De ciborum corruptione ex caliditate, & nidoroso ructu proueniente.

Qui sanè ex caliditate ciborum corruptionem, nidorosamq; cruditatem sustinuerunt, eaq; de causa in febrim diariam inciderunt, ijs non calefacientes cibi aut potus adhiberi debent. Etsi enim exiguo tempore mitigari, leniriq; uidebuntur, flatibus qui infestabant dißipatis, postea tamen occasionem præbent, ut febris diaria magis incendatur: interim

interim uerò, ut etiã febris, quæ ex humorum putredine oriri ſolet, rurſus ſubſequatur. Ne igitur hæc eueniant, congrua uictus ratio præſcribi, & curatio quæ econtrariò repugnet, adhibenda eſt. Quippe fieri nequit, ut affectus qui infeſtat, ex toto cõquieſcat, & ueluti radicitùs excindatur, ubi cauſa quæ ipſum efficiebat, prius non fuerit ſublata. Quare ſi tibi cibus, qui ad nidoroſam cruditatem inclinauerit, ſuſpendi adhuc in uentriculo uideatur, tunc potioni aqua calida potiſsimum eſt ſumenda. Hæc namque partem humorum eluere, abſtergere, & ad inferiorem uētrem propellere, partem uerò ut in corpus etiam distribuatur præparare, & præterea ſpiritum iam ſiccum, incenſumq; temperare et lenire, meatusq; laxiores efficere poteſt. Haud noui, an quis hoc præſtantius remedium, ijs qui ex calida intemperie cruditate laborarũt, eoq; in diariã febrim inciderunt, excogitare poſsit. Quòd ſi uerò cibi corrupti nõ in uētriculo hærere tibi uideãtur, ſed per aluũ egeri, rurſus hic non ſolũ nõ impediri, ſed etiam adiuuari debet, quò ea quæ corrupta ſunt, per uentrem potius queant excerni. ſin autem immoderatius per aluum ferantur, rodantq; inteſtinum, etiam hic ad balneũ ægros ducere conuenit, & uentris iecorisq; regionem potiſsimum uino melino perungere.

ἴσθ᾽ ὅτι δὲ καὶ τὸν ἐπὶ σήψει πάλιν ἐπακολουθῆσαι. ὅπως οὖν μὴ ταῦτα γίνηται, καταλλήλως χρὴ διαιτᾶν, καὶ πρὸς τὴν ποιοῦσαν δὲ ἐναντίας ἵστασθαι θεραπείαν. ἀμήχανον γὰρ τελείως ἀποπαύσασθαι τὴν ἐνοχλοῦσαν διάθεσιν, καὶ οἷον ἐκ ῥιζῶν ἐκκοπῆναι, μὴ πρότερον τῆς ποιούσης αὐτὴν αἰτίας ἀναιρεθείσης. εἰ μὲν οὖν ἔτι μετέωρος ἡ φθάσασα κνισωθῆναι τροφὴ φαίνοιτό σοι, τηνικαῦτα κεχρῆσθαι πόματι, τῷ θερμῷ μάλιστα ὕδατι. δυνατὸν γάρ ἐστι τοῦτο τὸ πόμα, τὸ μὲν ἀποπλῦναι καὶ ἀπορρίψαι, καὶ ὠθῆσαι περὶ τὴν κάτω γαστέρα· τὸ δέ τι, καὶ ἀναδοθῆναι παρασκευάσαι, καὶ προσέτι τὸ ξηρὸν καὶ ἐκπυρωθὲν ἤδη ἐπικεράσαι πνεῦμα, καὶ πραῦναι, καὶ χαυνῶσαι τοὺς πόρους. οὐκ οἶδα εἰ τούτου κάλλιον ἄν τις ἐπινοήσει τοῖς ἀπεπτήσασι διὰ θερμὴν δυσκρασίαν, καὶ διὰ τοῦτο πυρέττουσι τὸν ἐφήμερον πυρετόν. εἰ δέ σοι τὰ διεφθαρμένα μὴ βασταζόμενα φαίνοιτο περὶ τὸν στόμαχον, ἀλλὰ φέροιτο διὰ γαστρὸς, οὐ χρὴ κωλύειν, ἀλλὰ καὶ συνεργεῖν, ὥστε δύνασθαι κενωθῆναι τὰ διεφθαρμένα μᾶλλον διὰ γαστρός. εἰ δὲ συμβῇ διὰ γαστρὸς φέρεσθαι ἀμετρότερον, καὶ δάκνεσθαι τὸ ἔντερον, καὶ ἐνταῦθα λουτρὸν ἄγειν αὐτοὺς δεῖ, καὶ ἀλείφειν οἴνῳ μηλίνῳ

τὰ περὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὸ ἧπαρ μάλιστα, καὶ τρέφειν ἄρτῳ ἐξ ὕδατος θερμοῦ. ἐμβαλλέσθω δὲ καὶ ῥίζα τοῦ σελίνου, καὶ κοριάνου. μὴ ἀποζεννύσθω δὲ τὸ σέλινον πάνυ, ἀλλ' εὐθέως ἀφαιρείσθω πρὸ τοῦ βράσαι. οὐχ ἅπαξ δὲ αὐτὸ ἐμβρέξεις, ἀλλὰ πολλάκις ἐν τῷ θερμῷ. εἰ δὲ θερμότης εἴη ἐπὶ τὸν στόμαχον, ἢ φλεγμονή τις, οὐδὲ τὴν ῥίζαν ἐπιβάλλειν δεῖ τοῦ σελίνου, ἀλλ' ἄρα τοῦ κοριάνου, ἢ καθ' ἑαυτοὺς ἐσθίειν δεῖ τοὺς ψωμοὺς μετὰ τοῦ θερμοῦ, δεύτερον ἢ τρίτον ἀποζεννύοντα. εἰ δὲ τὰ τῆς γαστρὸς ἤδη πλέον φερόμενα εἴη, ὡς λοιπὸν ἀποκάμνειν τὴν δύναμιν, καὶ τὸ ὀμφακόμελι δοτέον, ἢ τὸ ὑδρόμελι, ἢ τὸ ὑδροροσάτον· εἰ δὲ μὴ φλεγμονὴ φαινομένη εἴη περὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, καὶ βραχὺ δοτέον αὐτοῖς κνιδίου, ἢ σαβίνου, βραχεῖαν ἔχοντος στύψιν. εἰ δὲ ἡ δύναμις ἀβλαβὴς εἴη, φευγέτω ἐπιδιδόναι τὸν οἶνον, καὶ μάλιστα ἤδη τῶν ἐχόντων θερμοτέραν τὴν κρᾶσιν· εἰ γὰρ ὑπὸ θερμότητος ἡ κνισσώδης ἀπεψία συνέβη, δῆλον ὅτι μᾶλλον αὐξηθήσεται ἐν τοῖς θερμοτέροις, εἰ βουληθείημεν χρήσασθαι. καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεταί μοι, πῶς ὁ θειότατος Γαληνὸς ἐν τῇ θεραπευτικῇ πραγματείᾳ τοῖς θερμαίνουσι κεχρημένος φαίνεται. ἀντίδοτον γὰρ αὐτοῖς ἤδη φησὶ διδόναι τὴν διὰ τριῶν πεπέρεων καὶ τὴν διὰ τῶν κυδωνίων μήλων.

ἔξωθεν

ungere, & pane ex aqua calida nutrire. Porrò injiciatur in eam & apij & coriandri radix: uerùm apium non multũ decoquatur, sed protinus antequam ferueſcat auferatur. non ſemel autem eam in calidam, ſed ſæpius intingas. Si uerò caliditas, aut inflammatio quæpiam uentriculum obſederit, neque radix apij, ſed coriandri tantum immitti debet, uel offa panis calidæ iterum aut tertiò intincta eſui per ſe exhibeatur. At ſi uenter copioſius profluxerit, ut deinceps uires debilitẽtur, etiã omphacomeli, aut hydromelũ, aut hydroroſatũ dabitur. Sin aũt nulla inflammatio uentriculi os obſidere uideatur, uini cnidij, aut ſabini, quod exiguã habeat aſtrictionẽ, momẽtũ propinari ipſis debet. Sin uires nullã noxã expertæ fuerint, caue ne uinũ permittas, præcipuè calidiore tẽperamẽto præditis. Si namq; nidoroſa cruditas ex calore acciderit, conſtat magis eam in calidioribus auctum iri, ſi uino uti uoluerimus. Ac mirari mihi ſubit, quomodo diuiniſsimus Galenus in opere de medendis morbis, calefacientibus remedijs uſus fuerit. Nam antidotum quod à triplici pipere Græci diatrion pepereon appellant, & illud quod ex malis cotoneis paratur, exhibere ipſis permittit:

extrinſe-

extrinsecus aũt rursus uentriculo purpurã nardino, absinthio, et mastiche imbutam, applicare. Atq; hæc calida imponere iubet, ne uentriculi robur dissoluatur. Ego uerò ea neutiquam calidiore affectu preßis conuenire arbitror. Atq; hæc nequaquam dico contradicendi studio, sed quòd ita mihi ueritas habere uideatur, quam semper cuiuis præponendam censeo. Si enim nidorosus ructus, & cruditas à caliditate prouenerit, conueniebat, ut arbitror, contrarijs hanc remedijs moderatè utentes, ita medicari. Sin autem à calidioribus pinguibusq; cibis orta fuerit, etiam sic uictus contrarius, qui modicè refrigerare poßit, iniungi debebat. In summa didicimus, omnia quæ naturam exceßerunt, contrarijs curari oportere, & rutaceum oleum, & si quæ alia est calida iniectio, adhibere dissuadeo: atq; hoc cauendum est, in quibus corruptio et febris ex calida intemperie sunt subsecutæ.

De his qui ex cruditate febricitant, humore magis acido proueniente.

Hactenus de his, qui ob nidorosum ructũ febricitarunt, egimus: nũc aũt dicamus etiã de illis, qui ex frigida intẽperie in cruditatẽ inciderũt. Acida cruditas nõ adeò celeriter febrim solet accendere:

ἔξωθεν δὲ πάλιν ἐπιτίθεσθαι κατὰ τοῦ στομάχου πορφύραν ἔχουσαν νάρδου καὶ ἀψινθίας, καὶ μαστίχης. καὶ ταῦτα θερμὰ ἐπιτίθει, διὰ τὸ μὴ ἐκλύεσθαι, φησί, τὸν τόνον τοῦ στομάχου. ἐγὼ δὲ ταῦτα οὐδαμῶς ἁρμόζειν ἡγοῦμαι τοῖς ἔχουσι θερμοτέραν διάθεσιν. καὶ ταῦτα λέγω, οὐδαμῶς εἰς ἀντιλογίαν ἀφορῶν, ἀλλ' ὅτι μοι τὸ ἀληθὲς οὕτως ἐφάνη ἔχον. δεῖ δὲ τὸ ἀληθὲς παντὸς προτιμᾷν ἀεί. εἰ γὰρ ἀπὸ θερμότητος ἡ κνισσώδης ἐρυγὴ καὶ ἀπεψία συνέβη, ἐχρῆν, οἶμαι, τοῖς ἐναντίοις χρώμενον, ταύτην οὕτως ἰᾶσθαι. εἰ δὲ ὑπὸ θερμοτέρων καὶ λιπαρῶν ἐδεσμάτων ἐγένετο, ἀναγκαῖον ἦν καὶ οὕτως ἀμεῖψαι τὴν δίαιταν ἐπὶ τὸ ἐναντίον, ψύχειν μετρίως δυναμένην. καὶ καθόλου μεμαθήκαμεν ὡς πάντα διὰ τῶν ἐναντίων τὰ παρὰ φύσιν ἰᾶσθαι δεῖ. καὶ τὸ πηγάνινον ἔλαιον προσφέρεσθαι παραιτοῦμαι, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶ θερμὸν ἔνεμα, καὶ τοῦτο διαφυγεῖν, ἐφ' ὧν ἡ φθορὰ καὶ ὁ πυρετὸς διὰ θερμὴν δυσκρασίαν ἠκολούθησε.

Περὶ τῶν διὰ ἀπεψίαν πυρεξάντων ὀξωδεστέρου γινομένου χυμοῦ.

Τοσαῦτα περὶ τῶν διὰ κνισσώδη ἐρυγὴν πυρεξάντων. εἴπωμεν δὲ καὶ περὶ τῶν ἐκ ψυχρᾶς δυσκρασίας ἀπεπτησάντων. ἡ ὀξώδης ἀπεψία οὐ πάνυ πέφυκε ταχέως ἀνάπτειν πυρετόν.

ρετὸν. εἰ δ' ἄρα καὶ συμβῇ γενέσθαι πυρετὸν, ὑπονόει, καὶ ζήτει μή ποτε ἄρα καὶ διὰ θερμὴν ἐγένετο δυσκρασίαν ἡ ὀξώδης ἐρυγή. συμβαίνει γὰρ ἔσθ' ὅτε μὴ μόνον διὰ ψύξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ θερμότητα πολλάκις ἐπιγίνεσθαι. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς ὁρῶμεν. συμβαίνει γὰρ ἐν τοῖς θερμοῖς πάνυ οἰκήμασιν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ψυχροῖς πάνυ, τὸν οἶνον ἔσθ' ὅτε εἰς ὀξώδη μεταβάλλεσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ζύμης τὸ αὐτὸ θεάσασθαί ἐστι. καὶ γὰρ αὕτη ἐν θερμοτέροις οἰκήμασιν ἐγχρονίσασα, ῥέπεται εἰς τὸ ὀξῶδες. τὸ δ' αὐτὸ ὑφίσταται καὶ ψυχθεῖσα ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ἀέρος, ὥστε ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἓν καὶ τὸ αὐτὸ γίνεται σύμπτωμα. προσέχειν οὖν ἀνάγκη καὶ τοῖς παροῦσι σημείοις, καὶ τοῖς προηγησαμένοις, ὥστε ἐκ πάντων δυνηθῆναι γνωρίσαι τί ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον, εἴτε θερμὸν εἴτε ψυχρὸν, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν θεραπείαν ἔρχεσθαι. εἰ οὖν ἡ ὀξώδης ἐρυγὴ διὰ θερμότητα συνέβη, τοῖς ἐμψύχουσι καὶ πόμασι καὶ σιτίοις κεχρῆσθαι δεῖ, καὶ μάλιστα τοῖς ἀντέχειν δυναμένοις, καὶ μὴ εὐχερῶς διαφθείρεσθαι. διὰ τοῦτο οὖν οὐδὲ τὸν χυλὸν τῆς πτισσάνης ἐπιδιδόναι τούτοις δεῖ, οὐδὲ ἄλικα. εὔφθαρτοι γάρ εἰσι, καὶ ἐπιπολάζουσι, καὶ μετεωρίζονται περὶ τὸν στόμαχον, ὅθεν καὶ μᾶλλον αὐτοῖς συμβαίνει τὸ ὀξύνεσθαι. ἰχθύων οὖν οἱ σκληρόσαρκοι τούτοις ἐπιτήδειοι, καὶ ὄρνις ἀπὸ ζέματος, ἢ ἁπλε-

cēdere: si uerò etiā febrim excitare cōtigerit, perpēde et disquire, nū quandoq; etiā calida intēperies acidū ructū procrearit. fit enim interdū, ut is non solū ex frigore, sed etiā caliditate frequenter oboriatur. Idem siquidē in externis quoq; uidemus. Accidit enim in calidis pariter et frigidis admodū domicilijs, ut uinū nōnū quàm in acidū conuertatur. Similiter aūt in fermento quoque idē spectare licet. hoc etenim in calidiorib. retentū domicilijs, in acorem mutatur: idem uerò experitur, ubi à gelido aere fuerit refrigeratū. Quare unū idemq; accidens à contrarijs causis generatur. Attendere igitur oportet signa, tū præsentia, tùm quæ præcesserunt, ut ex omnib. possis cognoscere, quæ tandem sit causa, calida'ne, an frigida, atq; ita ad curationem uenire. Quare si acidus ructus ex caliditate prouenerit, refrigerātibus & potu & cibo uti conuenit, præcipuè his qui resistere possunt, & non facilè corrumpi. Quapropter neq; cremor ptisanæ, neque halicæ ipsis est exhibendus: facile enim corrumpuntur, et in stomacho supernatant, suspenduntúrq; unde etiam accidit, ut ipsis magis acescāt. Itaq; pisces, qui dura carne sunt præditi, his expediūt, et gallinæ ex decocto,

aut simplici iure paratæ: adhæc isicia similiter dura, cuiusmodi sunt, quæ ex buccino & glauco, orphoq; pisce potißimũ cõficiũtur. Nec mireris quod hæc dicã: qui nãq; ex calida intẽperie acores experiũtur, eos etiã si pedem bubulũ exhibeas, nõ offẽdes: imò adiuuabis quoq;. Ego sanè noui quẽdã, cũ lõgo tẽpore acorẽ experiretur, his me cibis persanasse: præterea etiã ostrea nõ cocta, et duracina exhibui, omniq; alimento quod refrigeraret, ægré corrumperetur, mutareturq;, sum usus.

De acido ructu, qui ex frigida intemperie nascitur.

Quòd si acidus ructus non à calidiore, sed frigidiore intemperie originẽ traxerit, tunc potius uictus calefaciens, et antidota cõueniunt. cuiusmodi sunt tũ quod ex malis cotoneis cõficitur, à triplici pipere dia triõpepereon nominatur: adhæc fomentũ ex nardino. Quæ igitur diuinißimus Galenus in nidoroso ructu fieri præcepit, ea ego omnia ijs potius, qui ex frigida intẽperie cruditatẽ sunt experti, cõuenire, et nõ aliter habere posse arbitror.

De febribus diarijs, quæ ex obstructione generantur.

Febris diaria ex uiscosis etiã craßisq; humoribus nascitur, dum

ἢ ἁπλουστέρῳ ἠρτυμένη ζωμῷ, καὶ ἰσικὸς ὁμοίως σκληρὸς, οἷός ἐστιν ὁ ἀπὸ τοῦ κήρυκος, καὶ ἀπὸ τοῦ γλαύκου, καὶ ὀρφοῦ μάλιστα. καὶ μὴ θαυμάσῃς, ὅτι ταῦτα λέγω. τοῖς γὰρ ὑπομένουσι διὰ θερμὴν δυσκρασίαν ὀξυδίας, καὶ πόδα βόειον ἐπιδοὺς οὐ βλάψεις, ἀλλὰ καὶ ὠφελήσεις. ἐγὼ γοῦν οἶδα ἐπὶ πολὺν χρόνον ὀξυδίαν ὑπομένοντά τινα, διὰ τούτων ἰασάμενος. καὶ προσέτι καὶ ὄστρεα μὴ ἑψηθέντα ἐπιδεδωκὼς, καὶ ῥοδάκινα, καὶ πάσῃ τῇ ἐμψυχούσῃ καὶ δυσφθάρτῳ καὶ δυσμεταβλήτῳ ἐχρησάμην τροφῇ.

Περὶ τῆς διὰ ψυχρὰν δυσκρασίαν γινομένης ὀξώδους ἐρυγῆς.

Εἰ δὲ μὴ γένοιτο ὑπὸ θερμοτέρας ἡ ὀξώδης ἐρυγὴ, ἀλλ' ὑπὸ ψυχροτέρας δυσκρασίας, ἁρμόζει τότε μᾶλλον ἡ θερμαίνουσα δίαιτα, καὶ ἀντίδοτοι, οἷαπέρ ἐστι καὶ ἡ διὰ μήλων, καὶ ἡ διὰ τριῶν πεπέρεων καλουμένη, καὶ ἡ διὰ τοῦ νάρδου ἐμβροχή. ὅσα οὖν ὁ θειότατος Γαληνὸς ἐπὶ τῆς κνισώδους ἐρυγῆς ἐπέτρεψε γίνεσθαι, ἅπαντα μᾶλλον ἐγὼ ταῦτα τοῖς ἀπεπτήσασι διὰ ψυχρὰν δυσκρασίαν ἁρμόζειν νομίζω, καὶ μὴ ἄλλως ἔχειν δύνασθαι.

Περὶ ἐφημέρων πυρετῶν ἐπὶ ἐμφράξει γινομένων.

Γίνεται δὲ καὶ διὰ γλίσχρους χυμοὺς καὶ παχεῖς ὁ ἐφήμερος πυρετὸς,

ἀδια-

ἀδιαπνευστοτέρων, καὶ δριμυτέρων γινομένων δηλονότι διὰ τὴν ἀδιαπνευστίαν τῶν περιττωμάτων. προσέχειν οὖν ἀκριβῶς ἐνταῦθα χρὴ τὸν νοῦν, καὶ διαγινώσκειν εἴτε πλῆθος μόνον ἐστὶ τὸ ποιῆσαν τὴν ἔμφραξιν, εἴτε παχύτης μόνη καὶ γλισχρότης χυμῶν. εἰ μὲν γὰρ πλῆθος εἴη, κενῶσαι δεῖ πρό γε πάντων, διὰ φλεβοτομίας· εἶθ' οὕτω τοῖς κατὰ μέρος χρήσασθαι βοηθήμασιν, ὅσα τε χαλᾶν καὶ διαφορεῖν ἢ λεπτύνειν δύναται. εἰ γὰρ μὴ κενώσας τοῖς χαλαστικοῖς ἢ διαφοροῦσι βουληθείη τις χρήσασθαι, μεγάλων κακῶν αἴτιος γίνεται. τὴν γὰρ ἔμφραξιν ἔτι μᾶλλον ἐπιτείνουσι, τοῖς διαφορητικοῖς πρὸ τῆς πέψεως ἢ κενώσεως κεχρημένοι βοηθήμασιν. εἰ δὲ μὴ πλῆθος εἴη τὸ τὴν ἔμφραξιν ἐργασάμενον, ἀλλὰ γλίσχροι καὶ παχεῖς χυμοί, οὐ δεῖ φλεβοτομεῖν, ἀλλὰ κεχρῆσθαί τισι μᾶλλον ἀποζέμασι τοῖς λεπτύνειν ἄνευ τοῦ θερμαίνειν δυναμένοις, καὶ μὴ ἐπιτάττειν ἅπερ ἀποτολμῶσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ἕρπυλλον, ἢ καλαμίνθην, ἢ ὕσσωπον, ἢ ὀρίγανον, ἢ πήγανον προσφέρειν τούτοις· οὐκ εἰδότες, ὅτι μειζόνως ἀδικοῦσιν, ἤπερ μᾶλλον ὠφελοῦσι τοὺς κάμνοντας. εἰ γάρ τι καὶ λεπτύνειν δοκοῦσι τὴν ὕλην, ἀλλ' οὖν ἄλλως βλάπτουσι, δριμυτέρους ἐργαζόμενοι τοὺς πυρετούς. σπουδάζειν οὖν μᾶλλον ἐκεῖνα ζητεῖν, ὅσα ῥύπτειν καὶ λεπτύνειν οἶδεν, ἄνευ τοῦ θερμαίνειν.

ἔστι

dum nimirũ excremẽta propter meatus occlusos non perspirant, fiuntq; acriora. Aduertere igitur animum hic, & internoscere oportet, sola'ne copia, an crassities sola, et humorũ lentor obstructionẽ effecerit. Si enim copia pepererit, ante omnia sanè per sanguinis mißionẽ uacuatio tẽtãda est: deinde sic particularibus utendũ præsidijs, quæ laxare, discutere, uel extenuare possunt. Nã si uacuatione omissa laxantib. quispiã, aut discutientib. uti uoluerit, malorũ magnorum autor erit. quippe obstructionẽ multo adhuc maiorẽ reddet, discutientib. ante concoctionẽ aut euacuationẽ usus remedijs. Quòd si non copia, sed uiscosi craßiq; humores obstructionẽ procreārint, sanguis mittendus non est, sed decoctis potius quibusdam utendum, quæ extenuare possunt, ita ut non calefaciant: nec adhibenda his, quæ uulgares medici temerè audent, serpyllum, aut calaminthen, aut hyssopum, aut origanum, aut rutã: ignari quòd multo magis offendant, quàm iuuent ægros. Etsi enim materiam attenuare nonnihil uideantur, alia tamen ratione offendunt, dum febres reddunt acriores. Quare illa potius quærere conabimur, quæ abstergere & attenuare citra caliditatẽ nouimus.

Hoc aūt in numero habetur oxymeli, quod & generose abstergit, et febres non exacuit. Atqui nec hoc in omnibus uerum existit. In quib. enim crassa recremēta occasionē morbi præbēt, quæ et obstructionē excitarint, & febrim accēderint diariā, à calore, aut siccitate crassitiem & lentorem consecuta, quemadmodum id in rebus plus æquo coctis, aut assatis nimiū fieri cernimus, neq; his oxymeli exhibēdum est. neq; in quib. siccius est tēperamētum, aut mœrores quidam, aut lassitudines, aut ira, aut solicitudo, aut uigiliæ præcesserunt. Etsi enim talia non admodum calefaciant, tamen siccando materiam adhuc magis crassam faciunt, quàm, ut arbitrātur, attenuent. Quæ enim à siccitate coacta fuerint, & crassiora quàm prius euaserint, nunquā eiusmodi siccās aliquod medicamētū attenuare potest. Ego siquidē in huiusmodi tēperamentis subinde spectaui, quod oxymeli cuipiam propinatū, pro eo quòd urinas prouocare debet, retentionē potius, et obstructionē materiæ pepererit, ut hinc etiam febres magis fuerint auctæ. Verùm cum uulgares isti causam ignorēt, ad alia eā referunt. Quapropter illis tantū exhiberi debet oxymeli, in quib. cruda crassaq; et frigida recremēta hærent:

ἔστι δ' ἐν τούτοις τὸ ὀξύμελι καὶ ῥύπτον γενναίως, καὶ τοὺς πυρετοὺς μὴ παροξῦνον. ὅτι ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο ἀληθὲς ἐπὶ πάντων. ἐφ' ὧν γάρ εἰσι τὰ παχέα τῶν περιττωμάτων αἴτια, ἅτινα καὶ τὴν ἔμφραξιν εἰργάσαντο, καὶ τὸν ἐφήμερον ἀνῆψαν πυρετόν, ὑπὸ θερμότητος ἢ ξηρότητος ὑπομείναντα τὴν παχύτητα καὶ τὴν γλισχρότητα, καθάπερ ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῶν πλέον ἑψομένων ἢ ὑπερωπτημένων τοῦτο γινόμενον. ἐπὶ τούτων οὐδὲ τὸ ὀξύμελι δεῖ παρέχειν, οὐδὲ μὴν ἐφ' ὧν ἐστι ξηροτέρα ἡ κρᾶσις, ἢ λῦπαι τινές, ἢ κόποι προηγήσαντο, ἢ θυμός, ἢ φροντίς, ἢ ἀγρυπνία. εἰ γὰρ καὶ μὴ πάνυ θερμαίνει τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ ξηραίνειν ἔτι μᾶλλον ἐπιπαχύνει τὴν ὕλην, ἤπερ ὡς νομίζουσι λεπτύνειν. ὅσα γὰρ ὑπὸ ξηρότητος ἐπάγη, καὶ παχύτερα γέγονεν ἑαυτῶν, οὐδέποτε τὰ τοιαῦτα λεπτύνειν δύναταί τι τῶν ξηραινόντων. ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην πολλάκις ἐπὶ τῶν τοιούτων κράσεων, ὅτι δοθὲν ὀξύμελί τινι, ἀντὶ τοῦ προτρέψασθαι τὰ οὖρα, ἐποχὴν καὶ ἔμφραξιν τῆς ὕλης εἰργάσατο μᾶλλον, ὥστε καὶ τοὺς πυρετοὺς ἐπὶ πλέον αὐξηθῆναι διὰ τοῦτο. ἀλλὰ τὸ αἴτιον οὐκ εἰδότες, ἐπ' ἄλλας τὴν αἰτίαν ἀναφέρουσιν. ἐπ' ἐκείνων οὖν ἁρμόζει μόνων ἐπιδιδόναι τὸ ὀξύμελι, ἐφ' ὧν ἵδρυται ὠμά τε καὶ παχέα καὶ ψυχρὰ περιττώματα, καὶ

καὶ τοῖς φλεγματώδη καὶ ὑγρὰν ἔχουσι τὴν κρᾶσιν, ἐφ' ὧν καὶ ἀπεψίαι καὶ πλησμοναὶ, καὶ ἐν ἀργίαις μᾶλλον ὁ βίος ἐγένετο. ἐπιτήδειον γὰρ αὐτῶν καὶ ἐπιτήδειόν ἐστι, καὶ ἔτι γλίσχρον ἐστὶ, καὶ παχὺ, ὑπὸ ψυχρῶν ἐδεσμάτων ἢ πομάτων ἀθροισθὲν, ἁπάντων δὲ τῶν ἄλλων, ὅσαπερ ἐπιτάττουσιν αὐτοῖς ἐν τῷ λουτρῷ ἀποσμήχεσθαι οἱ ἰατροὶ, σάπωνα καὶ μέλι, καὶ ἀφρόνιτρον· ταῦτα λεπτῦναι μᾶλλον καὶ ἐκφράξαι δύναται. πλὴν μέντοι καλόν ἐστιν ἐπὶ τῶν θερμοτέρων κράσεων, οὐ μόνον ὀξυμέλιτος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀποζεμάτων ἀφίστασθαι τῶν ξηραίνειν ἢ θερμαίνειν δυναμένων, ὑγραινούσῃ δὲ μᾶλλον καὶ εὐκράτῳ χρῆσθαι διαίτῃ, μηδὲν ἐχούσῃ τὶ ξηρὸν ἢ δριμύ. πτισάνη γὰρ αὐτοῖς ἐπιτηδειοτάτη, καὶ ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν. καὶ γὰρ μετὰ τοῦ ὑγραίνειν, ἔχει τι καὶ ῥυπτικὸν καὶ λεπτυντικόν. προσπλεκέσθω δὲ αὐτῇ μικρὸν ἀπομέλιτος. ἔχει γὰρ καὶ αὐτὸ ῥυπτικόν τι, μετὰ τοῦ μηδὲν ἔχειν θερμόν. καὶ ἰχθύες δὲ τούτοις ἐπιτήδειοι. καὶ γὰρ ἡ ἐξ αὐτοῦ τροφὴ καὶ πέττεται καλῶς, καὶ οὐδαμῶς ἐνίσχεται. καὶ τῶν κατοικιδίων ὀρνίων τὰ πτερὰ, καὶ οἱ καυλοὶ τῶν θριδάκων, καὶ τὰ ἔντυβα, καὶ τὰ τρώξιμα. οὕτω μὲν οὖν χρὴ διαιτᾶν ἐκείνους, ὑφ' ὧν ὑπὸ θερμότητος ἔδοξέ σοι τὰ περιττώματα γεωδέστερα καὶ παχύτερα ἑαυτῶν γεγονέναι. εἰ δὲ μηδὲν

hærent: adhæc qui pituitoso & frigido sunt temperamento: in quib. etiã cruditates, repletiones et ociosa potius uita præcesserit. In his nãq; ipsis idoneum existit, & si quid uiscosum inhæret, & crassum, à frigidis cibis aut potionibus collectum. Ex omnibus autẽ alijs quæ medici ipsis in balneo ad extergendã cutẽ, ut saponẽ, mel et aphonitrũ præcipiũt, hæc magis attenuare, et meatus obstructos liberare possunt. Verũtamẽ in calidiorib. tẽperamẽtis nõ solũ ab oxymelite, sed alijs quoq; decoctis, quæ siccare aut calefacere possunt, abstinendum censeo: uictu aũt utẽdũ humido magis, & temperato, qui nihil siccũ et acre in se habeat. Quare ptisana, et foris et intus est eis aptißima, ut quæ præterquàm ꝙ humectet, etiã abstersoriũ nõnihil, et attenuatoriũ obtineat. Admisceatur aũt ei apomelitis paululũ: nam id quoq; abstersorium quippiã citra ullũ calorẽ possidet. Iã pisces hisce cõueniũt: quippe alimẽtũ inde prouenien, & probè cõcoquitur, et nequaq̃ meatib. inhærescit: adhæc gallinarũ cohortaliũ alæ, et lactucarũ caules, intybi, et troxyma. Hac igitur uictus ratione illi sustentandi sunt, in quibus recrementa terrestria magis, & crassiora q̃ fuerint, à calore facta censueris. Sin

Sin autem nihil tale fuerit, pituitosiora uerò ea tibi appareant, quæ obstructionem excitarint, tunc confidenti animo etiam decoctum apij, anisi, adianthi, & oxymeli non modò simplicius, sed etiam compositum propinato. Nam in frigidiorib. temperamentis, & in quibus materia pituitosior est, & humidior, in his id quod à diuinissimo Galeno dicitur, uerißimum existit, nempe quòd oxymeli tũ abstergit generosè, tũ febres nõ exacuit: in naturis aũt biliosioribus, & magis melancholicis, rarissimè exhibendum. Porrò quòd in uiribus iam magis debilitatis nullus eo uti debeat, id quoq; ijs constare arbitror, qui Hippocratis scripta didicerunt, & experientia quoq; perceperunt, quòd uim etiam radendi intestina obtineat. Multas siquidẽ noxas, & commoditates continet. Ac diligenter is, qui uelit aut oxymeli, aut herbarum dilutum aut aliud quoddam incisorium curationis gratia exhibẽre, tum facultatem eius quod propinatur, tum quantitatem, tum qualitatẽ, tum ordinem, tum ne temerè & indistinctè in omnibus utatur remedijs, diligenter cognoscere debet. Hoc enim ad præstantißimum quemq; medicum pertinet, ut omnia perquirat, curioseq; examinet, et præsidia cõsideratè distincteq; admoueat.

μηδὲν εἴη τοιοῦτον, φλεγματικώτερα δὲ σοὶ φαίνοιτο τὰ τὴν ἔμφραξιν ἐργασάμενα, τηνικαῦτα θαῤῥῶν δίδου καὶ ζέμα σελίνου καὶ ἀνίσου, καὶ ἀδιάντου, καὶ ὀξύμελιτος, μὴ μόνον τοῦ ἁπλουστέρου, ἀλλὰ καὶ τοῦ συνθέτου. ἐπὶ γὰρ τῶν ψυχροτέρων κράσεων, καὶ ἐφ' ὧν ἐστι φλεγματικωτέρα καὶ ὑγροτέρα ὕλη, ἐπὶ τούτων ἐστὶν ἀληθέστατον τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ θειοτάτου γαληνοῦ, ὅτι τὸ ὀξύμελι καὶ ῥύπτει γενναίως, καὶ τοὺς πυρετοὺς οὐ παροξύνει. ἐπὶ δὲ τῶν χολωδεστέρων καὶ μελαγχολικωτέρων σπανιώτατα. ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἤδη δυνάμεων οὐκ ἄν τις αὐτῷ χρήσαιτο, καὶ τοῦτ' οἶμαι δῆλον εἶναι τοῖς μεμαθηκόσι τὰ ἱπποκράτους, καὶ προσομιλήσασι καὶ τῇ πείρᾳ μάλιστα, καὶ ὅτι ξυστικὸν ἔχει τῶν ἐντέρων. πολλὰς γὰρ βλάβας καὶ ὠφελείας ἔχει, καὶ ἀκριβῶς δεῖ ἐπίστασθαι τὸν ἐθέλοντα δοῦναι ἢ ὀξύμελι, ἢ βοτάνης ἀπόβρεγμα, ἢ ἄλλο τι τῶν τεμνόντων, θεραπείας χάριν, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ τοῦ διδομένου, καὶ τὸ ποσὸν, καὶ τὸ ποιὸν, καὶ τὴν τάξιν, καὶ μὴ ὡς ἔτυχεν ἀπροσδιορίστως ἐπὶ πάντων κεχρῆσθαι τοῖς βοηθήμασι. τοῦτο γάρ ἐστι καὶ ἀρίστου ἰατροῦ, τὸ ζητεῖν ἅπαντα καὶ πολυπραγμονεῖν, καὶ μετὰ προσδιορισμοῦ προσφέρειν τὰ βοηθήματα.

Περὶ

De

Περὶ τῶν ἐπὶ σήψει πυρετῶν. β.

Ὅτι πάντες οἱ συνεχεῖς πυρετοὶ τὴν γένεσιν ἔχουσι τῆς ὕλης τῆς ἐξαπτούσης αὐτοὺς ἐντὸς τῶν ἀγγείων ὑπαρχούσης καὶ σηπομένης, ἅπασιν ὁμολογεῖται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ συνεχὲς ἔχουσι, καὶ οὐδὲ κινοῦσι ῥῖγος, ὅτι μὴ φέρεται περὶ τὰ ἐκτὸς, καὶ δάκνει τὰ αἰσθητικὰ μόρια, ὡς ἐπὶ τῶν διαλειπόντων. ὅθεν ἐπὶ τῶν συνεχῶν, ἐὰν, φησὶ, ῥῖγος ἐπιγίνηται, σημεῖον ἀγαθὸν εἶναι. καὶ ἔστιν ἰδεῖν τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν καύσων· ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς τοῦτο καὶ ὁ θειότατος Ἱπποκράτης, ἔνθα φησὶν, ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ῥίγεος ἐπιγενομένου, λύσις. ἐδόξασαν δέ τινες καὶ τοὺς διαλείποντας ἐντὸς τῶν ἀγγείων εἶναι, ὥσπερ καὶ τοὺς συνεχεῖς, καὶ μηδὲν ὅλως διαφέρειν κατὰ τὸν τόπον, ἀλλὰ κατὰ τὸ ποσὸν καὶ ποιόν. ἐπὶ μὲν γὰρ συνεχῶν καὶ πολλὴν εἶναι καὶ παχεῖαν τὴν ὕλην ὑποληπτέον, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἐκτὸς τῶν ἀγγείων ἐκπέμπειν δύνασθαι. τὴν δὲ τῶν διαλειπόντων, λεπτοτέραν, καὶ ἐπιτηδειοτέραν εἰς τὸ ἐκτὸς φέρεσθαι· ὅτι δὲ τοιοῦτόν ἐστι καὶ ἐπὶ τῶν διαλειπόντων, καὶ ἐκτὸς τῶν ἀγγείων σήπεται ἡ ὕλη, δηλοῦσι καὶ τὰ οὖρα. τὴν γὰρ ὕλην αὐτὴν ἐπιδεικνύουσιν ἡμῖν, τὴν φθάσασαν ἤδη σαπῆναι·

καὶ

De febribus ex putredine creatis. Cap. 2.

Quòd omnes febres continẽtes ex materia quæ eas incendit, intra uasa subsistẽte, et putrescente generantur, omnibus in confesso est. Atq; idcirco etiã continuationẽ habent, neq; rigorẽ mouent, qui in externã cutẽ feratur, sensibilesq; particulas rodat, ut in his quæ intermittunt, fieri solet: unde in continentibus, si, inquit, rigor superueniat, bonũ est indicium. Atq; hoc in ardentibus, quas causos Græci appellant, etiã uidere licet. Docuit aũt nos id quoque diuinissimus Hippocrates, ubi ait: si ei qui ardente febri laborat, rigor superueniat, morbi solutio expectanda est. Porrò sunt nõnulli, qui etiã febres intermittentes intra uasa consistere, quẽadmodũ & cõtinentes arbitrentur, ac nihil prorsus loci, sed quãtitatis & qualitatis ratione differre. Etenim in cõtinuis, et multã et crassam esse materiã existimare cõuenit: atq; ideo neq; extra uasa emitti posse, intermittẽtiũ uerò tenuiorẽ, et ut in extimã cutẽ efferatur, magis idoneam. Porrò huiusmodi etiã intermittẽtib. accidit, et materia extra uasa putrescit, urinæ quoq; testantur. quippe materiã ipsã, quæ iã dudũ cõputruerit, repræsentant.

Atq; hinc ſanè integra morbi tẽpora coniectura deprehẽdimus, quando ſcilicet concoctionis initium morbus habet, quando incrementum, & ſtatum. Alij uerò non de loco ſolum in quo conſtituuntur, et generatione quam febres habẽt, diſſentiunt, ſed etiã de materia ipſa, unde procreantur. Nonnulli etenim in uniuerſum febres ex bile incendi dixerũt, cum febris res quæpiam calida ſit, et ſicca: talis autem bilis quoq; exiſtat ad generandos huiuſmodi affectus accommodata. Alij uerò ipſorũ nõ bilem, ſed pituitã cauſantur, eo ꝙ hæc rurſus ad putreſcendum obturandumq; non parũ eſt idonea, cũ humida ſit & craſſa. Iam hoc quoq; nobis indicat ipſum pituitæ uocabulũ, quod phlegma græcè dicitur, à uerbo phlegin, quod eſt inflammare. Nã phegma eo ꝙ inflammet ipſum et calefaciat, dictum eſt: atq; hoc ſanè palã eſt abſurdum. Cæterùm de humore melancholico nõnulli opinati ſunt, nunquã ipſum febrim poſſe incẽdere, eo ꝙ frigidus ipſe ſit natura et ſiccus, nihilq; habeat humidi aut calidi, unde putredines generentur. Nihil itaq; mirum eſt, quoſdã putare melancholicũ humorem neutiquam planè putredinem recipere. Non deſunt, qui in uniuerſum febrim nunquam à putredine fieri pronunciarint.

καὶ δὴ ἐκ τούτου τοὺς ὅλους καιροὺς τῆς νόσου τεκμαιρόμεθα, καὶ πότε τοῦ πέττεσθαι τὴν ἀρχὴν ἔχει, πότε δὲ ἀνάβασιν, καὶ ἀκμήν. ἕτεροι δὲ οὐ περὶ τοῦ τόπου μόνον ἐν ᾧ συνίστανται, καὶ τῆς γενέσεως, ἣν ἔχουσιν οἱ πυρετοὶ, διαφέρονται, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς ἐξ ἧς συνίστανται. οἱ μὲν γὰρ εἰρήκασιν ἀνάπτεσθαι καθόλου τοὺς πυρετοὺς ἐκ τῆς χολῆς. θερμὸν γάρ τι πρᾶγμα καὶ ξηρὸν ὁ πυρετός. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ χολὴ πρὸς τὸ γεννῆσαι ταύτην ἔχουσα τὴν ἐπιτηδειότητα. οἱ δέ γε αὐτῶν οὐ χολὴν, ἀλλὰ τὸ φλέγμα αἰτιῶνται, διότι πάλιν τοῦτο πρὸς τὸ σήπεσθαι, καὶ σφηνοῦσθαι, πολλὴν ἔχει τὴν ἐπιτηδειότητα, διὰ τὸ ὑγρόν τε καὶ παχύ. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡμῖν καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ φλέγματος ὄνομα. διὰ γὰρ τὸ φλέγειν αὐτὸ καὶ θερμαίνειν, εἴρηται φλέγμα. καὶ τοῦτο μὲν ἐστι φανερῶς ἄτοπον. περὶ δὲ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ ἔδοξάν τινες, μηδέποτε αὐτὸν δύνασθαι ἐξάπτειν πυρετὸν, διὰ τὸ ψυχρὸν αὐτὸν εἶναι φύσει, καὶ ξηρὸν, καὶ μηδὲν ὑγρὸν ἔχειν ἢ θερμὸν, ἐξ ὧν αἱ σήψεις γεννῶνται. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστι δόξαι τινὰς, ὅτι μηδὲ ὅλως ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς ἐπιδέχεται σῆψιν. εἰσὶ δέ τινες οἵπερ ἀπεφήναντο, καθόλου μηδέποτε πυρετὸν γίνεσθαι ὑπὸ σήψεως.

ἐκκαίε-

Nam

ἐκκαίεσθαι γὰρ τοὺς χυμοὺς ἐν ταῖς φλεψὶν, οὐ σήπεσθαι λέγουσιν. εἰ γὰρ ἦν τοῦτο, φασὶ, τί δή ποτε μὴ καὶ ἐν τοῖς ἀγγείοις, εἴ γε ἡ σῆψίς ἐστιν, ἕλμινθες ἢ ἄλλα τινὰ τῶν θηρίων ὁρᾶται τικτόμενα, ὥσπερ ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ ἐν ἄλλοις μορίοις; οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς ἁπάντων ἔστι τοῦτο θεάσασθαι, ὡς τὰ σηπόμενα γεννᾷν πέφυκε ποικίλων θηρίων ἰδέας, ὧν οὐδὲν ὤφθη ποτὲ διὰ οὔρων ἐκκριθέν. δεῖ οὖν λέγειν σήπεσθαι καὶ ἐξάπτεσθαι, καθάπερ ἔστιν ἰδεῖν τοῦτο ἐπί τε πίσσης καὶ ἀσφάλτου γιγνόμενον, ἢ καλάμων, ἢ θρυαλλίδων, καὶ ἄλλων δὲ πολλῶν, ὅσα ἑτοίμως ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἔχει τὸ πάσχειν, καὶ ἐξάπτεσθαι. οὕτως οὖν τινὰ καὶ σπινθῆρος ὀλίγου τυχόντα, εἰς πολλὴν καὶ ἄμετρον ἐξήφθη φλόγα, ὥστε μὴ μόνον τὰ πλησίον, ἀλλὰ καὶ τὰ πορρωτέρω πάντα ἐμπυρευθῆναι. τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ ἡμῶν γίνεται, φασίν. ἄρχεται μὲν γὰρ ἐκπυροῦσθαι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκκαίεσθαι, οὐ γὰρ δὴ σήπεσθαι. καὶ αὐτὸ λέγειν, ὅπερ ἐὰν μὴ τύχῃ τῶν ὑγραινόντων καὶ ἐμψυχόντων, ἐπικιρνᾶν αὐτὸ καὶ πραΰνειν δυναμένων, ἐπινέμεται καὶ τὰ πλησίον, καὶ τούτων αὐτῶν ἐκεῖνο δηλονότι πρῶτον, ὅπερ ἂν εὑρεθῇ τούτων ἐπιτηδειότερον εἰς τοῦτο. οὐ μόνον δὲ τὸ σήπεσθαι ἐν τοῖς ἀγγείοις τὴν ὕλην, οἶμαι, διαφέρονται, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ τρόπου τῆς σήψεως. οἱ μὲν

Nã humores in uenis exardescere, nõ putrefieri dictitant. Si nãque hoc esset, inquiunt, cur tãdẽ nõ etiã lumbrici, aut aliæ quædã bestiæ in uasis, si putrefactio est, gigni cernuntur, quemadmodũ in uentre & alijs particulis? Quinetiam in externis omnibus hoc spectare licet, quòd quæ putrescunt, uariarum rerũ species generare solẽt, quarũ nullã unquã per urinas excerni uisa est. Dicẽdũ igitur est putrescere & incẽdi, ut uidere id licet in pice & bitumine, aut arũdinibus, aut chartis, alijsq; multis fieri, quæ promptè ab igne afficiuntur, incendũturq;. Sic igitur nonnulla etiam scintillã modicã nacta, magnam & immensam flammã excitarunt, ut non solũ uicina, sed etiã omnia lõgius sita combusserint. Tale quid etiã in nobis, inquiũt, accidit. Incipit enim spiritus inflãmari, atq; exardescere: non enim iam computrescere ipsum quoq; dicendum est: quia nisi spiritus humectantia & refrigerãtia, quæ ipsum contemperare & mitigare possint, consequatur, etiam uicina depascitur. Atque ex his ipsis ille nimirum primus est, qui ad hoc magis idoneus inueniri poterit. Non solum autem de putrescenda in uasis materie, ut opinor, dissentiunt, sed etiã de putrefactionis modo.

Alij siquidem ipsam ex calido et humido, nimirum humiditate fieri dixerunt, ad uetera & putrefacta ligna respicientes. Sic enim res habere uidetur, ac puto utrosque uera dicere, fieriq; nonnunquam etiam putredinem ex siccitate, magis autem adustione. Nonnulli uerò medicorũ nullam prorsus in uenis putredinem fieri, sed magis in uentre existimarunt. Eius autem rei fidem faciunt tũ ex uermibus, quæ in eo generantur, tum ex recrementis subductis, quæ & malũ odorem, & ad putredinem nihilominus inclinationem repræsentent. Indicant hoc quoq; uomitus, inquiunt, qui crebrò tam perfectè febres exciderunt, ut æger nõ amplius malã accessionẽ sit expertus. Iam alios rursus à febri liberatos ex una & sola sorbitione, uel iniectione conspexisse. uerùm non ex his modò, sed alijs quoq; multis accuratè uidere licet, quòd uenter etiam febrium ex putredine ortarũ causa existat: forsan autem aliarum quoque fons & origo ipse propriè existit.

οἱ μὲν γὰρ ταύτην εἰρήκασιν ἐκ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ, δηλονότι τῆς ὑγρότητος, εἰς τὰ παλαιὰ καὶ σεσηπότα τῶν ξύλων ἀποβλέποντες. ὁρᾶται γὰρ οὕτως ἔχον. καὶ οἶμαι ἀμφοτέρους ἀληθεῖς εἶναι τοὺς λόγους, καὶ γίνεσθαί ποτε καὶ διὰ ξηρότητα σῆψιν, μᾶλλον δὲ ἔγκαυσιν. τινὲς δὲ τῶν ἰατρῶν οὐδὲ ὅλως ἐν ταῖς φλεψὶν ἔδοξαν γίνεσθαι τὴν σῆψιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῇ γαστρί. πιστοῦνται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ τικτομένων ἑλμίνθων, καὶ ἐκ τῶν διαχωρημάτων ἐκκρίσεως ἐχούσης τὸ δυσῶδες, καὶ τὴν ἐπιτηδειότητα τῆς σήψεως ἐμφαινούσης οὐδὲν ἧττον. δηλοῦσι τοῦτο καὶ ἔμετοι, φασί, πολλάκις οὕτω τελέως ἐκκόψαντες τοὺς πυρετούς, ὡς μηκέτι δυσπαροξυνθῆναι τὸν κάμνοντα. καὶ ἄλλους δὲ πάλιν ἀπυρέτους γενομένους ἐξ ἑνὸς καὶ μόνου ἐπιρροφήματος ἑωρᾶσθαι, ἢ ἐνέματος. οὐ μόνον δὲ ἐκ τούτων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν ἐστιν ἰδεῖν ἀκριβῶς, ὡς ἡ γαστὴρ αἰτία καὶ τῶν κατὰ σηπεδόνα πυρετῶν, τάχα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀρχὴ καὶ πηγὴ κυρίως αὐτὴ καθέστηκεν.

Notæ febris ex putredine.

In primis sanè scire conuenit: febres quæ ex putredine oriuntur, nõ solũ ab externa causa, sed etiam ex diariarum febrium degeneratione originem habere.

Διάγνωσις τοῦ εἶναι τὸν πυρετὸν ἐπὶ σήψει.

Εἰδέναι χρὴ πρό γε πάντων, ὡς οὐ μόνον ἀπὸ προκαταρκτικῆς αἰτίας ἔχουσιν οἱ ἐπὶ σήψει πυρετοὶ τὴν γένεσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ μεταπτώσεως τῶν ἐφημέρων πυρετῶν.

Co- γνω-

γνώσῃ δὲ τὴν μετάπτωσιν τῶν πυρετῶν ἐκ τριῶν τούτων μάλιστα σημείων. πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦ τὸ προηγησάμενον ἐφήμερον πυρετὸν μὴ εἰς καθαρὸν τελευτᾶν διάλειμμα· δεύτερον, καὶ τὸ μὴ γίνεσθαι τὴν ἀκμὴν εὔφορον· καὶ τρίτον, τὸ μὴ παύεσθαι μετὰ νοτίδος τὴν ἀκμὴν, ἢ μετὰ ἱδρῶτος. ταῦτα τὰ σημεῖα σαφέστατά εἰσι τοῦ μεταπίπτειν τὸν ἐφήμερον πυρετὸν εἰς τοὺς ἐπὶ σήψει. εἰς ποῖον δὲ ἄλλον πυρετὸν μεταπίπτειν μέλλει, στοχάζεσθαι δεῖ καὶ διαγινώσκειν οὕτως. εἰ μὲν γὰρ ὠχρὸς εἴη καὶ ἄγρυπνος, καὶ φροντιστικὸς, καὶ ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν, γίνωσκε ὡς χολὴ πᾶσα τὸν τριταῖον αὔξει πυρετόν. εἰ δὲ λευκὸς, καὶ ἀργὸς τὸν βίον, γίνωσκε ὅτι ἀμφημερινός ἐστιν· ὥσπερ καὶ εἰ μολιβδόχρους, τεταρταῖος. καὶ ταῦτα μὲν τὰ σημεῖα τῆς ἐκ μεταπτώσεως ἐφημέρων πυρετῶν ἐστιν εἰς τοὺς ἐπὶ σήψει. λοιπὸν δὲ καὶ καθόλου παρέπεται αὐτοῖς ὃ μηδενὶ τῶν ἄλλων ὑπάρχει πυρετῶν, οἷον ῥῖγος, ἢ φρίκην, ἢ περίψυξιν ἐπιγίνεσθαι, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν διαλειπόντων. ἐπὶ γὰρ τῶν συνεχῶν, τούτων οὐδέν τι συμβαίνει, ἀλλὰ καὶ εἰ συμβῇ ἢ φρίκη, ἢ ῥῖγος, ἐπὶ τῶν ἡμιτριταίων τὸ τοιοῦτον συμβαίνει. καὶ ἡ ἀνώμαλος τῶν σφυγμῶν κίνησις. καὶ ἡ θερμασία δὲ τούτοις μάλιστα παρέπεται, καὶ τὸ πολλὰς ἀναδιπλάσεις μάλιστα ποιεῖσθαι, καὶ μιμεῖσθαι τὴν τῶν περιστερῶν κόπρον,

τὴν

Cognosces aūt febriū degenerationem ex tribus hisce notis potissimū. prima sanè est, q febris diaria quæ præcessit, nō in puriū desinat interuallū: secūda, quòd status non fiat ad tolerandū facilis: tertia, quòd status non desinat madore, aut sudore. Hæc sunt indicia manifestissima, quòd febris diaria in putridā transierit. At in qualem febris speciem degeneratura sit, hac ratione et coniectura colligere, & internoscere oportet. Si namq; pallidus æger fuerit, uigilijs torqueatur, curis afficiatur, et ætate floreat, scito bilē totā tertianā excitasse febrim: sin aūt albus, & uita ociosus existat, quotidianā esse putato: quemadmodū etiā si plūbei coloris, quartanā. Atq; hæ sanè notæ sunt febriū diariarū, quæ in putridas degenerarunt. Cæterū uerò etiā generatim comitatur eas id, q nulli aliarū febriū adest, ut rigor, aut horror, aut frigus superueniat, præcipuè intermittentibus. Nam in continentibus nihil horum euenit: uerùm etiamsi contingat aut horror, aut rigor, in semitertianis tale incidit. Adhæc inæqualis pulsuū motus, et caliditas has potissimū sequitur, et q multas reduplicationes, quas Græci anadiploses uocāt, præcipuè efficiat, imiteturq; columbarum stercus,

quod

quod secūdum putredinis successionem, ignem accēdit, ac rursus conquiescit. Iam rodens qualitas & ipsa maximū febriū ex putredine ortarū indiciū existit. Apparet etenim in hecticis quoq;, sed in alto magis delitescit, ex putredine uerò ortis febribus rodens qualitas per extimas partes maximè percipitur: insuper maxima & certißima nota est, etiam pulsuū systole citatior, et urinarū cruditas. nam in diarijs semper concoctæ apparent. Tantū etiam de febribus ex putredine internoscendis dictum sit.

De curatione febrium continentium.

Continentes febres solerti diligentia curari debent, subitoq; id faciundum, quod internotio dictauerit, siue sanguinis mißionem, siue purgationem requirat. Maximum enim incommodum est, cùm in omnib. morbis, tum uerò in continentibus, dilatio. Nam febres uehementiores redduntur, dum putredo augescit, et uires imbecilliores fiunt, ut quæ febrium magnitudinem non amplius ferre poßint, neque præterea magnorum præsidiorum aliquod ad curationem admittere queant.

Internotio.

Qui igitur sanguinis mißione indi-

πλὴν κατὰ διαδοχὴν τῆς σήψεως ἀνάπτουσαν πῦρ, καὶ πάλιν παυομένην. καὶ ἡ δακνώδης δὲ ποιότης, καὶ αὐτὸ μέγιστον σημεῖον τῶν ἐπὶ σήψει πυρετῶν. ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἑκτικοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ βάθει μᾶλλον ὑποσμύχεται. ἐπὶ δὲ τῶν ἐπὶ σήψει ἐπιπολῆς* ἡ συναίρεσις τῆς δακνούσης ποιότητος. μέγιστον δὲ καὶ βεβαιότατον σημεῖον, καὶ τὸ τάχος τῶν σφυγμῶν τῆς συστολῆς, καὶ ἀπεψία τῶν οὔρων. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐφημέρων ἀεὶ πεπεμμένα φαίνεται. τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν ἐπὶ σήψει.

Περὶ θεραπείας συνεχῶν.

Τοὺς συνεχεῖς τῶν πυρετῶν ἰᾶσθαι δεῖ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, ὀξέως τε πράττειν ὅπερ ἂν ἡ διάγνωσις ὑπαγορεύσοι, εἴτε φλεβοτομίαν, ἢ κάθαρσιν δεήσει. μέγιστον γὰρ κακόν ἐστιν ἐν πᾶσι τοῖς νοσήμασιν, μάλιστα δὲ ἐν τούτοις, ἡ ἀναβολή. οἵ τε γὰρ πυρετοὶ σφοδρότεροι γίνονται, τῆς σήψεως ἐπιτεινομένης, ἥ τε δύναμις ἀσθενεστέρα γίνεται, οὐκ ἔτι δυναμένη φέρειν τὸ μέγεθος τῶν πυρετῶν, οὔτε ἔτι δύνασθαί τι τῶν μεγάλων βοηθημάτων εἰς θεραπείαν παραλαμβάνειν.

Διάγνωσις.

Τοὺς μὲν οὖν φλεβοτομίας δεομένο-

λεουμένους ἔνεστί σοι διαγινώσκειν οὕτως. ἐρυθρὰ ἔχουσι καὶ ταραχώδη τὰ οὖρα, καὶ σηπεδονώδη, καὶ δριμὺ πλέον φαίνεται. καὶ τὰ ὄμματα χολώδη καὶ ἐρυθρὰ ἴσχουσι, καὶ τὸ ὅλον σῶμα βαρύνεται, καὶ τὰς φλέβας εὐρυτέρας, καὶ ἐν ὄγκῳ μείζονι τοῦ πρόσθεν ἔχουσι. λοιπὸν δὲ καὶ τὰ προηγησάμενα καταδηλόν σοι ποιήσει τὸν πλεονάζοντα χυμόν· καὶ μάλιστα ἡ δίαιτα. θερμοτέροις γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εὑρίσκονται καταχρησάμενοι βρώμασί τε καὶ πόμασι, καὶ οἴνοις πλέοσι, καὶ παλαιοτέροις, καὶ λιπαροῖς κρέασι. πολλοὶ δὲ καὶ ἀσιτήσαντες ἢ θυμωθέντες, ἐνέπεσον εἰς τοὺς ἐπὶ σήψει συνεχεῖς πυρετούς. οἱ δὲ, δι' αἱμορροΐδος ἐποχήν· οἱ δὲ, διὰ πλῆθος αἵματος, ταῦτα μᾶλλον ἴσχουσι τὰ σημεῖα· οἱ δὲ διὰ χολὴν περιττεύουσαν, ἔξωχροί εἰσι μᾶλλον καὶ μελάντεροι. ὅτε δὲ καὶ πλεῖον ὑπεροπτηθῶσιν οἱ χυμοὶ, τότε αὐτοῖς ἐστιν ἔτι μᾶλλον τὰ οὖρα ὠχρότερα, καὶ πολλάκις μελάντερα φαίνεται. καὶ τὰ διαχωρήματα ὡσαύτως δριμέα τε καὶ χολώδη. οὕτως οὖν χρὴ τοὺς πλεονάζοντας χυμοὺς, ὁποῖοί τέ εἰσι γνωρίζειν.

Θεραπεία.

Θεραπεύειν οὖν χρὴ τοὺς διὰ σῆψιν καὶ πλεονασμὸν αἵματος, διὰ φλεβοτομίας. οὐ μὴν ἧττον καὶ τοὺς ὑπὸ χολῆς ὀχλουμένους φλεβοτομήσεις, εἴπερ ἐργῶ-

indigent, eos hoc pacto internoscere tibi licet. urinas habent rubras, turbatas et putridas, multumq; acres, oculos biliosos & rubros: totum corpus graue: uenas latiores, & earū torulos, quàm antea, tumidiores. Cæterùm etiam causæ quæ præcesserunt, humorem redundātem tibi indicabunt, præcipuè uictus ratio. Nā ægri calidiorib. magna parte cibis, potibus, uino liberaliore & magis uetusto, carnibus pinguibus usi deprehēduntur. Multi uerò ex inedia, aut ira in continentes febres, quæ ob putredinem nascuntur, inciderunt: alij ob sanguinis uenarum in ano extantiū, hæmorrhoidas Græci appellāt, retētionē: alij uerò ob sanguinis copiā potius hæc habent indicia: nonnulli ex bile superflua pallidi sunt magis, et nigriores. Quando aūt humores etiam plus æquo adusti fuerint, tunc ipsis urina adhuc magis pallida, et subinde nigrior apparet, et deiectiones similiter acres et biliosæ. Hoc igitur modo humores, qui redundant, qualesq; sunt, cognoscere oportet.

Curatio.

Itaq; febres ex putredine, et sanguinis abūdātia ortæ, uenæ sectione curari debēt. nō tamen minus etiā his sanguinē detrahes, qui à bile infestantur, siquidē furens

ad purgationem idonea craßior, & copia tibi peccare uideatur. Nam perspiratu discutere materiam intus latitantem & putrescentem conducit: quippe minor efficitur, nec permittendũ ut ea propter copiã et craßitiem meatib. infarciatur, & putrescat. Quod si uenæ sectionẽ nõ poßis ob uires ægri imbecilliores, aut ꝙ is sanguinem dimittere metuerit, adhibere, tunc magis ad uictus rationem, quæ refrigerare possit, & humectare, nec nõ attenuare, & diffundere adeò citra calorẽ queat, respicito. Postquam uerò hoc feceris, & materia multo minor, et concoctionis notas habere uideatur, tunc audacter aquã frigidam exhibeto.

De frigidæ potu.

Atq; id facies potißimum, si æger aquam bibere consueuerit: adhæc si nec inflãmatio, aut scirrosus tumor, aut laxus, quod œdema dicitur, particulam quandã possideat. Si enim ex his aliquod apparuerit, aquæ potio uitanda est.

De inflammatione erysipelacea.

Quòd si inflãmatio feruens, & erysipelacea fuerit, tunc frigidæ potum exhibere, ne tentaueris. Prædicito autẽ id quod futurum sit, nempe ꝙ feruor febris extinguetur quidem necessariò, ipsa

σα φαίνοιτό σοι καὶ ἐπιτηδεία πρὸς κάθαρσιν, καὶ παχυτέρα, καὶ τῷ πλήθει λυποῦσα· διαπνεῦσαι γὰρ χρεία τὴν ἔνδον ἐμφωλεύουσαν ὕλην, καὶ σηπομένην· ἐλάττων γὰρ γίνεται· καὶ μὴ συγχωρεῖν σφηνοῦσθαι καὶ σήπεσθαι διὰ τὸ πλῆθος, καὶ τὴν παχύτητα. εἰ δὲ μὴ δύνῃ φλεβοτομίαν παραλαβεῖν, διὰ τὸ τὴν δύναμιν ἀσθενεστέραν εἶναι, ἢ διὰ τὸ δεδοικέναι φλεβοτομηθῆναι τὸν κάμνοντα, τότε πλέον ἀπόβλεπε πρὸς τὴν ψύχειν τε καὶ ὑγραίνειν δυναμένην δίαιταν, ἀπολεπτύναι τε καὶ διαχέειν. ἐπὶ τοσοῦτον ἐκτὸς τοῦ θερμαίνειν. ἐπειδὰν δὲ τοῦτο πράττων τὸν ἐλάττων φανῇ, καὶ πολὺ μειωθεῖσα ἡ ὕλη, καὶ τὰ τῆς πέψεως ἔχουσα σημεῖα, θαῤῥῶν ἐπιδίδου ψυχρὸν ὕδωρ.

Περὶ ψυχρᾶς πόσεως.

Καὶ μάλιστα εἰ καὶ ὁ κάμνων ἔθος ἔχει τοῦ πίνειν ὕδωρ, καὶ πρόσετι εἰ καὶ μὴ φλεγμονὴ ἢ σκιῤῥώδης ὄγκος ἢ οἰδηματώδης ὑπάρχει περί τι τῶν μορίων. εἰ γάρ τι φανείη τούτων, φυλάττεσθαι τὴν τοῦ ψυχροῦ πόσιν.

Περὶ φλεγμονῆς ἐρυσιπελατώδους.

Εἰ δὲ καὶ φλεγμονὴ ζέουσα καὶ ἐρυσιπελατώδης οὖσα τύχῃ, τότε μὴ προσενεχθῇς δοῦναι τὴν τοῦ ψυχροῦ πόσιν. πρόλεγε μέντοι τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ὡς σβεσθῆναι μὲν τὸ ζέον τῶν πυρετῶν ἀνάγκη, ἀπύ-

ἀπύρετον μέντοι μὴ παντάπασι γίνεσθαι, ἀλλ' ἐν χρόνῳ τινὶ ἀκινδύνως, καὶ κατὰ μέρος ἀποπαύεσθαι τὸ περιλειφθὲν ἔτι, καὶ οἷον λείψανον ὑπάρχον τοῦ πυρετοῦ. ἐγὼ γοῦν ἐπί τινος ἐρυσίπελας ἔχοντος, καὶ νοσοῦντος καυσώδη καὶ συνεχῆ πυρετὸν, οἶδα δεδωκὼς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, καὶ παρ' αὐτὰ σβέσας τὸ σφοδρὸν τοῦ πυρετοῦ, ἐκτός τε κινδύνων ποιήσας τὸν κάμνοντα, κινδυνεύοντα διαφθαρῆναι ὑπὸ τῶν ἀκαίρων καταπλασμάτων καὶ ἐπιχρισμάτων, ὡς εἰώθασι πάντοτε προσφέρειν ἀεὶ πάντων οἱ ἰατροί.

Σημεῖα περὶ τῶν ἐχόντων ἐρυσιπελατώδη φλεγμονήν.

Κολλύριον τοῦ μαξιμιανοῦ.] In altero nostrorum codicum inuenimus, κολλύριον τὸ μαξιμιανὸν, eodem sensu.

Pagina 154. uersu 1.

Hic locus tam multis mendis & peruersionibus scatet, ut propter orationis structuram amputatam, sensus ipse scribentis intelligi non posit, nisi forte ita legatur: ἐπὶ δὲ τῶν μυοκεφάλων, καὶ ὑποπύων, μετὰ τὴν χρίσιν ἐπιδεόμενον τὸ ὄμμα, ἢ ῥάκος λινοῦν εἰς ὕδωρ ἐμβρέχοντα ψυχρὸν, ἢ σπόγγον καὶ αὐτὸν ὕδατι βεβρεγμένον ἔχοντα πέριξ ῥάκος, ὥστε μὴ σύγκαυσιν ὑπομεῖναι τὸ ὄμμα. Totam hanc rem uiri docti expendant, & de ea iudicent. Cæterum ratio curandi ὑποπύους διὰ μελικράτου, ex libro 14. Methodi medendi Claud. Galeni huc translata est.

Pagina eadem, uersu ultimo.

οὐδὲ τὴν ὀσμὴν αὐτοὶ φέροντας.] Rectius meo iudicio, οὐδὲ τὴν ὀσμὴν αὐτοῦ φέροντας. Est enim scammoniæ radix (ut Dioscorides scribit) βαρύοσμος, & (ut Plinius ait) nauseosa.

Pagina 156. uersu 9.

Harum dictionũ altera superuacanea est. Nam recentiores Græci Psellus & Simeon Sethi μαρούλια, uel μαρούλια appellant, quas θριδακίνας alij scriptores uocant.

Pagina eadem, uersu 31.

Vterque noster codex hanc scripturam habet: legendum tamen meo iudicio est, ἀναῤῥαφῆναι δηλονότι, προσπλέκεσθαι δεῖ τινὰ τῶν σιτωδῶν ταῖς ὄρνισι, &c.

Pagina 158. uersu 26.

ὑποπύους ὀφθαλμοὺς] ὑπόπυοι ὀφθαλμοὶ dicuntur oculi, quorum totus orbis, aut dimidium pure occupatur. Lege Galenum lib. 14. θεραπευτικῆς μεθόδου.

Pagina 159. uersu 18.

Asteriscus

Asteriscus apponendus erat ad uerbum σπαβίτη, *quo ostenderemus* Paulum Aeginetam οἴνου σπαβίτου *meminisse in capite* περὶ χιλίγρας *libro tertio.*

Pagina 160. uersu 16.

Καὶ ἀναφρίβει] Emendo, καὶ ἀνάφριβε.

Pagina 162. uersu 19.

Spacium inane repleuimus dictione ἄσχημον, *quæ integra erat apud* Aeginetam, *apud quem hoc medicamentum totidem ferè uerbis est libro tertio.*

Pagina 167. uersu 23.

Nota *hæc apponi debuit ad uerba hæc quæ sunt initio uersus quarti, ab initio huius capitis,* καὶ διὰ φλέγμα φυσῶδες, *quo in loco legendum est,* καὶ διὰ πνεῦμα φυσῶδες. Ita enim Galenus *de hac re initio libri tertij* κατὰ τόπους *scribit.*

Pagina 170. uersu 12.

Nota asterisci quæ hic adscripta est, apponenda est ad hæc uerba uersus consequentis, καὶ λειώσας, *quæ inducenda sunt, quòd ineptè ab indocto librario addita sint. Vera enim scriptura & incontaminata est,* ὡς χολῶν βοὸς κρoκίδα βρέξας, καὶ λειώσας ἐντίθει εἰς τὸ οὖς.

Pagina 172. uersu 25.

φυσικῶς δὲ τοῦτο ποιεῖ καὶ οἶνος] *Vetus scriptura est,* φυσικῶς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσιν οἱ ὄνοι οἱ παρὰ τὰς ὑδρίας εὑρισκόμενοι. *quam restituimus ex Asclepiade apud.* Galenum 3. κατὰ τόπους, & Dioscoride.

Pagina 173. uersu penultimo.

Vetus interpres legisse uidetur ἐπ᾽ ἀκόνης, *ut sermonis ratio postulat.*

Pagina 175. uersu 11.

Ἐγὼ δὲ ἐκ ἐγχέω, &c] *Hæc translata sunt ex lib.* 3. κατὰ τόπους, *ex quo loco multa à nobis hic emendata sunt, quæ à librarijs deprauata fuerant.*

Pagina 176. uersu 4.

Παντὶ τῷ ὠτίῳ] *In uulgatis exemplaribus* Galeni τὸ ὠτὶ *inuenimus. Sed hoc leue est.*

Pagina eadem, uersu 11.

Vterque noster codex hoc loco τῶν μοτῶν *habebat, sed peruersè, ut legere adhuc licet in codice* Galeni *formis excuso.*

Pagi-

Pagina eadem, uersu penultimo.

Verba hæc, ἐμβληθεὶς ἐν αὐτῇ πρότερον ὕδατος θερμοῦ, εἶτα ἐκ θλιβέντος, omissa sunt ab his qui nobis Galenum formis expresserũt, à quibus etiam huic capiti titulus is præponi debuit, πυρία πρὸς ὠταλγίαν ἡ διὰ σπόγγων καὶ θερμοῦ ὕδατος. Verisimile enim hanc fuisse scripturam, quum hæc in suos commentarios auctor transferret. Paucis post uersibus in Galeni exemplaribus inuenimus, ἕτερον τοῦ καλάμου πέρας, multo significantius quàm hic & apud Aetium, ἕτερον καλάμου μέρος. Ad huius capitis finem hæc uerba etiam ex Galeno & Aetio addidimus post dictionem ἐστεγανωμένων: ἔστω δὲ ἀψίνθιον ἐν ὕδατι ἀπεζεσμένον ἐν αὐτῇ, ὥστε ἀναφερόμενον, &c. Ea enim nostrorum codicum descriptores omiserant.

Pagina 181. uersu 29.

Διάρροδα κολλύρια.] Emendo, διάρροδα κολλούρια.

Pagina 183. uersu 11.

Apponenda fuit nota asterisci ad hæc uerba, λόγῳ χρύσεως, quæ significaret ueterem huius loci scripturam esse λόγῳ κρίσεως, quæ in codice Pauli Aeginetæ conseruata est. Sic enim de hac re scribit libro tertio, οἱ μὲν ἐν πυρετοῖς, ἢ ταῖς τούτων κρίσεσιν ἦχοι γίγνοιντο, μηδὲν παρενοχλεῖν· παραυτίκα γὰρ ὡς ἤδη τὸ πολὺ παύονται. ut uetus interpres etiam legisse uidetur. Quanquam Galenus medicamenta quæ auribus adhibentur, τῶν ἤχων causam esse scribit. Eius autem hæc sunt uerba lib. 3. κατὰ τόπους· ἴσθ' ὅτι καὶ ἤδη φαρμάκων ὠτικῶν χρύσει γίγνονταί τινες ἦχοι. Ex utraque igitur scriptura bona sententia elici potest, cum eo tamen, ut si λόγῳ χρύσεως hoc loco legerimus, addamus hæc uerba, φαρμάκων ὠτικῶν. Sic enim fiet, ut auctoris sensus minimè obscurus sit.

Pagina 185. uersu 27.

ἐκπίεσοι] Vox hæc deerat in utroq; nostro exemplari, quam ut adderemus, persuasit nobis, quòd de eadem re à Galeno scriptum est lib. 3. κατὰ τόπους. Paulus etiam eo uerbo in eadem re utitur.

Pagina 221. uersu 19.

Ποτὲ δὲ σὺν κράτοις] Corrigo ἀκράτοις, rem ipsam sequutus.

Pagina 223. uersu 33.

Πρέννων] In codicibus excusis Galeni, & recentiorum medicorũ πρέμνον scriptum inuenimus.

Pagina 224. uersu 25.

Διά τινος ἀδημιξίας] Mendosè librarius scripsit διὰ pro αὖθι; Ita enim legendum est, αὖθι τινὸς ἐπιμιξίας.

Pagina 228. uersu 31.

Hæc translata sunt ex lib. 6. κατὰ τόπους, quo in loco τὸ διὰ τῶν χελιδόνων describitur.

Pagina 230. uersu 7.

φοῦκτλω] Verbum hoc aliquandiu magnum mihi negocium exhibuit: sed postquam consequutus sum Michalis Pselli totius artis medicæ σύνοψιν, intellexi uocem esse uulgi Græcorum, qua τὴν δρακὴν significant. Significat igitur hic auctor, tantum furfuris frumenti, quantum manu capi posit.

Pagina 195. uersu 7:

Principium huius capitis ita mihi legendum uidetur, ἐφ' ὧν συλλογία τίς εἶναι φαίνοιτο πολλὴ, χρὴ ἀναμιγνύειν συνεχῶς ἢ πίσσαν, &c. Nam apud ueterem nostrum interpretem hæc superiori capiti connexa sunt, ut non labor sit uerbum ex superiori oratione repetere.

Pagina 196. uersu 38.

πανούκλας] Vera huius loci scriptura meo iudicio est πανικούλας, quod uerbum planè Latinum, ὑποκοριστικῶς deductum à pano. His autem uerbis antiqui (ut Nonius Marcellus scribit) tumorem sub faucibus, auribus, & inguinibus significabant. Et Plinius panos ferè parotidibus coniungit. Quanquam Cornelius Celsus Græcorum φύγεθλον pano rectè exprimi scribit.

Pagina 203. uersu 23.

Est hic in utroq; nostro codice spacium inane, quod uerbo αἰτίαν, huic rei maximè accommodato repleuimus.

Pagina 204. uersu 6.

Locum hunc non attigimus, licet corruptus sit, ut putamus: nec enim ei ullam opem adferre potuimus. Genus enim illud cibi, cuius auctor meminit, planè nobis incognitum est.

Pagina 246. uersu 10.

Σμύρναν, καὶ ζιγγιβέρεως] Induco καὶ ζιγγιβέρεως. Exposuimus autem paulo superius, unde hic error natus sit.

Pagina eadem, uersu 3.

Κο.] *Compendiaria haec nota apud rei medicae scriptores κοτύλω potius significat, quàm κόκκινος, uel κοκκία. Itaque hic restituo κοκκία, ut est in Pauli Aeginetae codice, & res ipsa postulare uidetur.*

Pagina 253. uersu 26.

Verbum παχύνει *quod hic deerat, ex ingenio restituimus. Est igitur totus locus sic legendus,* παχύνει γὰρ μετρίως τὰ λεπτά.

Pagina 256. uersu 27.

Μόρια] *In altero codice* ὄργανα *scriptum inuenimus, eodem sensu.*

Pagina 257. uersu 11.

Επιμιγνῶντας αὐτῷ τισι χυλοῖς] *Emendamus* ἀδιμιγνῶντας αὐτὸ τισι χυλοῖς. *Significat enim auctor, medicamentum succis quibusdam admiscendum esse, ut leniatur.*

Pagina 259. uersu 31.

Παστιλώσας] *Verbum est ex sermone uulgi acceptum,* ἀντὶ τοῦ μαλάξαι.

Pagina 260. uersu 21.

Locum hunc sic, ueteris interpretis auxilio, restituimus; στροβίλων οὐγ. α. φαγανκάνθης οὐγ. α. φοινίκων δὲ σαρκὸς οὐγ. β. ἴρεως οὐγ. α. ἀμυγδάλων γλυκέων οὐγ. β. μέλιτος ἀττικοῦ τὸ ἀρκοῦν, ἀναλάμβανε καὶ δίδε κοχλιάριον α.

Pagina 263. uersu 28.

Μακροῦ] *Ita locum hunc emendauimus, cum prius in utroq; codice nostro* μικροῦ *legeretur.*

Pagina 265. uersu 6.

Codex noster uterq; hoc loco habet ἀναλάμβανε. *Nos* ἀνάπλαττε *ex Galeno emendamus.*

Pagina 271. uersu 12.

Librarij uerbum hoc peruertunt. Scripserunt enim μεταβάλλειν, *pro* καταβάλλειν.

Pagina 272. uersu 21.

Locum hunc paulo superius emendauimus ex Strabone & Paulo Aegineta. Legendum enim est, ἀπὸ τῆς λιβύρας.

Pagina 273. uersu 16.

Huius loci priscam scripturam hanc fuisse suspicor, τοῖς οὖν δρόμον ἔχουσι καὶ σφόδρα κατάξηροις καὶ πυρετῷ κάμνουσι, τίς ἂν τούτου εὕροι κάλλιον, τῇ χολῇ καὶ μάχεσθαι, καὶ νικᾷν αὐτὴν δυνάμενον; Quae uerba sunt auctoris, non Hippocratis, ut huius libri descriptores putauerunt. Ad ea enim notam eam apposuerunt, qua alterius auctoris uerba esse significamus.

Pagina 274. uersu 15.

Immutata uerba ab indocto librario locum hunc obscurum reddiderunt. Sic enim sine dubio describendus fuit, ὥστε τὸ ὕδωρ, ὃ καὶ οὐ ὡς φαυλόν τινες ἐδόξασαν, τῶν ἀπλοικῶν εἶναι, ἀλλὰ πάντα ῥίπτειν αὐτὸ οὐ μόνον ποιεῖ, καὶ ὁλοποιεῖ, καὶ &c. Quam scripturam res ipsa & ueteris interpretis auctoritas comprobat.

Pagina 275. uersu 31.

Τὸ ζέον πάνυ μηκέτι τῆς φλεγμονῆς] Sermonis consuetudo, καὶ ζεούσης πάνυ μηκέτι τῆς φλεγμονῆς.

Pagina 277. uersu 1.

Veteris nostri interpretis auctoritas & res ipsa nobis persuadent, ut locum hunc ita legamus, μᾶλλον ἢ τὸ μελίκρατον. Nam apomeliti maior uis ῥυπτικὴ inest, quam melicrato, in quo lenis medendi facultas inest, auctore Hipp. lib. 3. περὶ διαίτης ὀξέων, & Gal. lib. 8. Methodi medendi.

Pagina 290. uersu 5.

Φασιηλίῳ] Suspicor ueterem scripturam fuisse φαριχύλῳ, quo uerbo nobis far Romanorum, auctor significare uidetur, quod sic olim apparare solitos, Archigenes apud Aetium lib. 9. scribit. Asclepiades etiam apud Galenum lib. 7. & 9. κατὰ τόπους, φαρὸς meminit: ut inde intelligi poßit, quod à Plinio scriptum est, far ut primum, ita frequentißimum antiquis Latio cibum fuisse, pulteq; ex eo longo tempore Romanos uixiße. Totus igitur locus sic legendus uidetur, μὴ παρούσης δὲ τῆς πτισάνης, καὶ χυλῷ κεχρῆσθω τῷ παρὰ ῥωμαίοις καλουμένῳ φαριχύλῳ, ἢ τῷ ἀπὸ τῆς σεμιδάλεως, ἰσχυρῶς κατεψηθείσης αὐτῆς. καὶ αἱ ψύχαι δὲ αἱ εἰς τὸ οὔκρατον, &c. Sic enim legendum arbitramur, non οἱ χυλοὶ δὲ οἱ εἰς οὔκρατον, ueteris interpretis auctoritatem sequuti.

Pagina 298. uersu 20.

Nullus bonus sensus ex hoc loco elici potest, nisi ita descriptus fuerit,

rit, οὕτω γὰρ παχύνεται τὸ θερμὸν αὐτῆ, ὥστε μὴ δύνασθαι καὶ τὰ δριμέα περιττώματα ῥευματίζειν τὰ ὑποκείμενα. οὕτω γὰρ αὐτῆ ἐχούσης, ψυχρὰν δυσκρασίαν ἀδύνατον οὕτω δριμὺ καὶ θερμὸν ἀθροίσουσαι, καὶ ἑλκῶσαί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ἀγγείων, ἢ μορίων. ἐπιβαλλέσθω τοίνυν τούτοις ἤδη τῆς κεφαλῆς τό, τε ῥόδινον καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ ψυχροῦ ὕδατος ὀλίγου, πρὸς τὸ διαβῆναι τὸ ῥόδινον τὸ βάθος, παῦσαί τε τὴν θερμασίαν τὴν ἕλκουσαν ἐκ τῶν κάτωθεν, καὶ ἐπισπωμένην, καὶ ἐπιπέμπουσαν τῷ γαργαρεῶνι, καὶ τῷ θώρακι, καὶ πνεύμονι. χρὴ δὲ καὶ ἤδη λουτρὸν ἄγειν αὐτοὺς, ὅτε διὰ τοῦτο πράττειν, ἐπιχέειν δὲ καὶ τοῦ ῥοδίνου, ἢ ὀξυροδίνου ψυχροῦ, καὶ ἐν τῇ δεξαμενῇ δὲ, καὶ μάλιστα τύχῃ αὐτὴν εἶναι θερμοτέραν, ψυχρὸν ὕδωρ πρὸς λόγον τῆς κρατούσης δυσκρασίας, &c. Quam lectionem ueteris interpretis auctoritas etiam probat, nisi quod pro ἐπιχέειν δὲ καὶ τοῦ ῥοδίνου, ἐπισχεῖν haud rectè legisse uidetur.

Pagina 300. uersu 30.

Huius loci antiqua scriptura conseruata est in exemplari, quod uetus interpres sequutus est. legendum enim est, μετὰ χυλοῦ ῥοιᾶς καὶ κοκκίων, &c.

Pagina 303. uersu 35.

Καὶ τὸ ἐσθίειν ἐχῖνον καὶ τὸ καλούμενον μακεδόνιον] Auxilio ueteris nostri interpretis priscam huius loci scripturam restituimus: hanc enim fuisse arbitramur, καὶ τὸ ἐσθίειν σέλινον καλούμενον μακεδόνιον. Nam auctor significat, non esse esitandum petroselinum Macedonicum ei, cui humor acris ex capite defluit. Est enim acre, ut Dioscorides & Galenus scribunt.

Pagina 305. uersu 25.

Μὴ πάνυ γλίσχρον] Ita locum hunc, rem ipsam sequuti, restituimus: mendosè enim in utroq; nostro codice δὴ πάνυ legebatur.

Pagina 306. uersu 26.

Ἐὰν χυλῶδες ᾖ τὸ ἀναπτυόμενον] Verba hæc inducimus, quòd cum prius in margine tituli loco scripta essent à legentibus, intra legitimum postea ordinem malè recepta sunt ab his qui descripserunt.

Pagina eadem, uersu 35.

Γαστρὸς φθειρομένης] Emendamus φερομένης, rem ipsam sequuti.

Pagina 312. uersu 17.

Βολβοκαστάνων] Vocem hanc deprauatam fuisse à descriptoribus, uel ex eo intelligi potest, quòd castaneæ neq; ex bulborum ge-

nere sint, neque bulbis simile quicquam habeant: ex glandium enim genere sunt: ex quo conijcio, ueterem scripturam fuisse βαλανοκαστάνων.

Pagina eadem, uersu 21.

Spacium illud scriptura uacuum, sic replendum putamus, φακῆ αἰγυπτία. quòd lens propter uim siccandi, rei huic maximè accommodata sit. Aegyptiam autem ab auctore ea ratione dictam existimo, quà à Latinis poetis Pelusiaca dicitur. Multus enim huius prouentus in Aegypto est.

Pagina eadem, uersu 24.

Ζιζουλαῦ, uel potius ζίζουλον] Medici Græci recentiores multa uocabula ex aliarum nationum sermone usurpant, cuius generis nomen ζίζουλα, quod planè Italicum est. ζίνζιφα enim Psellus & Symeō Sethi dicunt. Actuarius etiam καβαλικεύειν Italicum uerbum ἀντὶ τοῦ ἱππεύειν, in lib. περὶ συνθέσεως φαρμάκων usurpauit.

Pagina 313. uersu 17.

Inducimus hæc uerba ἢ λυκοῦσαι, suspicantes ab aliquo adscripta, ut τῶν καραβίδων significatio ostenderetur. Nam κάραβοι καὶ καραβίδες à Latinis locustæ appellantur.

Pagina eadem, uersu 21.

Confusus & corruptus locus, qui uerbis aliter interpunctis, ordine dictionum mutato, & leni correctione adhibita, sic restitui potest, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τελείαν τὴν ῥῆξιν τοῦ περιχυθέντος, καὶ ἔχειν, μὴ κώλυε, &c.

Pagina 317. uersu 16.

Ὡς τὰς προτέρας] Emendamus ὡς ἡ προτέρα, sensu id postulāte.

Pagina 321. uersu 13.

Οἷον στέρνον] Hoc nomen in capite περὶ τῆς διὰ χολώδη καὶ δριμὺν χυμὸν γινομένης ὀδύνης ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, aliter scriptum est: στόρνιον enim legitur. Tu lege quæ in eum locum annotauimus.

Pagina eadem, uersu 30.

Verám huius loci scripturam arbitror esse καταβάλλεται, sententia id comprobante.

Pagina 322. uersu 20.

Σκευασία μασουχᾶ est apud Paulum Aeginetam lib. 7.

Pagina 323. uersu 1.

Est autem μετασυγκρίνειν (ut Dioscorides explicat) μεταποροποιεῖν,

κενῶν, id est, ut Cornelius Celsus uertit, habitum corporis mutare, cutemq; relaxare, & corruptum humorem euocare. hic auctor tamen & Paulus Aegineta lib. 3. ἀντὶ τοῦ ἀναλαμβάνειν καὶ ἀναῤῥωννύειν usurpant.

Pagina 327. uersu 9. & 21.

Κόηκον α. ἢ β] Locus hic mendosè à librarijs descriptus est: uterque enim noster codex compendiariam notam κοτύλης hoc loco habet, & id quidem peruersè. Nam ueterem scripturam esse κοχλιάριον α ἢ β, ex eo intelligi potest, quòd cotyle maior modus sit, quàm ut innoxiè sumi poßit. Emẽdamus igitur ueteris interpretis ope, κοχλιάριον α uel β. Actuarius etiam & Ioannes Mesues medicamenti huic non longè dißimilis quadrantem tantum manè & uesperi dandum docent, qui modus duo cochliaria haud longo interuallo superat.

Pagina 328. uersu 30.

Suspicor legendum λογγίνε, ut significet auctor Longinum philosophum Syrium.

Pagina 330. uersu 17.

Emendamus καὶ ἡ παρὰ ῥωμαίοις καλουμένη μέλκα, sermonis consuetudine id postulante, quomodo Paulus legisse uidetur. Melcæ autem σκευασίαν omnes legere possunt lib. 18. τῶν γεωπονικῶν, nomine Praxami.

Pagina 332. uersu 17.

Κοριαξε] Hoc in loco κορίαξ dicit, quod superius κορίαξ dixerat. Tu eum locum legito.

Pagina 337. uersu 30.

Η πόριασοτόρας] Duo hæc uerba hunc locum obscurum reddunt, nisi ἀντὶ τοῦ ἢ πλείονας accipiantur.

Pagina 340. uersu 6.

Nota κο. & hic κοχλιάριον significat.

Pagina 341. uersu 24.

In locum hunc scriptura uacuum, inculcauimus ea quæ in ueteris nostri interpretis codice seruata sunt, πεπλυμμένης καὶ ξηρανθείσης. Id autem ut audacius faceremus, persuasit nobis quod apud Galenũ lib. 8. κατὰ τόπους de eadem re scriptum est. Hoc medicamentum enim eo loco his uerbis descriptum est, σχοίνου ἄνθους, ξυλοβαλσάμου, μαστίχης, κρόκου, νάρδου ἰνδικῆς, ἀσάρου, κινναμώμου ἀνὰ

δραχ. ϛ. ἄλόης πεπλυμμένης δραχ. ϛ. ὁμοῦ λειάνας ἀποτίθεσο, δίδου τρ[illegible] τεῖ κοχλιάρια β. &c.

Pagina 345. uersu 11.

Βόλβα] Vocem hanc ὑποκοριστικῶς βόλβιον superius protulit.

Pagina 345. uersu 15.

Locum hunc ita legendum putamus, διαγινώσκειν οὖν δεῖ πρότερον, εἴ τε προσπεπλασμένοι εἰσὶν οἱ χυμοὶ, εἴτε περὶ τοὺς πόρους ἀναπεμπόμενοι, εἴτε περὶ τὸ κύτος ἐπιπολάζοντες. Quam ueram esse scripturam ut credam, quæ insequuntur efficiunt, quanquam προσπεπλεγμένοι, legi etiam rectè potest.

Pagina 348. uersu 1.

Res ipsa postulat ut αὐτὴν legamus.

Pagina 349. uersu 29.

Contaminatus est hoc loco uterq; noster codex manu scriptus, sed antiqua lectio fideliter in ueteri interprete conseruata est. Hic enim γλυκέα legisse uidetur, sententia id comprobante.

Pagina 352. uersu 9.

Χαλώντων] Nota asterisci apponi debuit ad hæc uerba, καὶ χαλαστικῇ, &c. sex antè uersibus. Significare enim ea uoluimus, nos hanc lectionem restituisse, cum prius hic locus ita legeretur, ὥσπερ τῷ ἀνυγωτέρων ἐκλύτῳ καὶ χαλώσει δεῖ κεχρῆσθαι ἀγωγῇ, repugnante sermonis consuetudine.

Pagina 353. uersu 14.

Suspicor legendum νειλέως, ut apud Celsum lib. 5. Nam quod νέαλου est apud Galenum lib. 7. κατὰ τόπους, deprauatum etiam mihi uidetur.

Pagina eadem, uersu 27.

ἔσον αὖ ἐπιδέχεται] Sermonis consuetudo ἐπιδέχηται postulat.

Pagina 355. uersu 5.

Hæc sunt apud Aetium lib. 13. sed aliquantum diuersa, quæ quia facilè inueniri possunt, & alijs rebus studeo, non curiosè apponam.

Pagina eadem, uersu 30.

Sumptum est hoc malagma ex lib. 7. κατὰ τόπους.

Pagina eadem, uersu ultimo.

In Galeni & Aetij exemplaribus formis expreßis hoc loco κύφεως inuenimus.

Pagina 356. uersu 2.

Ἐλαίου οὐώδους.] Nos rē ipsam, Galeniq́; ac ueteris interpretis autoritatem sequuti, οἴνου οὐώδους κο. α. emendamus.

Pagina 359. uersu 7.

Ζιγγιβέρεως δραχ. β.] Verba hæc induximus, ut improbè huc ab imperito correctore inculcata, qui cū nota hac ζιγγίβερι significari putaret, locum hunc ita deprauauit.

Pagina eadem, uersu 27.

Locus hic antè in utroq; nostro codice ita legebatur, καὶ ξηρότητος, ἢ θερμότητος προηγησαμένης, καὶ παχυνούσης τοὺς χυμοὺς, σκληρότερον τὸν ὄγκον ἐργάζονται. Nos uerò ita restituimus, ut legitur, sermonis consuetudine id postulante.

Pagina 360. uersu 17.

Omne etiam paruum mendum tollere cupimus, nec aliquam tam pusillam labem esse credimus, quæ in bonis autorib. molesta non sit. Antè igitur legebatur, ὡς ἑκάστου τῶν παγέντων, καὶ &c. nos ἕκαστον restituimus.

Pagina 362. uersu 1.

Μαλοποδίοις.] Auxilio ueteris interpretis, aliorumq́; locorū lectione δαμαλοποδίοις emendauimus: quo uerbo significantur pedes iuuencæ.

Pagina 365. uersu 21.

Τῶν ἐντὸς.] Antè legebatur ἐκτὸς. nos ex Paulo Aegineta τῶν ἐντὸς restituimus. Huius enim oxymelitis σκευασία est apud eum autorem libro septimo.

Pagina eadem, uersu 30.

Harum notarum altera superuacanea est. Satis enim fuit, asteriscum apponere ad uerbum οὐγγ. β. quo admoneremus, nō esse eundem medicamentorum modum apud Paulum Aeginetam, qui ex hoc autore eum locum in suos commentarios transtulit. Nam uerior scriptura mihi uidetur, quæ in Pauli codice est, γλήχωνος οὐγγ. α. Sed de hoc uiri docti iudicent.

Pagina 367. uersu 26.

Nota hæc significat, in altero nostrorum codicum non esse uerbum καταιονείσθω. Viri docti iudicent, an huic loco cōueniat, an inducendum sit.

Pagina 368. uersu 23.

Vidi aliquando antiquissimū Pauli Aeginetæ codicem manuscri

ptum, ad cuius marginem, quo in loco περὶ λυγμοῦ agit, uerba hæc ex nostro hoc autore adscripta erant: ἄλλο. διὰ μικρὸς τὸ ὄνομα, καὶ παύσεται, ἢ κρατείτω τῇ ἀριστερᾷ αὐτοῦ χειρὶ ψήφους ιβ. Locus igitur hic sic legendus uidetur: λύζων κρατείτω ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ψήφους μ. uel ψήφους ιβ.

Pagina 369. uersu 26.

Georgius Valla Placentinus, homo doctus & accuratus, locum hunc in suos commentarios transtulit, quem ita è Græco in Latinũ sermonem conuertit, ut facilè intelligi poßit, antiquam huius loci scripturam fuisse, οὐχ ἁπλῶν βλάβην: uel, οὐχ ἁπλῶς βλαβεράν. Quod ipsum etiam ex ueteri nostro interprete conijci potest.

Pagina 370. uersu 23.

Paulus Aegineta pulchrè exponit hunc locum, lib. tertio, in cap. περὶ χολέρας.

Pagina 372. uersu 17.

Παλματίαν.] Paulus Aegineta de eadem re agens, παλματιανὸν protulit, quo modo & ipse autor paucis pòst uersibus. Quid sit autem Palmatianum uinum, Hermolaus Barbarus docet libro quinto Corollarij.

Pagina 373. uers. 9.

Locus hic sic legitur, καὶ πρὸς τὸ εὐστόμαχον καὶ φυσικήν. Nos antiquam scripturam fuisse conijcimus, καὶ πρὸς τῷ εὐστόμαχον εἶναι, καὶ φυσικὴν, &c. sententia id comprobante, & sermonis consuetudine id postulante.

Pagina 375. uersu 9.

ἔτι δὲ καὶ χρονίζουσαι, καὶ πίπτουσαι, &c.] Locus antè sic legebatur, ἔτι δὲ χρονίζει, nulla omnino sententia.

Pagina 388. uersu 16.

τὸ δὲ περιγραφοῦς εἶδος.] Emendamus, τὸ δὲ φλεγμονοῦς εἶδος, ex Galeni libro 5. περὶ πεπονθότων μορίων.

Pagina eadem, uersu 21.

καὶ μᾶλλον βαρὺς ὀλοῦς.] Scriptura prisca huius loci, meo quidem iudicio, fuit: καὶ μᾶλλον βαρὺς ἢ ὀλιώνες αἰσθάνεσιν ποιεῖ: quo modo uetus interpres uidetur legisse.

Pagina 390. uersu 25.

Veteris interpretis ope in spacium hoc scriptura uacuum, uerba

hæc

hæc coniecimus, διὰ τὸ ῥοδωματίζειν, quæ huic loco maximè accōmodata nobis uisa sunt.

Pagina 391. uersu 1.

Totus hic locus sic legebatur in eo codice, quem sequutus est uetus interpres, τὰς δὲ ψίχας ἐψηθείσας ἢ πλυθείσας. quanquam nulla, autore Suida, erit offensio, si τὰς ψίχας protulerimus.

Pagina 394. uersu 24.

Τὸν ὄμφαλον.] Vetus huius loci scriptura est, τὸν ἔλμον, id est pilam, ut ex Paulo Aegineta, & ueteri interprete intelligi potest.

Pagina 398. uersu 3.

Legendum hic suspicor τὸ ἥμισυ, id est heminam: non τὸ S, nota compendiaria. Hemina autem mensura liquidorum & siccorum sine discrimine est.

Pagina eadem, uers. 7.

βαλανῶν.] Vetus interpres legit βαλανείων, sed uerbum hoc huic loco accommodatum non est. Nos igitur retinendā uocem βαλάνων putamus: sic enim sententia idonea est.

Pagina 399. uersu 2.

βαλανόν ἐστιν ἡ πυρίνη τοῦ ῥαφάνου.] Hermolaus Barbarus, uir doctißimus & accuratißimus, scribit se hæc uerba legisse in scholio quodam in Paulum Aeginetam, & Aetium. Ego etiam suspicor alicuius gloßam esse, uocem eam declarare cupiētis, quam postea indoctus librarius in legitimum contextum inculcarit.

Pagina 401. uersu 1.

Addenda est particula καὶ ante μὴ, ex sermonis consuetudine.

Pagina 406. uersu 18.

Χόρδας.] Hic χόρδη significat τὸ παχὺ ἔντερον τοῦ προβάτου. Suidas.

Pagina 407. uersu 26.

λαρισσηνάς.] Emendamus λαρισαηνὰς, ex Strabonis γεωγραφουμένων libro 9. quo in loco scribit, Larissam esse nomen uici Trallibus distantis triginta stadijs, his uerbis: καὶ ἐν τῇ ἀσιατικῇ δ' ἐστὶ λάρισσα, καὶ τῶν τραλλίων διέχουσα κώμη τριάκοντα σταδίους ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἐν τῇ καΰστρου πεδίῳ διὰ τῆς μεσογαίας ἰόντων κατὰ τὸ τῆς ἰσοδρόμης μητρὸς ἱερὸν, ὁμοίαν τὴν θέσιν καὶ τὴν ἀρετὴν ἔχουσα τῇ κρεμαστῇ λαρίσσῃ. καὶ γὰρ ἔνυδρος καὶ ἀμπελόφυτος.

Pagina eadem, uersu 38.

Ευτέρων.] Vocem hanc inducendã, ut superuacaneam, & minimè huic loco cõuenientem, putamus. Nam si ita scribatur, καὶ γὰρ εὔχυμα ἐστὶ, sententia bona erit: sunt enim κάστανα μηδόλως κακόχυμα, ut scribit Galenus libro 2. περὶ τροφῶν δυνάμεων, καὶ περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας.

Pagina 408. uersu 35.

Sincera huius loci scriptura fideliter conseruata est in ueteri interprete, qui ita uidetur legisse, καὶ μετ' οἴνου τυρίου.

Pagina eadem, uersu ultimo.

Emendo βηρυτίου, ex Strabonis γεωγραφουμένων, libro 16. Eo enim in loco βήρυτον καὶ βύβλον μεταξὺ κεῖσθαι σιδόνος καὶ τοῦ θεοῦ προσώπου scribit.

Pagina 409. uersu 35.

Βισάλων.] Vir quidã Cretensis doctissimus, docuit nos, hac uoce significari à uulgo Græciæ, carbones incensos, ad assandos pisces comparatos.

Pagina 457. uersu 1.

Concinnior erit sententia, si hunc locum ita legeris: σημεῖον δὲ τούτου τὸ καὶ διὰ ἐλλεβόρου γινομένης, ἑαυτοῦ ῥωμαλεωτέρου τὸν κάμνοντα αἰσθάνεσθαι. quanquã altera scriptura nõ omnino malam sententiam habet.

Pagina 460. uersu 16.

Βρυτικοῦ, non βριτιανοῦ legendum putamus. Quid autem sit uinũ Brutianum, Hermolaus Barbarus in Corollario docet.

Pagina 471. uersu 29.

Τιτάνιως, ἀντὶ τοῦ τιτάνου positum: ut sæpe apud recentiores rei medicæ scriptores.

Pagina 472. uersu 8.

Veram huius loci scripturam putamus esse, καὶ βουλβίῳ, καὶ ἰσιλίῳ, ut paulo superius.

Pagina 513. uersu 32.

Huius loci scriptura, & uerborum interpunctio sic peruersa est ab indocto descriptore, ut non nisi ueteris interpretis auxilio restitui potuerit. In codice igitur quo uetus interpres usus est, scripturam interpunctam post uocem ὑγρότητα suspicamur, totiusq; adeò loci hanc scripturam fuisse: λύσεως δὲ καὶ μεσεντερίου διά γε τῶν ἰδίων ἔσται σημείων, τοῦ τὴν γαστέρα μᾶλλον διαῤῥοίαις ἁλίσκεσθαι καὶ φοραῖς συνεχέσι,

ϑωυιχίοι, &c. nam autoris sensus hic uidetur esse: Aquam intercutem uesicæ uel mesenterij perfrigeratione contigisse, ex his signis co gnosces, &c.

Pagina 521. uersu 32.

Βρυτ]ίας.] Emendamus βρυτίας, ex Columella & Plinio.

Pagina 524. uersu 22.

ἱδρυλίζοντα.] Verbi huius deprauatio huius loci sensum sic perturbat, ut nõ nisi ex eorum lectione, qui multa ex hoc autore in suos commentarios transtulerunt, restitui potuerit. Extant ueteres quidã cõmentarij manuscripti περὶ διαίτης, ἀδέσποτοι quidẽ illi, sed quos ex Alexandro confectos facilè omnes cognoscant, in quibus hoc loco uinum senium olens legitur: unde conijcio, γερουτίζοντα huius loci priscam fuisse scripturam. uerbo enim γερουτίζειν Græcorum uulgus ἀντὶ τοῦ γερουτιᾷν utitur, quod uetustatem olere significat.

Pagina eadem, uersu 29.

Significare uidetur uinum apiatum, cuius descriptio est apud Aetium libro 16. Describitur etiam οἶνος σιλενίτης libro 8. γεωπονικῶν.

Pagina 531. uers. 36.

καὶ πρεμονίτιδος.] Apuleius Platonicus κέστρον Græcorũ, & Betonicam Latinorum πρεμονίτιδα dici scribit, quòd (ut Dioscorides ait) eius folia sint ὅμοια δρυΐ, τὴν περιφέρειαν ἐντετμημένα.

Pagina 532. uersu 35.

Τέτ]ιγας] Vox hæc in altero exẽplari deerat, in altero ad marginem apposita erat. Nos ex Galeno, Paulo (apud quem hæc totidẽ ferè uerbis sunt) & Aetio, in legitimum ordinem conijcienda putauimus. Locus igitur sic legendus est: τέτ]ιγας δὲ ὁμοίως ξηραίνοντα καὶ κόψαντα, &c.

Pagina eadem, uersu 36.

δεῖ δὲ αὐτὸν λαμβάνειν τὰ π]ερὰ καὶ τοὺς πόδας.] Verba hæc antè sic legebantur, δεῖ δὲ αὐτὸν λαμβάνειν τὰ π]ερὰ, &c. quo in loco λαμβάνειν, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεῖν, ab autore usurpatum est. nam (ut Paulus docet) cicadæ χωρὶς τῶν π]ερῶν καὶ τῶν ποδῶν dari debent.

Pagina 534. uersu 1.

Locum hunc ita corrigimus, σμύρναν τρωγλίτιδα.

Pagina 539. uersu 5.

In altero nostro codice υινανὸν, in altero uerò ἱκανὸν, cum mendi nota scriptum inuenimus: sed uox utraq;, meo indicio, à descriptore peruer-

peruersa est. Hoc autem *significare uoluimus, ut uiri docti locum hunc restituant.*

Pagina eadem, uersu 16.

Initio capitis, περὶ φλεγμονῆς τῆς ἐν νεφροῖς; *sermonis consuetudo hanc lectionem postulat:* ὅτι μὲν φλεγμονὴ συνίσταται, καθόλου πλήθους ὕλης ἐπιῤῥευσάντος ἐν τοῖς μορίοις, καὶ μάλιστα τοῖς σαρκώδεσιν, ἅπασιν ὁμολόγηται.

Pagina 540. uersu 35.

Loci huius priscam scripturam fuisse, καὶ μὴ δύνασθαι μόνη ἡ δίαιτα εἰς τὸ περιγενέσθαι τῆς κακοχυμίας, *ex uetere interprete intelligi potest: quanquam recte, meo quidem iudicio, sic legi potest:* καὶ μὴ δύνασθαι μόνη ἡ δύναμις εἰς τὸ περιγενέσθαι τῆς κακοχυμίας.

Pagina 544. uersu 8.

τῆς ἀμίδος.] *Scriptura huius loci in altero codice nostro est* κακονίου, *qua uoce uulgus Græcorum matellam significat.*

Pagina 546. uersu 24.

εὔνοσον.] *Literæ à librario transpositæ locum perturbarunt: suspicor enim* εὔστομον *ex Dioscoride legendũ esse, quo uerbo* ἥμερον κόμινον *significatur.*

Pagina 554. uersu 22.

καθάριον, ἀντὶ τοῦ καθαρότητα *positum est.*

Pagina 555. uersu 17.

Verba hæc in altero nostrorum codicum deficiunt: adscribenda tamen putauimus ex libro 11. Galeni, περὶ δυνάμεως φαρμάκων ἁπλῶν, *quòd huic loco accommodatissima essent.*

Pagina 556. uersu 1.

Locum ita legendum arbitramur, ut paucis antè uersibus ὄρχις, ἣν τινὲς κοινῶς ὄρχιν λέγουσιν.

Pagina 557. uersu 11.

Coniicimus ex ueteri interprete, ueram huius loci lectionem esse, ἢ καὶ πολυσπέρμων φείδεσθαι. *quo uerbo Paulus Aegineta in eadem re utitur. id est, abstinere oportet ab his quæ semen (ut Celsus loquitur) contrahunt.*

Pagina 558. uersu 2.

Locus turpibus maculis fœdatus est ab ijs, qui, cum in libris medicorum uersati non essent, quæ non intelligebant, peruerterunt. Locum igitur sic restituimus, καὶ διὰ τῶν ἁλτήρων καὶ σφαίρας γυμναζέσθωσαν

ζέσθωσαν

ξιδωσαν ἀντισπᾶσθαι τὴν ὕλην. Significat enim autor, corpus exercendum esse alteribus & pila, ut in superiores partes materia retrahatur, & flatus digerantur: quod efficit διὰ τ ἀλτήρων exercitatio, ut Galenus docet libro 2. τ ὑγιεινῶν.

Pagina 561. uersu 15.

Alter nostrorum codicum hoc loco habet, διὰ τὸ πρωτόπαθ@, eodem sensu.

Pagina 564. uersu 7.

Locum hunc ita emendauimus, cum prius in utroq; codice malè scriptus esset. sic enim legebatur, εἰς κονδῆτον ἔχων πλέω.

Pagina 570. uersu 27.

Locum hunc ita legit uetus interpres, καὶ κηρωτῆς ὀλίγον ἐχούσης ῥοδίνου καὶ χαμαιμήλου μιγνῦται αὐτῷ. cui Paulus Aegineta consentit.

Pagina 571. uersu 25.

Vetus interpres legit λινοσπέρμα.

Pagina eadem, uersu eodem.

Indoctus librarius locũ hunc conturbauit, duobus uerbis in unum contractis. Legendum enim est, κριθῶν ἀπηλμένων: quæ lectio fideliter conseruata est in codice eo, quem uetus interpres sequutus est.

Pagina 582. uersu 13.

Sermonis consuetudo postulat, ut tota hæc oratio in recto casu legatur, ὡς ἄγε χωρὶς φλεγμονῆς προηγησαμένης ἐπὶ ψυχρὰ ἡ κωλικὴ καὶ ἀλκώδης διάθεσις, συμφόρει, &c.

Pagina 584. uersu 24.

Emendamus ψυχρολουτῆσαι, ut Græci sermonis ratio postulat.

Pagina 586. uersu 2.

Deprauatam hic ab indocto librario scripturam uel ex eo conijcio, quòd uox κόγνιστα apud scriptores non inueniatur. κοκκύγια igitur ex Psello περὶ διαίτης emendamus. Hoc enim nomen ὑποκοριστικῶς deductũ est à nomine κόκκυξ, qui piscis inter σκληροσάρκους à Galeno libro 3. περὶ τροφῶν collocatur.

Pagina 592. uersu 21.

Georgius Valla Placẽtinus hunc locum ita in Latinũ sermonem conuer-

conuertit: Suis cape tibi ex cæco intestino mammosum, myrrham inuolue, & liga in pelle lupina uel canina, dato ferendū luna abeunte à sole, & mirabere.

Pagina 539. uersu 17.

Idem amuletum describitur à Marcello *in libro de Medicamentis emparicis ac rationabilibus, cap. 29.*

Pagina 601. uersu 16.

Vera huius loci scriptura fidelißimè conseruata est in lib. 7. Pauli Aeginetæ, ῥόδων χυλοῦ ξεσ. β. μέλιτος α. σκαμμωνίας οὐγ. δ. ἡ δόσις τελεία, κοχλιάρια γ. ἡ ἐλάττων, κοχλιάρια β. ἡ μέση, κοχλιάρ. γ. *quam uetus interpres sequutus est.*

Pagina eadem, uers. 32.

Quanquam in libris formis expreßis nota hæc compendiaria κο. κοτύλην *significat, tamen necesse hic* κοχλιάριον *significari: ut in superiori medicamento, & in eo quod sequitur.*

Pagina 602. uersu 10.

Hoc medicamentum ab Actuario *describitur in libro* περὶ συνθέσεως φαρμάκων. *Sed in eo inter hos autores uariatur, quòd* Actuarius *piper & zingiber addit.* Eius *autem uerba (quoniā liber nondum formis excusus & peruulgatus est) adscribenda putaui*· κυδωνίων πεπέρων συμμέτρων δυναμένων ζύμῃ περιπλασθέντων καὶ ὀπτηθέντων, τῆς σαρκὸς κεκαθαρμένης οὐγ. δ. μέλιτος ἀπηφρισμένου ξεσ. γ. πεπέρεως, ζιγγιβέρεως, ἀνὰ δραχ. ϛ. σκαμμωνίας δραχ. γ. *Huius etiam medicamenti duo cochlearia, uel tria dantur.*

Pagina 605. uersu 4.

Sermonis Græci consuetudo postulat, ut ita legamus: ὁμοίως γὰρ οἶδά τινα τῶν οὕτω ῥευματιζομένων ἤδη πλείστῳ καὶ δριμεῖ ῥεύματι, μέγιστα ὠφελούμενον ὑπὸ τῶν βοείων κρεῶν. οὐκ ἔτι γοῦν ὅτι συνεχῶς, ὅτι σφοδρῶς ἔλεγεν ἀλγεῖν τοὺς πόδας, ὥσπερ ὅτε λεπτυνούσῃ διαίτῃ κεχρημένος ἦν.

Pagina eadem, uersu 22.

καὶ ἀλόης] *Emendo* ἄλικος, *ueterem interpretem, atq; adeò rem ipsam sequutus.*

Pagina 607. uersu 31.

Nonius Marcellus annotat, recentari honestè dictum à Matio, ἀντὶ τοῦ ἀνανεοῦσθαι. *sed qui uinum recentatum* ἀντὶ τοῦ ψυχρανθέντος *dixerit, nullus ex* Latinis *scriptoribus adhuc mihi lectus est.*

Pagina

Pagina 609. uersu 16.

Antiquus interpres codice Græco usus est, in quo hæc scriptura fuisse uidetur, καὶ διὰ κρόκου καὶ γλαυκίου καὶ ὀπίου βραχέος συνουαζόμενα προσφέρειν δεῖ. Quam Paulus Aegineta (qui totum caput περὶ ποδάγρας, ex hoc auctore transtulit) sequitur. Illius autem hæc uerba sunt lib. 3. in capite περὶ θεραπείας τῶν ὑπὸ τῶν χολώδει χυμῶν ῥευματιζομένων. πολλῆς δὲ καὶ δυσαπομονήτου τῆς ὀδύνης οὔσης, καὶ τῷ διὰ κρόκου καὶ γλαυκίου καὶ ὀπίου χρηστέον, διὰ ὀξυκράτου λειοῦντας αὐτὰ, καὶ ἤτοι καταχρίοντας, ἢ μετὰ ψιχῶν καταπλάσσοντας. Videãt uiri docti, num coriandri succus hîc conueniat.

Pagina 613. uersu 11.

Εἰς ὑμᾶς] Verba hæc locum hunc sic perturbant, ut nulla ex eo bona sententia elici poßit: itaq; ea inducenda putauimus, ut quæ nec à ueteri interprete agnoscantur. Is enim hanc scripturam sequutus uidetur, ἀναγκαῖον τοῦτο κενῶσαι πρό γε πάντων φλεγμαγώγοις.

Pagina 614. uersu 17.

Λεσβίου] Non dubium est quin uocem hanc librarij deprauarint. In Pauli Aeginetæ (qui oxymelitis Iuliani σκευασίαν ex hoc auctore descripsisse uidetur) codice manuscripto antiquißimo ἀσίου, in eo uerò qui formis excusus est, σίου hoc loco scriptum inuenimus: quorũ alterum etsi θερμαινούσης πως (ut ait Galenus) μετείληφε δυνάμεως: alterum uerò, ut Dioscorides, & idem Galenus scribunt, λεπτομερές ἐστιν, ὡς ἀδήκτως τὰς παλαιὰς σάρκας ἐκτήκειν, & eo cataplasmata ad podagram fiunt: tamen neutrum, meo quidem iudicio, huic loco tam accommodatum est, quàm hyssopus, ut uetus interpres, Nicolaus Alexandrinus, & Gariopontus in hoc auctore legisse uidentur. Legendum itaq; hoc loco arbitror, ὑσσώπου.

Pagina 617. uersu 23.

Legimus in Grammaticorum commentarijs σμύλλαν, qua uoce significatur piscis σαῦρος, quem Gaza apud Aristotelem libro nono de Hist. animalium, lacertũ interpretatur. De eo autem multa legi possunt apud Athenæum lib. δειπνοσοφιστῶν 7.

Pagina 622. uersu 6.

Deesse hic quædam, res ipsa ostendit, quæ in antiquo interprete conseruata sunt, ex quo ueterem scripturam hanc fuisse intelligi potest, ἄμεινον οὖν ἐστὶν ἐν ταῖς παρακμαῖς, τοῖς μὲν πλέον διαφέρειν δυναμένοις κεχρῆσθαι, πρότερον δὲ παρηγορεῖν. Id quod Paulus etiam

in eadem re præcipit.

Pagina 625. uersu 7.

Quæ sint illæ barbarorū ἴσκαι, nondum legi: adscribā tamen, quod inueni appositum ad marginem ueteris interpretis, ut uiri docti de eo iudicent. Auctor (inquit) quicunq; ea scripsit, significat hic cauteria, quæ escæ ab edendo & consumendo dicuntur. Nam Alexander Latinas uoces, etsi Græcis abundat, nimis ambitiosè interim usurpat, ut illud Recentatum uinum, ἀντὶ τοῦ ψυχρισθέντος, paulò superius. Tribus pòst uersibus κατασχᾶν uidetur malè scriptum, pro καθιλᾶν, ut ex ueteri interprete conijcere licet, & res ipsa postulat.

Pagina 627. uersu 8.

τύλιως ὄγ.α] Sincera huius loci scriptura est in antiquo interprete, & Nicolao Alexandrino. Hi enim ita legunt, τύλιως ξι.α.

Pagina 360. uersu 2.

Vetus interpres θάρακας legiße uidetur, quæ lectio huic loco conuenit.

Versu 19.

Ειληφότας] Prisca huius loci lectio fuit (ut ex Nicolao Alexandrino intelligi potest) ἀλφειῶντα. Cuius scripturæ uestigia in altero nostrorum codicum adhuc extant.

Pagina 633. uersu 9.

Multa hic deesse omnes uidere poßunt, quæ Pauli Æginetæ & ueteris interpretis auxilio sic restituimus, ὃ μόνον τοῦ κενοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ προφυλακῆς ἕνεκα τοῦτο ποιοῦντας, φυλαττομένους ὅσα τῶν, &c.

Pagina 630. uersu 23.

Nota hæc asterisci apponi debuit ad hæc uerba, ἀλῶν φαγηνίων, ut significetur legendum esse ex Galeno & Stephano περὶ πόλεων, ἀλῶν φαγασίων. Nam quod est apud Strabonem libro decimo tertio τῶν γεωγραφουμένων, τὸ φαγισαῖον ἀλοπήγιον, emendandum est ita, φαγασαῖον ἀλοπήγιον.

Pagina 642. uersu 7.

Multa hic deesse, uel ex eo intelligi potest, quòd nullus bonus sensus inde elici poßit: facilè tamen nō est ea restituere quæ desunt, quòd hoc in loco nullum nobis neque à ueteri interprete, neque ab alijs auctoribus auxilium sit. Quæ autem hic inculcata sunt, inducenda ob id putamus, quòd sine iudicio id factum suspicemur. De uetere cæ

seo ad ueteres tophos efficaci quæ scribuntur ab auctore, sumpta sunt ex Galeno, libro decimo περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως.

Pagina 645. uersu 22.

Ἰσίον] *Franciscus Vatablus, qui magno damno Latinarum, Græcarumque ac Hebraicarum literarum nuper obijt, paulo antè quàm moreretur, ostendit mihi libellum* περὶ ποδάγρας, *conscriptum à Græco quodam medico, qui cùm multa ad hanc* πραγματείαν *pertinentia, tum medicamentum hoc sine ullo uitio ex hoc auctore transtulit. Legitur enim in eo* σίον, *quod uerbum (ut suprà dictum est) in antiquissimo etiam Pauli Aeginetæ codice, in descriptione oxymelitis Iuliani legitur.*

Pagina 652. uersu 19.

Ἀσφάλακος] *Vox hæc posita est* ἀντὶ τοῦ ἀσπάλακος, *quod uerbum talpam significat.*

Pagina 657. uersu 30.

In spacium hoc loco uacuum, uerbum hoc χαμαιλέοντος *conijciendum putamus, ut totus locus sic legatur:* ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς τοῦ δευτέρου δακτύλου χαράξας τῷ ὄνυχι τοῦ χαμαιλέοντος, μολύνων τῷ αἵματι τῶν δακτύλων τῆς δεξιᾶς χειρὸς τὰ ἄκρα τὰ δεξιὰ τοῦ χαμαιλέοντος, τῷ δὲ τῆς ἀριστερᾶς αἵματι τὰ ἀριστερὰ τοῦ ζώου ἄκρα.

Pagina 670. uersu 32.

Sermonis consuetudo hanc lectionem postulat, ἐπειδὴ ἀκριβῶς ὑγραίνειν ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐμψύχειν δεῖ, γενήσεται ἄν, &c.

Pagina 673. uersu 1.

Hæc translata sunt ex libro primo, περὶ πεπονθότων τόπων. ἴσως *(inquit Galenus)* τινὰ λέγειν ἕωθεν ἀναστάντα, κνισσῶδες ἐρυγγάνειν, ἤ τι ἕτερον, οἷον ᾠῶν ταγηνιστῶν, ἢ δυσωδέστερον ἢ σαπρὸν, ὁμολογεῖν δὲ τὸν μὲν τὸ κνισσῶδες ἐρυγγάνοντα, μετὰ τὸ δεῖπνον ἐληλυθέναι πλακοῦντος κνισσώδους, ὁποῖός ἐστι διὰ τοῦ ἐλαίου καὶ ἰρίου, &c.

Pagina 686. uersu 33.

Καταρκτικῆς] *Reponimus hic uocem medicis usurpatam* προκαταρκτικῆς: *quam etiam legisse uetus interpres uidetur.*

Pagina 688. uersu 8.

Veteris interpretis exemplar manuscriptum hoc loco habet ue-

stigia quædã, ex quibus subodorari licet fuisse olim hoc loco scriptũ ἡ συναίσθησις, quod hic adscribendum putaui, ut uiri docti iudicent, num uerbum id huic loco conuenientius sit, quàm συναίρεσις.

Pagina 695. uersu 20.

Emendamus ψυχρωθέντας.

Pagina 696. uersu 24.

Verbum hoc planè incognitum est ijs, qui multos annos Romæ egerunt. ex quo conijcio, peruersè à librarijs scriptum.

Pagina 702. uersu 14.

Diximus paulò superius, περὶ τῶν ἰχθύων ἀναδεχομένων.

Pagina eadem, uersu 34.

Non potuimus ne à Græcis quidem ipsis huius uerbi uim doceri, ut suprà diximus: ex hoc loco tamen conijcere licet, piscem esse.

Pagina 704. uersu 13.

Emendamus προσραίνειν, ex lib. 1. τῶν θεραπευτικῶν πρὸς γλαύκωνα, ex quo loco hæc translata sunt. Alter nostrorum codicum habet προσφέρειν. sed non est huic loco tam aptum, quàm προσραίνειν.

Pagina 707. uersu 18.

Etsi hæc totidem uerbis apud Galenum leguntur, uideant tamen eruditi uiri, num hic rectè legi poßit, ὡς ὅτι πλεῖστον, ut legisse uetus noster interpres uidetur.

Pagina 712. uersu 4.

Locum hunc scriptura uacuum sic ex Galeno repleuimus, ἀλέαις μάλιστα καθίσταντα.

Pagina 713. uersu 8.

Hæc sumpta sunt ex lib. 1. περὶ διαφορᾶς πυρετῶν, quæ pulchrè exponuntur ab Aetio lib. 5.

Pagina eadem, uersu 14.

Ne dissoluta oratio sit, addendum καὶ putamus.

Pagina 714. uersu 9.

Locum hunc uetus interpres ita legisse uidetur, μικροὶ δὲ καὶ ἀμυδροὶ ἐπὶ τῶν ἑκτικῶν ὄντες, λύσιν τῆς δυνάμεως σημαίνουσι, καὶ διακρίνονται, &c.

Pagina 716. uersu 19.

Deesse hic quædam uel quiuis intelligere potest, quæ addi facilè non poßunt: quòd quæ eo loco leguntur apud ueterem interpretem, non satis concinna uideantur.

Pagi-

Pagina 719. uersu 13.

In utroque codice scriptum est peruersè προσειληφότα, sed in altero magna suspicio est, additum fuisse σ ab aliquo locum non intelligente.

Pagina eadem, uersu 25.

Legendum est hoc loco διόπερ, uel διὸ καὶ.

Pagina 723. uersu 30.

Deest hic ὅταν, uel aliquid simile.

Pagina 732. uersu 24.

Res ipsa hoc loco hanc scripturam postulare uidetur, καὶ ἡ κράσις τοῦ πάσχοντος ψυχροτέρα. De hoc tamen uelim ut uiri docti iudicent.

Pagina eadem, uersu 32.

In codice eo quem typographi sequuti sunt, scriptum est, οὐκ ἀναγκάζει: in altero uerò ἀναγκάζει, sine negatione. priorem autem lectionem uel ex eo ueriorem esse putamus, quòd tenuata & incisa facilius incendantur.

Pagina 734. uersu 27.

Γινόμενα] Emendamus ex ingenio ταριχευόμενα. Nam salgamarij (ut paulò superius ostendimus) persica ταριχεύουσι, præsertim ea quæ duracina appellantur.

Pagina 739. uersu 25.

Nullus sensus concinnus erit, nisi hæc per interrogationem legamus, πῶς οὖν δεῖ συντόμως ὑποκαθαίρειν;

Pagina 746. uersu 33.

In altero codicum scriptum φαρμάκων, pro πομάτων.

Pagina 753. uersu 22.

Paulus Aegineta ἀλάτιον describit libro septimo, haud longè huic dißimile.

Pagina 762.

In altero nostrorum codicum ita scriptum inuenimus, χαμαιμήλῳ, cum spacio satis magno scriptura uacuo, quod consequitur uox ἑψήματος: sed quæ est adscripta ex altero codice lectio, uera esse mihi uidetur.

Pagina 765.

Nullus concinnus sensus est, nisi ἐπίπαττε legerimus.

Pagina 766.

Κρατοιῶντος] Sic quidem in utroque nostro codice scriptum inuenimus. sed uiri docti uideant, num id παθητικῶς legendum sit, κεκρατημένον.

Pagina eadem.

Ex hoc facile intelligi potest, quàm magnus esset τῶν ταρίχων usus. Quæ autem hic ab auctore describũtur, ex quibus constent, haud facile est intelligere: sunt enim uulgi uocabula.

Pagina 768.

In altero codicum uox θερμὴν non legitur: sed hoc leue est. Nam qui biliosi sunt, calidi etiam iudicandi sunt.

Pagina 769.

Locum hunc ita legendum esse res ipsa ostendit, πρὸ μιᾶς ὥρας τῆς ἐπισημασίας.

Pagina 778.

Scarabeum illum significare uidetur, qui ex bubulo stercore pillulam conficit ad cœli similitudinem: quam ab ortu ad occasum solem sequens, tandiu ipse uersat: dum ad mundi figuram perduxerit. Dicitur & hic ab Hippocrate κοπρίων.

Pagina eadem.

Asteriscus ad uerbum πυῤῥῷ apponi debuit, quod restituimus, cũ prius πυρῷ deprauatè scriptum esset.

FINIS.



BASILEAE, PER HENRICVM
PETRVM, ANNO CHRISTI M. D.
LVI. Menſe Auguſto.